*Priuilegium personale, & illud, ne quis conueniatur in plus quàm facere potest, non transit ad fideiussores, secus in realibus priuilegijs. num. 733.*

*Fideiussor non gaudet beneficio cessionis bonorum principalis debitoris. num. 734.*

*Creditor, qui habet priuilegium pignoris, vel hypothecæ, vel fideiussorē pro suo debito, non præiudicatur,* quando

religiosus fiat & professus, vel expectanda sit mors naturalis, vbi distinguitur. num. 780.

Substitutionis ius non perditur per simplex Sacerdotium. nu. 781.

Facultas cōcessa hominibus alicuius ciuitatis, vt possint ligna scindere in aliquo nemore, extenditur ad ciues de nouo inhabitantes. nu. 782.

Pensio, quæ alicui domui, vel loco semel fuit imposita, iuxta æstimationem illius non debet augeri, quamuis domus, vel locus augeatur. nu. 783.

Priuilegia clausa in corpore iuris nō cēsentur derogata per quācunq́ dispositionem, quantumcunque generalem, etiamsi habeat clausulam, Non obstantibus quibuscunque priuilegijs. nu. 784.

L. 20. Tau. & l. 4. tit. 6. lib. 5. Reco. & §. cum bonorum legis non amplius, ff. delegat. 1. interpretantur. n. 785.

Quantitas si relinquatur pio loco, vel hospitali pro pauperibus ibidem alimentandis, non debetur amplius illi pio loco, vel hospitali destructo. num. 786.

Priuilegium concessum filijs propter parentes, non durat mortuis parentibus. nu. 787.

Priuilegium immunitatis concessum propter paupertatem, cessat diuitijs superuenientibus. nu. 788.

Relictum pro mulieribus pauperibus maritandis restringitur tantum ad virgines maritandas, & non extenditur ad viduas, etiamsi sint pauperes, quia illa dispositio refertur ad primas nuptias, numer. 789.

Permissio vēdendi facta vni nō porrigitur ad alium succedentem in illa re, quia omnis concessio, quæ ad factum refertur, in dubio censetur personalis num. 790.

Facultas omnis aliquid faciendi censetur personalis. nu. 791.

Prouisio facta per modum dispositionis de casu ad casum nō extēditur, sed casus omissus remanet in dispositione iuris communis. nu. 792.

Casus contingēs præter ordinationē testatoris non comprehenditur in dispositione, etiamsi in eo esset maior ratio disponendi. nu. 793.

Priuilegia & rescripta an valeant, si contineant duo specialia, & resoluitur valere. nu. 794.

Princeps in dubio non videtur iuri derogare. nu. 795.

Sententia Principis habet vim legis & priuilegij in casu super quo lata est, & in similibus. nu. 796.

Derogare non præsumitur Rex, quod lege statutum est. num. 797.

Sententia Principis ad hoc, vt vicem habeat legis, requiritur, quod sit lata ad petitionem vniuersitatis, vel quod voluerit per eam dare legis formam. num. 798.

Ciuitas, vel Ecclesia, quæ destruitur authoritate superioris, vtrum perdat nomen: & vtrum priuilegium datum monasterio extendatur ad futuras capellas, & alia huiusmodi traduntur per remissionem. num. 799.

Pacta habita in dote cēsentur repetitā in augmento dotis, & quòd iuris est de toto, cēsetur & de eius augmento. nu. 800.

*Rescripta & impetrationes, vtrum trahantur ad futura. num. 801.*

*Responsio est intelligenda secundum supplicam in priuilegijs, & rescriptis. num. 802.*

Cap. 18. *Sententia debet esse conformis libello. num. 803.*

*Hæres grauatus legato certæ quantitatis quotannis soluendo de aliquo prædio poterit prædium legatario relinquere: & compellitur, illud sumere. num. 804.*

*Donatio & munificētia concubinæ facta à laico valet, & tenet. nu. 805.*

*Clericus nō poterit facere donationem suæ concubinæ nu. 806.*

*Milites armatæ militiæ nō possūt cōcubinæ donationem facere. nu. 807.*

*Doctores & Licentiati, & milites nostri temporis parati ad prælium, & destinati aliquo præsidio pro eius defensione, & Commendatores quatuor Ordinum, non possunt donationem concubinæ facere. num. 808.*

*Clerici milites, & omnes possunt facere donationem concubinæ ob benemerita probata, & adæquantia donationi. num. 809.*

*Rex caput militū potest peculiari priuilegio concubinæ donare. nu. 810.*

*Donatio valet facta concubinæ clerici iam emendatæ, in qua concubinatus cessauerit, idem de milite, & cæteris. num. 811.*

*Donatio facta concubinæ clerici in casu prohibito applicatur fisco seculari. num. 812.*

*Fiscus peculiari priuilegio poterit agere contra tertios possessores debitore principali non excusso. nu. 813.*

*Dominus census poterit peculiari priuilegio ad rem census hypothecatam deuenire, nulla facta contra debitorem principalem excussione. num. 814.*

*Mulier pro sua dote particulari priuilegio poterit agere cōtra tertios rei hypothecatæ possessores, nulla contra principales debitores facta excussione iuxta aliquorū opinionē: sed cōtraria verior & cōmunior. nu. 8015.*

*Confiscatis vniuersis bonis, seu vniuersa hæreditate ius patronatus confiscatur, & in fiscū transit, modò confiscatio facta sit à laico, modo ab Ecclesiastico iudice. num. 816.*

*Confiscata vniuersa hæreditate nō trāsit ad fiscū ius sepulcrorum peculiari priuilegio. num. 817.*

*Immunitas concessa à Principe alicui, & filijs, & hæredibus suis, extēditur ad filios viuēte patre, secus post eius mortem. num. 818.*

*Falsum priuilegium fabricans qua pœna plectatur. num. 819.*

*L. 18. ti. 32. p. 3. de fabricāte molēdinū superius interpretatur. num. 820.*

*Priuilegium, habens, ne supra suum molendinum aliud fiat, debet illud allegare, aliàs in causa prohibendi non obtinebit. num. 821.*

*Priuilegiū et immunitas si simpliciter, et indefinite cōcedatur, intelligitur à muneribus personalibus. nu. 822.*

*Maioratus si instituatur, vel aliquod concedatur alicui, ea conditione adiecta, quòd teneatur cum nobili contrahere, conditioni, vel qualitati satisfieri videtur, si cum nobili tantum ex priuilegio contrahat. num. 823.*

*Casus*

Pro-

*Priuilegiũ Principis cōprehēdit statutũ ciuitatis, quãdo in priuilegio fuit adiecta clausula,* Nō obstãtibus quibuscunq; legibus pro expressis habentibus, *num.893.*

*Cessionarius & fideiussor, cui à creditore sunt actiones cessæ gaudet omni priuilegio prælationis, quod cedens habebat. nu.894.*

*Testimonio Principis magis creditur, quàm instrumēto publico. nu.895.*

*Limites benè probantur per priuilegium Principis, maximè quando est antiquum. nu.896.*

Cap.20. *Probationes leuiores, & testes de auditu sufficiunt in probandis factis antiquis. nu.897.*

*Pascuorum cōmunio, quæ est inter aliquas ciuitates, dissoluitur, quoties pascua non sufficiunt. nu. 898.*

*Principis sēper ea est mēs, quod quãdo priuilegiũ incipit esse nociuũ, ipso iure reuocatum censetur. nu.899.*

*Causa noua superueniens tollit priuilegium. nu.900.*

*Leges ex causis iustis postea emergentibus mutari debent. nu.901.*

*Vtilitas publica est finis legũ & aliarum dispositionum Principum, & publica vtilitas semper præfertur priuatæ. nu.902.*

*Citari debet pars quotiescunq; Princeps cōcedit priuilegiũ in his quæ recipiũt causæ cognitionē, vel partem multum lædant. nu 903.*

*Præscriptionem præteritam, per quam ius parti quæsitum fuit, non poterit tollere Princeps per priuilegium, num.904.*

*Ius acquisitum per præscriptionem difficilius amittitur, quàm ius acquisitum per priuilegium. nu. 905.*

Nullatenꝰ, nullo modo, deinceps, vlteriꝰ, *quãdo in priuilegio, vel dispositione ponuntur, omnē casum & causam comprehendũt, & per hæc verba tollitur potestas dispensandi ab inferioribus, & significant priuationem ipso iure. nu.906.*

*Vlterius dictio, ipso iure, tollit ius petendi. num.907.*

*L.1.tit.8. & l. fin.tit.15. & l.1.tit.20. lib.4. & l.1.tit.2.lib.5. Recopil. interpretantur. num.908.*

*Priuilegium, seu gratiam obtinens de primo homicidio, si postea eam consequatur de alio homicidio secundo, nihil proderit, si de primo homicidio mentionem Principi non fecerit. nu 909.*

*Vsusfructus cōcessus à Principe de aliquo prædio fructifero, durat tantum per spatium cētum annorum, si non apponatur verbum perpetuo. nu.910.*

*Manifesta debent esse verba priuilegij, vel scripturæ. nu.911.*

*Verba priuilegij, vel scripturæ, quãdo ita obscura sunt, quòd nullũ habent intellectum, nec priuilegium, nec scriptura valet. num.912.*

*Priuilegium, vel gratiam obtinens vendendi rem immobilem inalienabilem, dummodo ex illius pretio alia prædia emat, debet illa emere in ciuitate sua, & non satisfacit emendo in alio territorio, iuxta aliquorum opinionem, & contrarium defenditur, dummodo prædia empta sint in eadem prouincia, & non multum remota. num.913.*

Fide-

Pri-



Cle-

Fa-

*Facultas Regia cōcessa ad antecedētia cōplectitur consequentia nu.990.*

*Necessariū nō est in Regia licētia exprimere, quōd iura volūt, & quod est de natura contractus.num.991.*

*Dilatorium priuilegiū à Principe debitori concessum, vtrum redditus annuos comprehendat.num.992.*

*Dilatoriū priuilegiū nō impedit cursum redditūū, nec vsurarū, nec domus pensiones.num.993.*

*Persona, vel causa principalis loquentis, vel concedentis, nullo modo comprehenditur in generali concessione: nec debitum fiscale comprehenditur in priuilegio moratorio, vel dilatorio.num.994.*

Cap.22. *Principi soli multa competunt, quæ hic referuntur.num.995.*

*Priuilegium, vel gratia si concedatur alicui hac adiecta conditione, si sacerdos efficiatur, qua deficiente ad alium gratia, & priuilegium transeat, vtrum verificetur conditio, si sacerdos factus non fuerit, & sine filijs decesserit, vbi tres opiniones recensentur, & tertia eligitur.num.996.*

*Status omnis causæ coniecturalis in iudicis arbitrio positus est.nu.997.*

*Clericus qui cōfessus est se esse laicum, vtrum sibi præiudicet in suo clericatu, vel priuilegio fori, & negatiua pars eligitur. nu. 998.*

*Conuictus de mendacio in duplo condemnatur.nu.999.*

*Mendacium est causa transferendi possessionem in actorem, quando posidens mendax est.nu.1000.*

*Nomen in fraudem mutans falsi pœna punitur.num.1001.*

*Falsi pœna coercetur, qui cum nec clericus, nec Doctor, nec miles, nec notarius est, gerit se pro clerico, Doctore, milite & notario.nu.1002.*

*Agricola negans se talem esse, creditore ignorante, non potitur priuilegio agricultoribus concesso, numer.1003.*

*Nobilis qui tempore contractus negat, se esse nobilem, potest incarcerari: de quo vt inferius.nu.1004.*

*Minor qui se maiorē dixerit, & ex aspectu apparet, iure minoris, & restitutionis iuuari non potest, intelli ge vt inferius.nu.1005.*

*Fœmina simulans se virum cum viri veste ad decipiendum creditorē, cum quo contrahit, Velleiani priuilegio non iuuatur, fraude interueniente.num.1006.*

*Filius familias, qui fraudulēter se esse sui iuris fatetur, non iuuatur Macedoniani beneficio, secus si fraus deficiat, vt inferius.nu.1007.*

*Mulier quæ asserit, non esse rem dotalem, quæ venditur, ad impugnandam posteà alienationem, non admittitur, perditq; suum priuilegium.num.1008.*

*Negatio veritatis sine dolo fieri non potest.num.1009.*

*Negans debitum receptum, etsi posteà solutionem probauerit, nihilominus in odium negantis non auditur, & debitum soluet, numer.1010.*

*Nomen sine fraude mutans, non punitur.num.1011.*

*Seruus si quis dicat esse, cum sit liber, fraude deficiente, non præiudicat libertati.num.1012.*

*Men-*

Mir-

*Mercatores qui cum ſuis bonis ad Eccleſiam confugiunt, latronibus, & graſſatoribus, & expilatoribus æquiparantur, nu. 1036.*

*Mercatores qui cum ſuis bonis ad Eccleſiam confugiunt, non gaudẽt immunitate Eccleſiaſtica, ſecus ſi ſine bonis confugiant. nu. 1037.*

*Immunitatem Eccleſiaſticam quilibet renuntiare poteſt, nu. 1038. & num. 926.*

*Immunitas Eccleſiaſtica principaliter introducta fuit ad honorem, & reuerentiam Dei, & ob proximi*
Cap.24. *pietatem. num. 1039.*

*Immunitatis priuilegiũ ſecũdario extenditur ad perſonas, quæ ad Eccleſias confugiunt. nu. 1040.*

*Priuilegium, præſcriptio, & immemorialis conſuetudo, æquiparantur in iure, & idem important. nu. 1041.*

*Decima ſi nõ ſoluitur priuilegij cauſa de aliquibus agris, qui ſeminantur, vel coluntur, ſoluetur de his agris incultis, qui nouiter ad culturam rediguntur. nu. 1042.*

*Decimas ſi quis percipiat priuilegij cauſa, ei nõ debẽtur de noualib⁹, n. 1043.*

*Noualia, vtrum comprehendantur in priuilegio decimandi, vel non decimandi nu. 1044.*

*Domini temporales, quibus per priuilegium iuriſdictio cum ſuis iuribus à Principe fuit conceſſa, vtrũ venationem in ſuis & priuatis fundis prohibere poſſint. nu. 1045.*

*Princeps ex iuſta cauſa venationem prohibere poteſt. nu. 1046.*

*Domini tẽporales poterũt ex cauſa iuſta, & ad tẽpus, & non in perpetuũ venationem prohibere. nu. 1047.*

*Lex 17. titul. 28 part. 3. interpretatur. nu. 1048.*

*Tex. in c. 5. ſeſſio. 21 Concil. Trident. vbi probatur, quòd filij illegitimi clericorum non poſſunt habere beneficium in ipſa Eccleſia, vbi patres eorũ miniſtrauerunt, interpretatur, & diſputatur, vtrum ad nepotes extendatur. num. 1049.*

*Illegitimus eſt irregularis, numer. 1050.*

*Irregularitas non extenditur vltra caſus à iure expreſſos. num. 1051.*

*In diſpoſitionibus odioſis, & continẽtibus on⁹, appellatione filiorũ non cõtinentur nepotes, nec ad eos extenditur diſpoſitio ex vi cõprehenſiua, ſeu interpretatiua. nu. 1052.*

*Nepotes continentur appellatione filiorum in maioratibus perpetuis. num. 1053.*

*Cõſuetudines rationabiles, & priuata locorum ſtatuta, nõ cenſetur tollere Rex, vel Pontifex in ſuis priuilegijs, vel reſcriptis. nu. 1054.*

*Lanæ priuilegium ſi cõcedatur alicui, vtrum comprehendatur lana elaborata, & ad eam, vel ad pãnos extendatur. nu. 1055.*

*Forma dat eſſe rei, & mutata forma ſubſtantiali res dicitur diuerſa. num. 1056.*

*Lana legata non continetur lana, quæ eſt redacta ad formam telæ, vel ad alium ſpecialem vſum eſt diputata. nu. 1057.*

*Legatum ſpeciei extinguitur, ſi illa ſpecies in aliam formam fuerit transmutata. nu. 1058.*

*Exhiberi non dicitur res, ſi priſtina cauſa fuerit mutata. nu. 1059.*

Vſus

*Literæ cōmendatitiæ, hoc est,* Reuerendas, *non spirant morte concedentis.nu.1081.*

*Executor super gratia datus à Romano Pontifice, non spirat morte Pontificis concedentis, & mandantis. num.1082.*

Priuilegium *præcesiisse proculdubio credendum est, quando Princeps de eo mentionem facit in alio priui legio.nu.1083.*

Priuilegium *introductum propter honestatē personæ, vel sexus, nō potest renuntiatione tolli.nu.1084.*

Cap.24. *Nobilis, vel mulier, vel mater, vel auia pro administratione tutelæ, vel quando occultāt bona, aut pro debito, vel tributo Regio, vtrum possint incarcerari, vel teneantur in plus quàm facere possūt, latè agi tur per remissionem.nu.1085.*

V*icinus alicuius loci liberi, & exempti à solutione gabellæ de suis rebus,* De labrança, y criança, *si portat armenta, quæ non sunt* De labrança, y criança, *vendenda in alio loco, vel macello libero & franco, vtrum gabellam soluere teneatur in loco suo franco, à quo exiuit,nu.1086.*

*Bona habens in loco franco & libero, si ea vendit tradenda in alto loco franco, nullam soluere gabellam tenetur nu.1087.*

*Consideranda non sunt quæ euenire possunt, nisi ea sint certa & infallibilia, nec mutatur qualitas legis ex eo, quod contingere potest, n.1088.*

*Rex absque iusta, rationabili, & necessaria causa, nō poterit monetam mutare.nu.1089.*

*Rex interueniente iusta, rationabili, & necessaria causa, vtrum inuito & repugnante Regno, & populo, possit monetam mutare, minuere, vel augere, & pars affirmatiua defenditur.nu.1090.*

*Priuilegiatus & exemptus à muneribus publicis peculiari priuilegio, si à iudice fuerit ad ea electus, vel nominatus, tenetur appellare, aliàs videtur consentire electioni. nu.1091.*

*Tex.in l.nominationes. C.de appellatio.interpretatur.nu.1092.*

*Licentiam datam Episcopo, vel Cardinali ad testandum, extingui per primum testamentū aliqui defendunt, sed contrarium pro vera asseritur, & defenditur.nu.1093.*

*Concessio simplex in odiosis, & onerosis primū actū tantū respicit.n.1094.*

*Odiosum & contra ius humanum est, Episcopos, & Cardinales posse testari.nu.1095.*

*Licentiam testandi præstitam à Romano Pontifice Episcopis, & Cardinalibus morte Pontificis reintegra cessare, aliqui defendunt, quia actus odiosus est.nu. 1096.*

*L.13.tit.8.lib.5.Rec.interpretatur, & magna remissio additur.n. 1097.*

*Consuetudo contra libertatem, vel immunitatem Ecclesiæ, vtrum valeat, & teneat: & pars negatiua defenditur.nu.1098.*

*Excommunicantur petentes & iudicantes obseruari consuetudinē inductam contra libertatem, & immunitatem Ecclesiæ.nu. 1099.*

*Opinionibus & doctrinis controuersis, illa debet seruari opinio, quæ consuetudine approbatur.nu.10100.*

Cle-

*Solemnitas quando in alienatione requiritur, non sufficit quod vtilitas interueniat, nisi simul solemnitas per legem requisita interueniat: & Emanuel Rodriguez, & alij contrarium tenentes reprobantur. num.* 1124.

*L.* 1 *.tit.*25 *.lib.* 5 *. Compilationis nouæ declaratur.nu.*1125.

*Seculares iudices poterunt sequestrare triticum personarum Ecclesiasticarum, & Commendatorum quatuor Ordinum militarium tempore caristiæ, & necessitatis, non obstantibus eorum priuilegijs, & nec excommunicationem, nec pœnam contentam in bulla in Cœna Domini incurrent.num.*1126.

*Necessitatis tempore priuilegiati, & Ecclesiastici compelluntur, vendere.nu.*1127.

*Monasteria & Abbates, vtrũ in ciuilibus causis possint apud Episcopũ conueniri, & pars affirmatiua defenditur.nu.*1128.

*Priuilegium Vniuersitati concessum, vtrum ad singulares protrahatur, vbi distinguitur nu.*1129.

*Ciuitate interdicta singuli interdicti censentur.nu.*1130.

*Statutũ generale includit omnes casus priuilegiatos, & speciales, nisi in eo tantum casu, in quo priuilegiatus quis reperitur,nu.*1131.

*Statuta non ambitiosa, sed rationabilia & pertinentia ad ornatum & vtilitatem populi, vtrum sint seruanda, & executioni mandanda ante Regiam confirmationem, & pars affirmatiua defenditur. num.*1132.

*Factum nihil videtur, quando aliquid superest agendum.nu.*1133.

*Confirmatio superioris quando in aliquo actu requiritur, actus est imperfectus, donec confirmatio sequatur.nu.*1134.

*L.*8 *.tit.*1 *.lib.*7 *. & l.*14 *.tit.*6 *.lib.*3 *. Recopil.declarantur.nu.*1135.

*Rescripta licèt concedãtur præter ius, non tamen per illa intenditur iuri communi derogari.nu.*1136.

*Renuntiari vtrũ possit rescriptũ, vel priuilegiũ ab impetrante.nu.*1137.

*Præsentatio rescripti adquirit iurisdictionem iudici.nu.*1138.

*Communio & connexitas facit, quòd habens rem cõmunem cũ priuilegiato fruatur eius priuilegio,nu.*1139.

*Patronus laicus, qui habet ius patronatus annexũ cum Ecclesiastico, habet sex menses ad præsentandum, sicuti patronus Ecclesiasticus ratione connexitatis. nu.*1140.

*Vigesimus quintus annus, vtrũ debeat esse impletus, vel sufficiat illum attigisse, quando in gratia, vel priuilegio de vigesimoquinto anno mẽtio facta fuerit.nu.*1141.

*Accusatiuus denotat perfectionem actus.nu.*1142.

*Ætas quando pro forma requiritur, est seruanda.nu.*1143.

*Ætas quando perfecta à lege, vel priuilegio requiritur, intelligitur de ætate vigintiquinque annorum,* 1144.

*Clericus depositus & posteà priuilegio restitutus, non restituitur in beneficio alteri collato.nu* 1145.

*Depositus ab aliqua congregatione, si posteà gratia, vel priuilegio restitu-*

*ſtituatur, non reſtituitur in primum ſtatũ in tertij præiudicium. num.*1146.

*Hæreticus, qui ipſo iure priuatur bonis, ſi aliquo priuilegio, vel gratia reſtituatur, non recuperat bona, cum magis gratia, quàm iustitia mediante fiat prædicta reſtitutio, & in num.* 514. *vbi de veritate.nu.*1147.

*Reſtitutio ſecundum eius naturam denotat plenariam in omnibus reſtitutionẽ, tam quoad bona, quàm quoad fructus, actiones, & honores. nu.*1148.

*Qualitas quæ non concurrit tẽpore collationis capellaniæ, vel alterius requiſiti, licèt poſteà concurrat, non operatur effectum in præiudicium iuris quæſiti. nu.* 1149.

*Gratia facta duobus in certa Eccleſia alteri ſub cõditione, & alteri pure, & pendente conditione fiat prouiſio ſecundo, præfertur in præbenda primo impetranti, licèt poſteà ad impleatur conditio.nu* 1150.

*Priuilegium ſi concedatur à Principe, vel gratia fiat à Summo* Pontifice *ex aliqua cauſa finali, ſi ipſa ſemel ſortiatur effectum, quamuis poſteà ceſſet, adhuc valet, & durat gratia & priuilegium: ſecus ſi cauſa deficiat, antea quam priuilegium, vel gratia ſortiatur effectum.nu.*1151.

*Cauſa ſi committatur alicui conſtituto in dignitate, qui poſt datam & receptionem literarum dignitatẽ reſignauit, vtrũ ille, an alius, in quem reſignauit, poſſit cauſam proſequi, & decidere.nu.* 1152.

*Obreptio & ſubreptio ſi interueniat in reſcripto, & cauſa diſpenſationis committatur delegato, qui cum cauſa cognitione declarauit eſſe diſpenſandum, & diſpenſauerit, vtrùm valeat diſpenſatio ratione ſentẽtiæ delegati, vbi late de quæſtione.nu.*1153.

*Manumiſſio facta ex cauſa non legitima, nec vera & per obreptionem, tenet, ſi approbata fuerit, & nõn irritatur.nu.*1154.

*Diſpenſatio facta & obtenta cum falſa cauſa valet, & tenet: ſi poſtea* Papa *cõfirmauerit, & remiſſio additur ad tex. in c. quia circa de con ſanguinita. & affinitate.n.*1155.

*Cauſæ cognitio quãdo eſt annexa in priuilegijs, vel gratijs, videlicet* ita eſt, diſpenſetis, *ſtatur declarationi cõmiſſarij facta cauſa cognita.* 1156.

*Conceſſio gratiæ non vitiatur, quãdo alioquin* Princeps *conceſſiſſet gratiam, cauſa impulſiua, quæ eum difficiliorem redderet ad concedendum, non expreſſa.nu.* 1157.

*Verba,* Si ita eſt diſpẽſetis, *inducũt formam & ſolemnitatem non leuem, nu.*1158.

*Verba,* Si ita eſt, *inducunt conditionẽ & cauſam finalem.nu.* 1159.

*Cauſa, quãdo habetur pro finali in diſpẽſatione, ſi deficiat, eſt obreptitia & nulla ipſo facto.nu.*1160.

*Cauſa impetrationis quãdo eſt cõditionalis, nõ valet diſpenſatio, quamuis cauſa dicatur impulſiua. n.*1161.

*Diſpenſatione, & in gratia qualibet, ſemper præſumendum eſt Principem fuiſſe motum ex cauſa expreſſa.nu.*1162.

*Falsa causa expressio non tollitur, etiã per motum proprium. nu. 1163.*

*Causa quando conditionaliter ponitur in supplica, licèt Princeps dicat, etiam ob alias causas concedo, vitiatur per huiusmodi obreptionem concessio, & nulla est ipso iure, num. 1164.*

*Princeps non praesumitur alia causa motus, quàm expressa. nu. 1165.*

*Princeps non praesumitur velle uti plenitudine potestatis. nu. 1166.*

*Nulla quãdo est gratia impetrata ob falsam causam, eodẽ modo est null⁹ processus & dispẽsatio facta à delegato in executionẽ gratiae. nu. 1167.*

*Approbata si fuerit impetratio obtẽta ob falsam causam, possunt impetrãtes eam contradicere, quãdo agitur de animae iudicio. nu. 1168.*

*Sententia in causa matrimonij nunquam transit in rem iudicatam, num. 1169.*

*Delegatus, vel commissarius, quãuis dicat causam impetrationis esse probatam, nil operatur ad tollendam nullitatem, quae prouenit ex falsa causa, nec eius assertioni est standum. nu. 1170.*

*Capula habita etiam post dispensationem in matrimonio si omittatur, facit dispensationem nullam ex causa obreptionis & subreptionis, & interpretatur tex. in c. 5. sessio. 24. in Concilio Trident. 1171.*

*Presbyter si contineatur in dispositione, vtrum illi videatur satisfactum, si nominetur clericus primae tonsurae legitimae aetatis, qui intra annum possit ordinem Sacerdotalem consequi. nu. 1172.*

*Maritus & vxor si de bonis cõmunibus capellaniã instituunt vocando suos consanguineos, quid iuris si duo consanguinei mariti & vxoris aequali gradu consanguinitatis concurrãt, vbi quid disponatur, quando concurrunt Sacerdos, & qui non dũ Sacerdotiũ est cõsecutus. n. 1173.*

*Duo si reperiantur in eodẽ gradu proximitatis in maioratus successione, vterque admittitur. nu. 1174.*

*Duo si nati sunt ex eodem partu, nec constat, quis sit primus, ambo concurrunt in successione maioratus. nu. 1175.*

*Maritus est caput vxoris, numer. 1176.*

*Ordo scripturae semper attenditur in dispositionibus. nu. 1177.*

*Praescriptionis si fiat mentio in lege, vel priuilegio, intelligitur de ordinaria 10. vel 20. annorum, non de longissima 30. vel 40. annorum. 1178.*

*Vsusfructus si relinquatur egeno & pauperi, non tenetur satisdare, & legem adimplebit, praestita iuratoria cautione, nu. 1179.* Cap. 16

Semper, & Quandocũque, *si reperiantur in aliqua dispositione, vel priuilegio, non important infinitatem, & ad triginta annos restringuntur illa verba. nu. 1180.*

*Iuramentũ quando perpetuet actionem, & quomodo. nu. 1181.*

*Odiosi si fuerint aliqui instituenti, vel priuilegium concedenti, nõ censentur vocati in dispositione priuilegiorum, vel beneficiorum, etiam si vocatio sit vniuersalis cum hoc verbo,* Omnium. *nu. 1182.*

*Lex*

*pus expelli in dictis tribus casibus priuilegiatis contentis in l. ædem. C. locati. nu. 1216.*

Cap. 17. *Conductor domus, vtrum in casu legis ædem. C. de locato possit ante tempus expelli, si interuenit pactum expressum de non expellendo. nu. 1217.*

*Concessio, vel priuilegium Principis de aliqua præbenda cathedralis Ecclesiæ, quomodo intelligatur sine præiudicio Episcopi, vel Pontificis. nu. 1218.*

*Facultas concessa Episcopis circa collationem & nominationem pœnitentiariæ præbendæ, est intelligenda de pœnitentiario, quæ non vacauerit in mensibus Pontificis, & text. in c. 8. sessione 24. de reformatione Concilij Tridentini interpretatur. nu. 1219.*

*Prouisus à Papa, etiamsi sit posterior, præfertur prouiso à priuilegiato. nu. 1220.*

*Priuilegium si concedatur alicui, dum modo cum virgine contrahat matrimonium, illud priuilegium conse qui poterit, si contrahat matrimonium cum illa, quàm antea ipse corruperat. nu 1221.*

*Clericorum coniugatorum priuilegium non amittit ille, qui contrahit matrimonium cum illa, quam antea corruperat. nu. 1222.*

*Bigamus nec irregularis non dicitur ille, qui matrimonium contrahit cum ea, quam antea corruperat, nu. 1223.*

*Socius in indiuiduis gaudet priuilegijs & prærogatiuis socij. nu. 1224.*

*Minoris beneficia competunt maiori, cum quo habuerit causam cōmunē & indiuisibilem. nu. 1225.*

*Restitutionis priuilegium competens minori, & personis priuilegiatis, nunquam censetur derogatum, nisi de illo fiat specialis mentio, expressaque derogatio, numer. 1226.*

*Consuetudo præterita, vel futura, vtrum videatur derogata à Principe, qui concedit priuilegium, iubens illud obseruari, non obstante contraria consuetudine, & ibi limitatio. nu. 1227.*

*Statuto si caueatur, vel aliquo priuilegio, quòd omnis qui venerit ad aliquam ciuitatem incolendam, sit immunis à gabella, collecta, & alijs oneribus, si aliquis originarius illius ciuitatis spe fruendi prædicto priuilegio ad aliam habitandam vrbem se contulit, & post aliquos annos patrias sedes recuperauit, non comprehenditur in illo priuilegio & statuto. nu. 1228.*

*Nouatio hodie debet esse expressa, & ibi remissio. nu. 1229.*

*Nouatio legitimè facta comprehēdit pignora & hypothecas, cursusq; vsurarū, pœnasq; stipulatianū. n. 1230.*

*Nouatio non comprehendit priuilegia à iure concessa, quæ in suo robore permanent, nisi specialiter de his fiat expressa mentio, & derogatio in nouatione. nu. 1231.*

*Ecclesiæ debitores nō possunt cōueniri in plus quàm facere possūt n. 1232.*

*Doctor non comprehenditur sub statuto mandante quemlibet pro debito ciuili capi posse, non obstante quocunque priuilegio. 1233.*

P3

Eccle-

*Militare priuilegium non extenditur ad testamentum inualidum, & absque solemnitate antea factum. nu.1319.*

Dominus *factus alicuius serui non tenetur pro delicto serui antea facto. nu.1320.*

*Verba priuilegij,* De ronda, *referuntur, & ponderantur. nu.1321.*

*Priuilegium,* De labrança, y criança, *conceditur tantum rebus acquisitis huius generis ab his, qui iam sunt vicini in loco libero, & exempto. nu.1322.*

*Angeli doctrina ponderatur, num. 1323.*

*Nouum aliquod quando statuitur, ad futura tantum, & non ad praeterita extenditur. nu.1324.*

*Lex cassans intelligitur quoad futura, & non quoad praeterita, num. 1325.*

*Lex, vel statutum liberans aliquem à praestatione alicuius rei, intelligitur quoad futura, & non quoad praeterita, numero 1326.*

*Natus ex milite ante militiam non dicitur miles nu.1327.*

Cap.30. *Pragmatica noua concedens priuilegium agricultoribus in suo secundo capitulo interpretatur circa fisci priuilegium, numero 1328.*

*Clausula generalis non extenditur ad antea specificata. nu.1329.*

*Fiscus non censetur priuilegiatus, nisi in casibus à iure expressis, & in dubijs contra fiscum est iudicandum fauore iuris communis. nu.1330.*

*Fiscalis causa venit in generali statuto, nisi reperiatur speciale priuilegium, per quod eximatur, nu. 1331.*

*Priuilegium motu proprio à Principe concessum est contra eum latissimè interpretandum, numer. 1332.*

*Speciale si praecedit, & posteà sequatur generale, tunc appositio principalis impedit omnia comprehendi. nu.1333.*

*Quaestione principalis de qua supra in num.1328. resoluitur fauore fisci. nu.1334.*

*Generalis sermo qui sequitur, non refertur ita, vt excludat ea, de quibus generaliter est praeuisum. nu.1335.*

*Fiscus semper excipitur in omnibus priuilegijs, & immunitatibus, nu. 1336.*

*Priuilegia fisco damnosa non debent impetrari, nec contra fiscum, cui iura subueniunt, est temere iudicandum. nu.1337.*

*Princeps nil disponere vult in tertij praeiudicium. nu.1338.*

*Princeps in dubio non videtur, nec praesumitur velle praeiudicare iuri fisci, nisi in quantum expressam faciat mentionem contra fiscum, nu.1339.*

*Authoritas disponentis semper excepta censetur in qualibet generali dispositione. nu.1340.*

*Persona disponentis semper excepta censetur in qualibet generali dispositione. nu.1341.*

*Noua dispositio generalis non corrigit legem specialem habentem spe-*

*Lai-*

*Limi-*

Prin-

De

De la Contaduria mayor, *nu. 1518.*

*Inquietatio realis & non verbalis requiritur ad hoc, vt aliquis conqueri possit in causa priuilegij, vel nobilitatis. nu. 1520.*

*Lex diffamari.* C. *de ingenuis & manumissis, est intelligenda in diffamatione reali. nu. 1521.*

*Priuilegiati, qui non possunt trahi ad testificãdum coram iudicibus superioribus* De hijosdalgo, *recensentur. nu. 1522.*

*Vidua mater vtrum praeferatur filijs in accusatione de morte mariti occisi. nu. 1523.*

*Vidua per transitum ad secunda matrimonia, vtrum amittat accusationem mariti mortui. nu. 1524.*

*Vidua per transitum ad secũda matrimonia perdit illud, quod à lege ei fuerat delatum. nu. 1525.*

*Lex, quae admittit viduam ad accusationem mortis mariti, est exorbitans, & restringenda. nu. 1526.*

*Vidua admittitur ad accusationem mortis mariti, quia reputantur duo in carne vna. nu. 1527.*

*Specialia duo non admittutur in iure. nu. 1528.*

*Vidua, quae secundò nubit, amittit lectum quotidianum, & vestes lugubres, quae restituuntur haeredibus primi mariti. nu. 1529.*

*Vidua secundò nubens dicitur de domo & familia secundi viri, & perdit priuilegium primi mariti, & sepelitur cum secundo. n. 1530.*

*Vidua ad hoc vt dicatur mulier, debet in viduitate persistere. n. 1531.*

*Vidua per transitũ ad secunda matrimonia statum suum mutat, num. 1532.*

*Mutata personae conditione, mutatur priuilegium. nu. 1533.*

*Mutatione status videtur vidua alia persona. nu. 1534.*

*Paenae secundò nubentium sunt hodiè sublatae. nu. 1535.*

*Paena secundò nubentium, quae sublatae sunt de iure nouiori, non habent locum in his, quae introducta sunt in fauorem filiorum, & ita limitatur ius nouum quando sunt merè paenae. nu. 1536.*

*Sententia de futuro valet, si dependet à iura, quod est de praesenti. n. 1537.*

*Habens aliquod ius temporale in re, si aliquod acquirat in illa re, illud acquisitum perpetuò durat. n. 1538.*

*Concessũ alicui ratione certae qualitatis, ei non tollitur, licèt illa qualitas posteà cessauerit. nu. 1539.*

*Conditionẽ semel adfuisse sufficit, licèt nõ permaneat, & quomodo haec regula intelligatur. nu. 1540.*

*Ius habens ad rem permutationẽ status rei perdit actionem. nu. 1541.*

*Vidua, quae ante secundum matrimonium de morte primi mariti querelauerit, & litem cum occisore contestata fuerit, vtrum amittat accusationem. nu. 1542.*

*Ius accusatoris si pereat pendente iudicio, sequitur absolutio, & si actor pẽdente iudicio desinit esse dominus, ius eius extinguitur. nu. 1543.*

*Actio iniuriarũ post litẽ contestatã, & post appellationem actoris transit ad haeredes, & non perditur quantum ad bona, & condemnationem pecuniariam. nu. 1544.*



SE-

# SEQVITVR TRACTATVS DE PRIVILEGIORVM ET exemptionum explicatione, authore Doctore Garcia de Gironda, olim Aduocato dignissimo, nunc tamen presbytero, & in Ecclesia Rondensi præbendato.

Cap.1. IN principio huius tractatus, cùm de priuilegiorum explicatione sit agendum, erit prima suppositio, quòd priuilegium dicitur, *Lex priuata personæ, vel loco per Principem cõcessa*, c. priuilegium 54. dist. c. priuilegia, 2. dist. l. 1. tit. 18. p. 3. tradit Ripa de rescriptis in rubri. à num. 19. Et quòd priuilegium
1 habet vim legis, † l. 28. d. tit. 18. par. 3. Princepsque solus priuilegium & exemptionem, priuilegij, atque exemptionis confirma-
2 tionem concedere potest, † per l. 26. d. tit. 18. par. 3. quorum priuilegiorum, & donationum differentiam videre licet per Ias. in l. beneficium, num. 27. ff. de consti-
3 tutio. Principum, † eritque supponendum, quòd proprium est Regum, nobiliumque liberales existere, & donationes facere, & priuilegia, atque immunitates concedere, † vt probatur in c. 1. 4
de donatio. & in c. grandi, de supplenda negligentia prælatorum, lib. 6. Et largitas facit homines famosos & claros, † vt inquit Cicero lib. 1. de officijs cap. 15. & lib. 5
2. capit. 6. nam in donatione quædam in esse dicitur beatitudo. † Vnde Christus ait: *Beatius* 6
*est dare, quàm recipere*, vt traditur in c. cum Marthę de celebratione Miss. rũ. de quarũ donationũ largitate plura exempla tradit Pala. Rub. in repetitione rubricæ de donatio. § 9. nu. 1. vsq; ad 6. & Valer. Maxim. lib. 4. c. fin. † 7

QVIBVS præhabitis, quia *Qu. a. fl. 1.*
aliquando in praxi & forensibus dubitatum vidi, maximè in ciuitatibus habentibus exemptionẽ circa gabellarum solutionem, vtrùm hoc potiantur priuilegio & exẽptione famuli, & mercenarij, qui in ciuium illarum ciuitatum ser-

8 seruitio commorantur, † hanc quæstionem disputatione dignam putaui. In qua quæstione affirmandum videtur, prædictos famulos, & mercenarios, à solutione gabellæ exemptos fore. Primò, quia famulus mercenarius habitans in ciuitate cum aliquo ciue dicitur vicinus, & ciuis illius
9 ciuitatis, † quod suadere, & probare videtur text. in c. rogationes de cõsecratione distinctione
10 3. ibi: *De populo est*, † & consequenter famulus mercenarius liber, & non seruus, erit de plebe, & ciuis, per text. in l. Plebs. ff. de verborum signific. Secundò, hęc comprobatur sententia, quia iuridicum est, quòd famuli gaudeant, & potiantur dominorum
11 priuilegio, † l. 1. & 2. C. de Episc. & cleric. & tenet Bald. in l. obseruare. §. proficisci, colū. 5. ff. de officio Proconsulis familiares pótestatum esse ciues loci, & ciuitatis, in qua domini officium exercent, & habere ipsius domini
12 priuilegium. † Tertiò, hæc instruitur pars ex opinione Bart. in consil. 42. num. 3. volum. 1. vbi dicit, statuta loquentia in habitantibus ciuitatem obtinere in eo, qui est famulus alterius in ea-
13 dem ciuitate: † vbi palam tenet, hunc famulum illius loci & ciuitatis ciuem esse: & ita tenet Tho. Grammaticus in decisione 87. num. 4. Quartò huic accedat sententiæ tex. in l. libertus in principio. ff. ad municipal. vbi probatur, famulos esse oppidanos, seu vicinos ciuitatis, qui obnoxij sunt oneribus ciuitatis. † Quod etiam 14
probatur in l. 1. ff. ad municipal. probaturque isthæc opinio ex glossa in l. 1. tit. 1. p. 6. in verb. *Ante siete testigos*, post medium, quæ tenet, quòd famulus poterit esse testis in testamento nuncupatiuo, in quo pro substantia ciues adhiberi in testes requiritur. † 15
Pro contraria tamen sententia facit primò text. in l. si verò in principio de his, qui deiecerunt, vel effuderunt, ex quo Bald. & omnes notant, habentes famulos in ciuitate propriè esse existimandos ipsos, & non prædictos famulos ciuitatem habitare.
† Igitur non firmandum est, fa- 16
mulum esse ciuitatis vicinum. Secundò facit, quia plerumque accidit, quòd famuli non recipiuntur ad incolatum, nec ciuilitatem, nec populi onera subeunt: † 17
quare pro ciuibus, seu vicinis non reputantur, per tex. in d. l. 1. ff. ad municipales, vbi Bart. à num. 16. cum seqq. ex tex. in l. ciues. C. de incolis, lib. 10. cum similibus, de quibus latè per Paul. Parisi. consi. 17. vol. 1. nu. 3. Prætereà & tertiò huic parte patrocinatur id, quod frequenter cõtingit, maximè hisce temporibus, famulos non seruire dominis animo remanendi in ciuitate, sed ab ea recedendi, † 18
& hac de causa ciue, vel vicinis esse nõ possūt, l. 2. l. verū. C. de incolis & origin. li. 10. l. nihil. ff. de captiuis & post limi. reuersis cū alijs iuribus citatis à Petro Paul. Paris. consi.

cõsi.53.n.91.vol.3.Quid tenendũ in hac tã controuersa quæstione.

*Resolut. I. Quæst.* Mihi tamen hac distinctione componenda videtur, quæ quidem est, famulum tanquam ciuem & vicinum gaudere prædicto priuilegio & exemptione, si in eo concurrant quæ iure, seu consuetudine necessaria sunt ad hoc, vt loci alicuius sit vicinus, puta, vt ad vicinitatem sit admissus, oneraque subeat, in ciuitateque domum, vxorem, & filios ha-
19 beat, & alia huiusmodi: † at verò si famulus onera ciuitatis cum alijs oppidanis non subeat, nec ad ciuitatem receptus fuerit, in eaque sit absque animo ibi remanendi, quęrendi, seu retinendi ciuilitatem, in eoque alia non concurrant, quæ de iure sunt necessaria adhoc, quod sit ciuis, seu vicinus, sine dubio videtur mihi prædicto priuilegio & exemptione dictos famulos & mercenarios potiri non posse: pro quo est tex. in l.22.titul.14.lib.6. Recopil. & plurima de iure communi circa hanc questionẽ videnda sunt per Menoch. de arbitrar. lib.2. centuria 6. casu 572. Nec obstat text. in d.c.rogationes, quia etsi serui sint de plebe, nõ exinde sequitur, eos esse vicinos, & ille tex. loquitur in illo actu, qui communis est seruis & dominis, & alijs omnibus in populo existentibus, & omnibus fidelibus Christianis.

20 Nec obstat, † quòd famuli potiuntur dominorum priuilegio, quia ex hoc non sequitur, famulos esse ciues & vicinos ciuitatis priuilegiatæ. Præterea non est verum, famulos frui posse priuilegijs dominorum, nisi in famulis clericorum, vt in c. sicut de verborum signifi. lib.6. † ita Alberi. 21
Paul. & omnes in l.1.C. de Episc. & cleric. Capit. decis.12.nu.1. & 2.

Minusque obstat Bart. opinio in d.consi.42. quia loquitur in casus, in quo famulus est ciuis oppidanus, animoque illic permanendi commoratur: † & in hoc sen- 22
su disponit d.l. Libertus. ff. de publican. & vectigal. adducta pro quarto fundamento prioris opinionis. Nec tandem dictis contradicit Gregorij Lop. opinio in d.glos. vers. *Ante siete testigos*, in l. 1.tit.1.p.6. quæ nequaquam vera est, nisi famuli fuerint ciues, in eisque alia ciuilitatis necessaria concurrant, ad hoc, vt in testes in testamento admitti possint, † vt 23
resoluit Burg de Paz in l.1. Taur. 1.p.concl.3.nu.420. versi. at verò, & ideò non loquitur Greg. Lop. affirmatiuè, sed per verbũ *Videtur*, denotans improprietatem.

Quæ supradicta distinctio cõprobatur, quia vicinitas est quid extrinsecum, & in facto consistens, in qua populi cõsensus debet adesse, & insuper habitatio, & fideiussoris præstatio ibidem permanendi, & tributorum contributio, secundùm Burgos de 24
Paz vbi supra, num. 465. & 512. & Boerium in decis. 260. num.17. & secũdùm alios Doctores, quos refert & sequitur Azeued. in l.1. tit 4.

part.2.& l.2.titul.31. ead.2.part. pascua namque vniuersitatis in-
33 colis tantum debentur, † l. testa trix. §. 1. ff. si seruitus vendicetur, text. in §. Vniuersitatis instit. de rerum diuisione, l. in tantum. §. Vniuersitatis. ff. eod. tit. l. sicut. ff. quod cuiusque Vniuersitatis nomine, vbi glo. verbo non debetur, tenet Couarru. in practic. quæst. c. 37. num. 1. quorum ratio est, vt oppidi habitatores abun-
34 dent, † l. fin. §. penult. ff. de bonis damnatorum, l. fin. in fine. ff. communia de manumissionibus, ibi ampliandam magis ciuitatem nostram, secundùm Anton. Rub. in consi. 9. num. 5. Quæ ratio expressè euidenterque militat in priuilegijs, & exemptionibus gabellarum ciuitatibus concessis, quod limita, si prædictus vicinus ciuitatis priuilegiatæ aliò commoratur per maiorem anni partem, & in ciuitate priuilegiata habeat domum, seruos & familiam: in quo casu tenendũ videtur, quòd potiri possit prædicto priuilegio
35 & exemptione. † Nam habitare dicitur qui per alium habitat. l. l. certè. §. si procurator. ff. deprecario. tenet Bald. in dicto consi. 234. & ille dicitur habitare in aliquo loco, qui non est præsens, dummodò illic suam habeat fa-
36 miliam, † l. 1. §. domum. ff. de liber. agnoscend. regula qui per alium de regulis iuris, lib. 6. facit, l. 5. tit. 9. lib. 7. Recopil. quia per famulos habitatio retinetur: & domini, & non famuli dicuntur habitare, † l. si vero in principio. 37
ff. de his qui deiecerunt, vbi Doctores, ex quo animus redeundi præsumitur, per tradita à Doctoribus in l. quod meo. ff. de acquirend. possess. & per l. clam possidere. §. qui ad nundinas. & l. peregre. ff. eod. tit. & vtrobique tenet Bart. & ordinarij, & per ea, quę resoluit Matthæus de Afflictis in decisione 87. ad fin. nam quoad residentiam habitationis animus consideratur, † l. si quis 38
ita legauerit, dum vxor mea. ff. de conditio. & demonstr. tradit Bertrandus consi. 75. volu. 2. & consi. 167. volu. 3. Præterea si absens à dicta ciuitate in ea reliquerit vxorem, filios, parentes, fratres, vel cõsanguineos, qui vice ipsius munera & onera subeant, † per ea, 39
quę tradit Ioann. de Platea in l. cum scimus. §. fin. C. de agricol. & censitis, lib. 11. à principio, qui ait, quòd si statuto caueatur, quòd absens à ciuitate non possit gaudere priuilegio ciuibus concesso, si aliquis absens à ciuitate in ea reliquerit vxorem, filios, parentes, fratres, & consanguineos subeuntes eius loco munera & onera ciuitatis, pręsens censendus est, & dicto priuilegio munitur. † Re- 40
fert alia in comprobationem Burgos de Paz vbi supra, nu. 435. cum seqq. Et prætereà probatur tali fundamento: nam si quis sit in vno oppido per mille annos, animo tamen retinendi domicilium in alio loco, non potest esse ciuis illius loci, vbi adest, † l. nihil. ff. 41
de

de captiuis & post limin. reuersis, l. ex facto. §. rerum. ff. de hæredibus instituendis, l. 2. & 3. vbi Doctores, C. de incolis. lib. 10. l. lex Cornelia. §. si tamen in fundo. ff. de iniurijs, ibi: *Qui inhabitant non momenti causa*, Menoch. de arbitrarijs lib. 2. Cent. 1. casu 86. num. 7. nam si adfuerit aliquis animo transferẽdi se ad aliquem locum, vel oppidum, non dicitur incola
42 illius loci, vbi adest, † l. si in patria. C. de incolis, lib. 10. vbi scribentes & Iass. dicto consilio 77. & cum prædicta limitatione intelligenda & limitanda est dicta l. 4. titul. 28. part. 3. & Auendañi opinio de pascuis publicis.

Quæst. 3. PER supradicta dubitatur præterea, quid statuendum sit, quando vicinus duorum locorum à solutione gabellæ exemptorum vendit sua bona libera, hoc est, *De labrança, y criança*, in quolibet dictorum locorum, an gabellam soluere teneatur, vel
44 prędicto priuilegio potiatur. † In qua quæstione videbatur dicendum non potiri debere: quandoquidem in vna eademque persona non possint duę causæ lucra-
45 tiuæ concurrere, † per l. Męuius. §. duobus. ff. de leg. 2.

Sed nihilominus contrarium est tenendum, & sic quòd potiatur priuilegio, & exemptione amborum locorum exemptorum: nam d. l. Męuius. §. duobus loquitur in dissimili casu, vt latè resoluit Bart. ibidem, nu. 8. & 13. & Paul. num. 3. & 4. qui sunt videndi de interpretatione & limitatione prædictæ regulæ. Quæ omnia circa ciues habentes priuilegium & exemptionem gabellę, limita & intellige, dummodò res venditæ sint, *De labrança, y criança*, nam prædictum priuilegium non extenditur ad res venditas, quæ sunt mercimoniæ, vel negotiationis causa adquisita, † iuxta text. in l. 11. & 46
32. & 33. titul. 18. lib. 9. Recopilat. & ideò cum hac limitatione, vt dictum remanet, intelligenda est prædicta quæstio de vicino duorum locorum exēptorum, quod sublimita, dum tamen dicta bona acquisita fuerint in loco libero vbi venduntur, nam bona *De labrança, y criança*, acquisita in vno loco circa hoc exēmpto, si in alio etiam de hoc exempto vendantur, in quo itidem vendens habet vicinitatem, non erunt exempta à gabellæ solutione: † 47
quia quoad locum vbi venduntur, non erunt *De labrança, y criança*, & quia vt iam supra resoluimus, prædicta exemptio habitatoribus, & incolis tantum conceditur, & locorum diuersitas inducit diuersitatem iurium, † 48
ex text. in l. superuacuam. C. de temporibus in integrum restit. petend. & probatur in l. 1. ff. de offic. Proconsulis, vbi disponitur, quòd Proconsul potest insignia vbique portare; potestatem autem non exercet, nisi in ea prouincia sola, quæ ei designata est, Et etiam probatur, quia quando

quando priuilegium concessum est ratione loci, & eius augmento, vt in Hispania, mutantes se ad alium locum non retinent
49 dictum priuilegium, † l. hoc iure. §. si aquam. ff. de aqua quotidiana, & æstiua: & cum dicta exemptio sit causa habitationis, & incolatus concessa, cessat habitatione cessante, per l. priuilegia. ff. de regul. iuris; & quando priuilegium conceditur loco, du
50 rat in quantum durat locus, † l. forma. §. quanquam. ff. de censibus, & est pro hac sublimitatione textus expressus in l. 12. in fine, & in l. 14. titul. 18. libr. 9. Recopilat. ibi: *No paguen alcauala de todo lo que vendieren en la dicha venta de la cria, y labor que en el termino della se hiziere*, & l. 15. dict. titul. 18. ibi: *No pague alcauala de las cosas que vendieren en el dicho lugar para su proueymiento*, & in l. 16. in principio, & l. 18. ibi: *Que todas, y qualesquier personas que vendieren qualesquier mercaderias, y otras cosas en el dicho lugar de Simancas, y las entregaren alli realmente, y sin fraude, que no paguen alcauala alguna dellas*. Et ibi: *Y paguen las nuestras alcaualas de lo que vendieren fuera del dicho lugar*, & est text. in l. 20. & 21. dicto titul.
51 18. lib. 9. Recopilat. † quæ intelligenda vera, nisi aliter in priuilegijs, & exemptionibus dispositum fuerit, & extendatur ad venditionem factam vbique locorum, vt in priuilegio *De Tarifa, Gibraltar, Teba, y Antequera*, & alia huiusmodi, quæ videtur: ciues enim horum locorum exempti liberique erunt à solutione gabellę vbicumque bona sua, *De labrança, y criança*, vendiderint, etiam extra dicta sua loca, sicuti libere venduntur bona libera, *De labrança, y criança*, in alio loco omnino à solutione gabellę exempto, vti resoluimus in nostro lib. de gabellis in 6. par. nu. 40. & 41.

Et ex dictis resoluitur, quòd vicinus alicuius loci omnino à solutione gabellę liberi vendens in alio loco etiam omnino libero, & sine modificatione, *De labrança, y criança*, gabellam soluere in neutro dictorum locorum non teneatur, etiamsi amborum vicinus sit, quia cessat ratio quæstionis supradictæ de vicino duorum locorum tantum circa bona, *De labrança, y criança*, exemptorum.

NEC prætermittendum, *Quæst. 4.* vtrum priuilegiũ alicui ciuitati, Cap. 2. atque eius ciuibus cõcessum, extendatur ad suburbia, & ad ciues in suburbijs degentes, † in qua 54 quęstione videtur ad suburbia, nec ad ciues suburbiorum non extendi. Primò, quia priuilegia sunt stricti iuris, & non veniunt extendenda, sed limitanda, † per 55 tex. in l. 1. C. de legibus, vbi tenet Bald. & Ripa. in tract. de peste 2. p. particu. 2. nu. 3. late Menoch. de arbitrarijs lib. 1. casu 99. nu. 5. qui alios refert. Vrbs enim est, quę muro cingitur, † l. 2. & l. Alphen. l. 54

habitatoribus, vt superius resoluimus: leges enim Regiæ de ciuibus habitantibus loquentes locum non habēt in merè vicino, siue in eo, qui pro ciue habetur, siue in eo, quem vulgus ciuē nominauerit, nisi in ciui
57 tate cōmoretur: † probat text. in c. fundamenta, §. fi. de electione lib. 6. ita Ioan. de Platea in l. 1. C. de incolis lib. 10. col. fin. Carol. Ruin. in cons. 112. n. 13. lib. 5. vbi tenet, laudū de ciuibus habitantibus loquens non posse obtinere in ciuibus nō habitātibus in loco. Quia habitatio, cùm sit facti,
58 nūquā præsumitur, † l. in bello, §. factæ, ff. de captiuis & post limin. reuersis, tenet Ioan. de Platea in dicta l. 1. & probat par. l. 9. tit. 28. par. vbi habetur, quòd ad hoc vt vicin' alicuius ciuitatis, vel villæ, potiri possit montibus, & pascuis illius ciuitatis, & villæ, necnō alijs omnib', tenetur
in princ. l. 63. & 91. & 93. in fine tit. 18. parti. 3. & non solum procedit in causis nō priuilegiatis, sed etiā in priuilegiatis & pijs: quia quādo pauperibus, aut Ecclesiæ donatur, nō antea actio, nec eius possessio trāsfertur, quàm donatarij acceptatio præcedat, † est glos. verbo alia causa in fine, in l. illud. C. de sacrosanct. eccles. 138
quam communem dicūt Bart. Paul. & omnes scribentes ibidem, & Decius in consil. 226. num. 8. Gratus respon. 25. nu. 16. lib. 1. & copiosè Pet. Pau. Paris. consil. 77. num. 42. cum sequentib. volum 1. Couarru. in d. rubri. de testament. 3. p. num. 13. Burg. de Paz Iunior d. q. 10. num. 10. Iulius Clar. lib. 4. receptarum sententiarum §. donatio. q. 12. num. 6. Greg. Lop. in dicta l. 4 tit. 4 parti. 5. glos. 1. Azeuedo in l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopil. nu. 20. ad medium, nec stante l. 2. titul. 16. dicto. lib. 5. Recopil. ex quacunque donatione, seu priuilegio ius absenti oritur, nisi acceptatio subsequatur. † Quod tenet & defendit Greg. 139
Lop. in d. l. 4. tit. 4. parti. 5. in glos. verbo, *No le puede hazer*, versic. sed an hodie, & Couarru. lib. 1. variarum c. 14. num. 13 & Burgos de Paz Senior in consil. 14. num. 20. in fine, & cons. 33. num 12. lib. 1 Curt. Iun. in consil. 120. Paul. Castren. consil. 171. nu. 2. lib. 2. latissimè Molina de Hispan. primog. lib. 4 cap. 2. à num 60. cum sequent. & Burgos de Paz Iunior in d.

q.10.nu.35.qui in numeris antecedẽtibus cum dicto Molina vbi supra, agit de vero intellectu dictæ l.2. tit. 16. lib.5.Recopil. quod etiam tenet Azeuedo in dicta l.2. & Matienço, & alijs ab eo relati,& Mieres de maioratibus.1.part.q.36.& Angulo de meliorationibus in l.1.glos.5.nu.28. qui hanc dicit esse magis receptam opinionem,licèt contrariam sequatur cum Mencha. Sarmien.quos refert, cum qua etiam opinione residet Parlador. de rebus quot. lib. 2. cap.3.à nu.36.Et ideo vera sit resolutio,quòd quilibet poterit libere reuocare suam donationem absenti factã

140 ante eius acceptationẽ,† per text.notabilem in l. 2. §. sed siquis donaturus.ff.de donatio. l.quotiens. C.de donat.quę sub modo.l.quotiens. C. de reiuendic. vbi probatur,posse donantem rem vni donatam alteri donare:& in rebus donatis esse præferendum secundum donatarium,qui fuit præsens, aut cui res tradita fuit: quam opinionem tenet Paul.de Castro consil.195. num.3.lib.2. Decius consil. 226. num. 26. cum sequentibus, Gratus responso 25. numer.37. & consil.127. numer.20.lib.1.Petr. Pau.Paris. consilio 77.num.31. cum sequentibus volum. 1. Cassan. consilio 7. num.42. Carolus Ruinus cõsilio 5. numer.5.& 8. lib.1. Gregor. Lopez dicta l.4.titul.4.parti. 5.glos. 1. Couarruu. in dicta rubr.de testamen.3.part,num.13.Anto.Gom. in l.45. Tauri, num.83. Burgos de Paz Senior in d. consil.14. num.20. cum sequentibus,Tellius Ferdinand. in l. 17.Tauri n.30.quod procedit, etiãsi donatio fuerit iurata: quæ nullũ habet effectum,& poterit reuocari ante acceptationem, tradit latè Burgos de Paz Senior in consil. 2. num. 28. lib.1.& Molina vbi supra lib.4.cap. 2. num. 56. quod probatur in l. certum.§.siquis absente.ff.de confessis, tenet Archidiaconus in cap. quæcũq; in principio 22. q. 5. & Fortunius Garcia in cap.1.num.25.de pactis,& Gregor.Lop.in d.l.4.glos.1. in versic.si tamẽ ex verbis: & etiam tenent plures Doctores,quos refert, & sequitur Burgos de Paz in dicto consil.14.num.21. cum sequentibus lib.1.& Burgos de Paz Iunior dicta q.10.num.46.Ioannes Gutierrez in cap.quamuis pactum de pact.lib.6. in princ.nu.55.& procedunt supradicta,licèt in donationis scriptura appositum sit pactũ de nõ reuocando:

† quoniã hoc etiã pactũ necessariò 141 acceptandũ est: & ante acceptationem poterit reuocari cum ipsa principali donatione:quam tanquam veram opinionem defendit in proprijs terminis dictus Molina vbi supra lib. 4.cap.2.num.64.versic.quod etiam cum numeris sequẽtibus, quia cùm ex antea dictis sit vera resolutio, quòd donatio absenti facta sit de sua natura reuocabilis ante acceptationem, nihil operatur iuramentum, nec illa clausula, *Promitto me non reuocaturum*, ea namque non obstante poterit donans ante acceptationem donatarij donationem à se factã reuocare, iuxta glossam in verbo acceperint,in l.si alienam.§.Marcellus.ff.de donat.causa mort.l.cũ precario.ff.de precario, vbi notant Doctores,

ctores, tenet Corneus cõs. 126. col. 2. lib. 1. Deci. consi. 475. nu. 17. Aymon Crauer. cons. 51. lib. 1. Et quando cõtractus est de sui natura reuocabilis, clausula accessoria in eo posita cēsetur esse reuocabilis. † l. sub conditione. ff. de bonorum possess. contra Tabul. l. in seruitute. §. si quis. ff. de bonis libertorũ, glos. verbo Fauiana in l. si patronus. ff. si quid in fraudē patroni. tradit Ias. in l. ex testamento, C. de fideicom. n. 1. & 2. & in l. nõ dubiũ. C. de legibus n. 56. & clausula nõ reuocandi in qualibet scriptura apponitur in fine, & post dispositionē, & quando in finem, & post dispositionem apponitur, cēsetur magis ad executionem, quàm ad substantiam contractus apposita, & clausulæ, quę ad executionem contractus opponũtur, non solent, eius substantiam alterare: † tex. in Clem. 1. in fine de prębendis, tradit Cardinalis consil. 19. & Decius consil. 2. num. 9. & consil. 205. nu. 18. & alij plures, quos refert, & sequitur Couarr. in d. rubr. de testam. 2. p. nu. 12. versic. tertia conclusio, maximè quia prædicta clausula de non reuocando in contractu donationis apposita magis ex tabelliorum stylo, quàm ex partium, & contrahentium consensu censeatur, & ideo tales clausulæ nihil operantur, nisi constet, appositas fuisse departium & contrahentium consensu, † secundũ Bart. in l. 1. ff. de iure codicillorum, Bald. in l. quotiens. C. de hæredibus instituendis nu. 1. Alex. consil. 141. num. 2. lib. 1. tenet Gozadinus consil. 80. num. 15. Carol. Molineus in consuetudinibus Paris. tit.

142

143

144

1. §. 10. quæst. 13. & Couarruu. vbi supra num. 14. Michael Crass. de successio. ab intestato. §. donatio causa mortis quæst. 1. num. 6. pag. 92. Pactum enim de non reuocando non supplet traditionem requisitã, per l. 1. tit. 6. lib. 5. Recopilat. ad hoc vt donatio fiat irreuocabilis, per ea quæ tradit Angulo in tit. de meliorationibus in l. 1. glos. 8. numer. 9. quibus non amplius immoror, ne extra materiam, & institutum nostrum de aliquo perperam dicto arguamur: quamuis prædicta nõ extra rem, nec extra materiam priuilegiorum & exemptionum sunt allata.

IN Qua dicta materia se offert illa quæstio notanda, vtrùm habens priuilegium exemptionis, & excusationis à solutione gabellæ, vel sportularum si scienter soluerit, possit solutum repetere per cõdictionem indebiti? † In qua quæstione tenet Baldus in l. fin. C. de fructibus, & litiũ expensis, & eũ referens Greg. Lop. in l. 30. tit. 14. partit. 5. glos. 1. quod dictus priuilegiatus, & exẽptus scienter soluens gabellam, vel sportulam, nullam habebit repetitionē per indebiti condictionē, qui Greg. Lopez vbi supra cum Paul. de Castro in l. si hæres. §. si totam numer. 2. ff. ad Senatusconsult. Trebellian. mirabiliter distinguunt, & resoluunt, quando dicatur solutio scienter, vel per errorem facta. † Et secus erit, si per errorem, vel ignorantiam soluerit, per ea, quæ tradidimus in libro de gabellis in 5. p. in princ. nu. 27. Et cui scientiæ, vel erroris incũbat probatio, tradunt supra relati Doctores, quos

Quæst. 23. Cap. 4.

145

146

quos vide, ne eius dicta repetamus, & est tex. ad idē in l. 29. tit. 14. parti. 5. vbi habetur, quòd actori incūbet erroris probatio, quādo reus solutionem confessus fuerit: quā legem vide optimè distinguentē: & de illo qui habet priuilegiū, ne cōueniatur in plus quàm facere potest, si soluat, vtrū ei repetitio per condictionem indebiti
147 cōpetat? † Vide latè Bart. in l. ex diuerso. 4. fin. ff. solut. matrimon. num. 13. cum sequentibus, qui optimè distinguit, & resoluit.

Quæst. 24. POSSET autem aliquod immunitatis, & exemptionis priuilegiū concedi alicui, & eius familiæ, ad cuius interpretationem, cū casus obuenerit, est scitudignū, quis cōpreheni-
148 datur sub hoc nomine familiæ. † In qua quęstione dicas, quod comprehenduntur omnes, qui sunt de familia habentis priuilegiū, hoc est descēdentes, & trāsuersales vsq; ad millesimum gradū cognationis, vel agnationis, per l. pronuntiatio. §. familiæ, ff. de verb. signifi. l. fin. C. eodem tit. l. cum ita legatur. §. in fideicōmisso. ff. de legat. 2. l. 1. in princ. ff. de gradibus cognatio. tradūt Doctores in su-
91 pradictis iuribus: & in materia fideicōmissi, & maioratus tenet Molin. de Hispan. primogen. 1. p. lib. 1. c. 4. nu. 40. cum seqq. & Burg. de Paz in procemio legum Tauri num. 106. & quomodo intelligatur, & exemplificetur hoc nomen, familia, tradit latè Gregor. Lop. in l. 6. tit. 33. parti. 7. in glos. verbo, familia, & Lara de anniuersarijs lib. 1. c. 6. à n. 9. sub qua etiā cōprehenduntur liberi homines, qui sunt in seruitio illius, cui priuilegiū concessum fuerit. l. ædiles. ff. de edilicio edicto. l. 1. §. familiæ. ff. de vi & vi armata, tenet Matth. de Afflict. in tract. de iure protomisseos. §. 3. nu. 5. quod intellige verū, si habitant in eadem domo, & non in diuersis, nec diuisim, secundum Boerium in decis. 213. n. 13. & 15. de quo vide Castellū in l. 17. Tauri, in glos. verbo, *De sus hijos*, versic. quero filij, dicitur etiā de familia legitimatus, † secundum Co 149
uar. in 4. Decretalium: 2. p. c. 8. §. 10. à nu. 2. & Molin. vbi supra lib. 1. c. 4. nu. 44. & Orosc. in l. cum legitime in princ. ff. de statu homin. & est tex. in l. cum pater. §. cum inter, & 1. libertis. ff. de legat. 2. & tex. de iure Regio in l. 10. tit. 8. lib. 5. Recopil. & ibi Azeuedo n. 4. refert, & sequitur per plures Doctores, Molina vbi supra nu. 44. qui in nu. 45. cum sequētibus affirmat, quòd filius naturalis, bastardus, vel adoptiuus, vel spurius nō cōprehenditur sub hoc nomine, familia, † per plura iura, & DD. quos alle- 150
gat, & apud eū videri poterūt, & per Castellū in l. 17. Tau. in verbo, *De sus hijos*, vers. quero filij vsq; ad finem, & plurima per Menoch. de arbitra. lib. 2. centuria. 6. casu. 542. & si dictū priuilegiū, vel exemptio concedatur alicui, & eius successoribus, † si illud 151
verbū, *A sus sucessores*, fuerit generice sumptum, comprehendūtur tam successores vniuersales, quàm particulares; & tam successores ex vltima voluntate, quàm ex contractu, per l. fluminum. §. adijcitur. ff. de damn. infecto. l. 1. §. illud. ff. quorum legatorum, & vtrobiq; communiter Doctores, & quid cōprehenda

tur

tur sub verbo, *Posteris, sobolis, vel pro-*
152 *lis*, in priuilegio apposito? † Habetur per Doctores in l. 1. §. personae. ff. de iure immunitatis, vbi late Alexan. in apostillis ad Bartolum. Etquid si alicui, & omnibus de genere priuilegium, vel exeptio à solutione gabel-
153 larum concedatur? † In quo casu dicẽdum est, quòd generis appellatione continentur omnes consanguinei, & cognati, vt tradit Decius in l. fœminae. ff. de regul. iur. nu. 64. & est de iure regio tex. in l. 22. tit. 13. parti. 2. vbi tenet Greg. Lop. in glos. fin. ad finem, comprehendunturque fratres per l. cum quidam. ff. de interdictis & relegatis, tenet Cassan. in consuet. Burgundiae rubr. 8. §. 5. versic. itẽ po steritas col. 1. n. 46. fo. 296. & etiã legitimati cõprehenduntur per l. quoniam. C. de natural. liber. vbi Bald. non tamen cõprehenduntur bastardi, & naturales tãtum sub hoc verbo,
154 *Generis*, vel *de genere*, † secundũ Bal. & DD. in l. fin. C. de verb. signifi. tenet Patauinus in tract. de masculorũ successione exclusis fœminis. 3. part. principalis nu. 6. in 1. volum. tractatuum Doctorum, Alex. & Doctores in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Senatusconsul. Trebellia. Tiraquel. de nobilitate cap. 15. num. 12. Ias. in d. l. fin. C. de verborum signific. nu. 13. & 14. Molina de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 4. num. 46. comprehenduntur tamen qui sunt de agnatione in linea masculina sub dictis verbis, *Generis*, vel *de genere*, secundum Cassaneum vbi supra rubr. 4. §. 19. col. 1. nu. 16. fol. 18.

*Quaest. 25.* EX Quo deducitur illa admodum controuersa quaestio, in qua Doctores in varias sunt diuisi sententias, vtrum si priuilegium concessum sit alicui, & suo generi, comprehendãtur nati ex fœminis. † In qua quae- 155
stione videtur tenendum, quòd priuilegium exemptionis alicui, & suo generi concessum, nõ extendatur ad natos ex fœminis, per text. qui ad id videtur expressus in l. 1. §. filiae. ff. de iure immunitatis, vbi tenent Bart. & Doctores. Sed contrarium puto verum, & sic quòd etiam nati ex fœminis in tali priuilegio comprehendantur: quod tenet Anto. de Butrio in d. l. 1. §. fœminae, & Paul. de Castro in l. 1. C. de conditio. insertis nu. 4. ipse Paul. in consil. 313. Ioannes de Imola in consil. 62. Corne. consil. 223. quos & alios Doctores refert, & sequitur Decius in cap. nouit de iudicijs nu. 4. & in consil. 223. in 2. p. per totum, Paul. in l. si dotali. ff. solu to matrim. nu. fin. ad finem, qui respõdit ad tex. in d. l. 1. §. filiae. ff. de iu 156
re immunitat. † qui loquitur in casu speciali, & in priuilegio immunitatis, quod rempublicam offendit: & idem respondit Pau. in d. l. 1. C. de cõ ditio. insertis nu. 4. & Decius in dicto consil. 223. num. 6. & hanc partem tenet Otalora de nobilitate. 5. part. cap. 5. num. 19. qui in num. 20. ad finem dicit, adeò difficilem esse, quòd sit noua Regia decisione digna, quòd ad dubitationes extirpandas ita decisum fuit in l. 17. tit. 18. lib. 9. Recopilat. ibi, *Quier deciendan de varones, o de mugeres, gozen, y les sea guardado el dicho priuilegio.* Et ita iudicatum saepè saepiùs vidisse, ait ip-

se Otalora vbi supra: cuius opinionem, eo non relato, tenet & sequitur Pinel. in l. 3. C. de bonis mater. à nu. 31. quod nota ad l. 31. cum seqq. in d.
157 tit. 18. lib. 9. Recopil. † quòd idē erit iudicandum, quando priuilegiū conceditur alicui pro se, & suis descendentibus, vel hæredibus, vel successoribus: in quo comprehenduntur tam masculi, quàm fœminæ, & ex eis des-
158 cēdētes: † quia vbi agitur de hereditate, vel succesśione, nulla est sexus differentia habenda, tex. in authen. defuncto. C. ad Tertullia. authentica in succesśione. C. de suis & legit. hæredibus. l. lege duodecim tabularū. C. eod. tit. l. maximū vitiū. C. de liber. præterit. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præstand. tenet Alex. cons. 160. lib. 2. appellatione enim descendentium veniunt omnes in infinitū tam masculi, quàm fœminæ, & tā descendētes de masculis, quàm de fœminis, l. fi. C. de suis & legit. hered. tex. in authent. de hæreditatibus, quæ ab intestato in princ. quod hodiè erit mirabile in praxi ad decisionem, & interpretationem legis 18. tit. 18. lib. 9. Recopilat. ibi: *Y sus hijos y descendientes gozē del dicho priuilegio de hidalguia,*
159 *y de la exempcion de alcaualas,* † pro qua opinione faciunt ea, quæ tradit Palac. Rubi. in repetitione rubri. de donatio. §. 69. col. 2. cum seqq.

Quæst. 26. SED si priuilegium exemptionis concessum fuerit alicui, & suis descendentibus masculis, & fœminis, est admodum controuersum inter Doctores, vtrum in tali priuilegio comprehendatur filia iam nup-
160 ta. † In qua quæstione videtur asserendum, in dicto priuilegio filiam iā nuptam comprehensam esse, secundum Bald. in l. cum quædam puella, ff. de iurisdict. omn. iudi. n. 4. vbi tenet Alex. nu. 14. & in consil. 20. in fine lib. 2. Corne. cōsil. 272. in fin. lib. 4. Deci. consil. 223. nu. 4. 2. p. & in c. nouit de iudi. nu. 4. vbi tenet Felin. & in c. super eo de testibus dictus Alexan. consil. 215. num. 10. lib. 7. Tiraq. ad leges connubial. glos. 1. in fin. Pro qua opinione facit, quod fœmina nupta ius agnationis non amittit, † 161
per l. voluntas. C. de fideicōmiss. vbi Ias. in princ. & Paul. n. 1. Decius in l. fœminæ de regul. iur. num. 92. Petr. Paul. Paris. cons. 47. n. 56. lib. 3. Et fœmina nupta retinet omnia priuilegia, & omnes prærogatiuas familiæ paternæ, † secundum Alex. cons. 20. 162
in fin. lib. 2. & Deci. d. consil. 223. n. 4. ad medium. Contrariam opinionē videlicet, quòd priuilegium concessum alicui, & suis descēdentibus masculis, & fœminis non cōprehendat filiam iam nuptam, tenuit Bart. in l. quoties. C. de priuileg. scholarū lib. 10. n. 2. vbi Angel. & Ioan. de Plat. quam opinionem dicit communē Hieronymus Chucalon in additionibus ad Decium in d. l. fœminę nu. 95. & Hippolyt. de Marsil. in rubr. de fideiussoribus nu. 113. & in l. vnica. C. de raptu virginum nu. 200. & Ripa lib. 2. responsorum c. 3. nu. 11. Corsetus in singularibus suis versic. priuilegium, & Iason in dicta l. cum quædam puella. ff. de iurisd. om. iud. nu. 3. & comprobatur, quia mulieres post contractū matrimonium statū suum mutant, † per l. mulieres. C. de 163
dignita.

dignitatibus lib. 12. facit etiam, quod filia exempta ratione nobilitatis non excusat maritum ignobilem, & ambo contribuere tenentur cum igno-
164 bilibus, † secũdum Otaloram de nobilitate. 5. p. c. 5. nu. 19. versic. itẽ etiã, & facit tex. de iure Regio in l. 9. titu. 11. lib. 2. Recop. & licet glos. peregrina verbo nobilis, versic. sed mulier nobilis, fo. 323. ad fin. Et si mulier priuilegium exemptionis, & immunitatis habet, & bona suo marito in dotẽ tradiderit, tenetur talis maritus solue-
165 re, & contribuere, † vt tenet Pet. Antibolus in tract. de muneribus, fo. 73. col. 2. versic. plebeius, quem sequitur Palac. Rub. in repet. rubr. §. 32. vers. præterea, & maximè hodie isthæc opinio procedit, cũ filia nupta, & velata exeat à patris potestate, per l. 8. tit. 1. lib. 5. Recop. & fit in potestate
166 viri, † l. 13. tit. 20. lib. 3. fori Regal. vbi tenet Montal. in princ. alios referens Doctores, de qua quęstione latè Ioã. Garc. de nobilit. glo. 1. §. 1. n. 41. Menoch. præsumpt. 88. lib. 4 n. 4. Azeu. in l. 1. ti. 1. li. 6. Recop. n. 32. & 93. & d. Ioã. Garc. vbi sup. nu. 44. vbi optima circa priuilegium Antonæ Garciæ.

Quæst. 27. QVIBVS simillima est illa quæstio, vtrum priuilegium, & exemptionem alicui patri, & suis descendẽtibus cõcessam, posit pater renunciare, & pacto vel renuntiatione filijs, vel descendẽtibus præiudicare? † Et
167 pars affirmatiua videtur probata in l. 1. & 2. C. de his, qui sponte munera subeunt. lib. 10. & tenet Ioan. de Plat. in d. l. 2. Sed pro cõtraria parte, & sic quod priuilegiũ descendentium pacto, vel renuntiatione patris tolli nõ possit, allegatur tex. in l. alia. §. elegãter. ff. solut. matrimon. vbi traditur, quòd iuri vel priuilegio competenti ratione alicuius qualitatis, vel personæ, non potest renuntiari: † quia est 168
perpetuum, per cap. decet de regul. iuris lib. 6. & verba apposita in priuilegio generali non verificantur, nec sunt intelligenda in prima persona, nec in primo actu, sed intelliguntur perpetuò durare. † Ita Felin. in c. 2. 169
de tregua & pace limit. 7. Tiraq. plura referẽs in l. boues, §. hoc sermone, limit. 8. ff. de verborũ signifi. ita tradit Matien. in l. 11. ti. 7. lib. 5. Recop. glos. 8. nu. 4. alios Doctores referẽs. Priuilegium namq; ita in descendẽtes transit, & descendit, tanquã si nulla persona cessauerit, nec tollatur de medio, † secundum Otalor. de no- 170
bilit. 2. p. c. 9. n. 11. & factum vel odiũ paternum, non debet regulariter filijs pręiudicare, † l. 1. ff. de liberali cau- 171
sa. l. siquis in suo. §. legis. C. de inoffi. cioso testam. l. 2. vbi scribẽtes. C. de bonis libertorum. l. 2. vbi Doctores, C. de liber. & eorum liber. quã opinionem in materia nobilitatis per plura iura defendit Otalora vbi supra cap. 9. num. 14.

NEC omittam, quod clerici, Quæst. 28.
ecclesiæ, vel monasteria, quę habent Regalia priuilegia super redditibus Regijs cõcessa, nõ possunt conueniri regios collectores coram iudice ecclesiastico: † & tenentur compa- 172
rere, & eos conuenire coram seculari iudice; aliàs incurrunt in pœnam legis 6. titu. 1. lib. 4. Recopil. de quo videndus Azeued. ibidem in princ.

QVID autem erit tenendum, si Quæst. 29.
priui-

priuilegium, vel exemptio conceda tur alicui, & suis descendentibus per masculinã lineã, & prædicto priuile gio potiri conatæ fuerint fœminæ,
173 quę à masculo descendunt? † In qua quæstione tenendum est, dictas fœminas à masculo descendẽtes in prę dicto priuilegio esse comprehensas: quod tenet Paul. in l. Gallus. §. nunc de lege nu. 4. cùm seqq. ff. de liber. & posthum vbi Alex. n. 3. Ias. n. 9. cum seqq. est tex. in §. cęterum ad finem, instit. de legitima agnatorum succes. & tenet Socinus consil. 51. nu. 6. lib. 4. Pet. Paul. Paris. consil. 47. num. 43. lib. 3. Dicit communem Molina de Hispan. primogen. lib. 1. c. 6. n. 37. & 39. Et ita erit intelligenda, & modificanda l. 17. tit. 18. lib. 9. Recopil. ibi: *Pero si descendieren de los cõtenidos en los dichos priuilegios por linea de varones.*

Quest. 30. ET vtrum Princeps possit donationem, vel mercedem à se factã reuocare, vel immunitatem aut priuile
174 giũ, quod concesserit, † tradunt late Lucas de Penna in l. fin. C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. col. 2. cum seqq. & Azeuedo in l. 1. & 3. & 16. tit. 10. lib. 5. Recop. Matien. in l. 6. d. tit. 10. lib. 5. glos. 1. vbi latè per conclusiones resoluit, qui in l. 11. tit. 7. glos. 1. & 3. latè agit, vtrum priuilegium, & donatio ob benemerita, & remunerationem possit reuocari. De quo Firmianus de gabellis. 1. p. num. 24. qui Bart. & alios Doctores recenset.

Quest. 31. SED cùm verũ sit, quòd mulier plebeia, & rustico genere nata, gaudeat priuilegio mariti nobilis, per multa iura, & DD. quos refert Otalora de nobilit. 4. p. c. 8. n. 2. ad fin. † 175
erit notabilis quæstio, quid statuendũ sit in vidua, quę nupta fuit viro priuilegiato, & exẽpto à collectarũ, & gabellarũ solutione ratione priuilegij sibi concessi, vtrũ prædicta vidua illo priuilegio, & exẽptione potiatur, tanquam si maritus viueret? † In qua 176
quęstione videbatur tenendũ potiri nõ posse, cùm huiusmodi priuilegiũ marito cõcessum sit personale, & cũ persona mariti extinguatur, vt resoluimus supra hoc in capite n. 109. Sed nihilominus cõtrarium affirmandũ est, quia vidua gaudet priuilegio fori mariti defuncti. l. filij libertorũ. ff. ad municip. gaudetq; omnibus viri priuilegijs, secundũ Ant. Corserũ in tract. de potestate Regia. q. 29. n. 51. in vol. 2. tractatuum Doctorũ: omnesq; dignitates, & priuilegia retinet, † l. fœminæ. ff. de Senator. l. fin. 177
C. de incolis lib. 10. l. mulieres. C. de dignit. lib. 12. l. 7. tit. 2. part. 4. & vtrobiq; Doctores asserentes, quòd quãuis viri priuilegia sint personalia, & dignitates sint accidentales, & nõ naturales, transeunt ad viduam: & probatur in c. ex parte, glos. magna, vers. non obstantibus de foro cõpeten. Vidua enim dicitur esse in matrimonio primi viri, secundum Bald. & Doctores in l. voluntas. C. de fideicommis. tex. in l. fin. C. de bonis mater.
† Retinetq; vidua mariti priuilegia, 178
idemq; de ea iudicatur post mortem mariti, quod eo viuente circa priuilegij retentionem. l. filij libertorum. §. vidua. ff. ad municipal. tenet Ioan. de Platea in l. per hanc. §. si qua in fine. C. de erogatione militar. annonæ

nonæ lib. 12. quia quando alicui se-
mel acquisitum fuit ius ex persona
alterius durat, etsi persona illa moria
179 tur: † argumento tex. in l. post mor-
tem. §. fin. & l. illud. §. fin. ff. de
bonorum possess. contra tabul. &
quæ ibi tradunt Doctores, & Ioan-
nes Garcia de nobilitat. gloss. 1. §.
1. à num. 44. & Azeued. in cõsil. 17.
num. 1. & quos ibi allegat ad inter-
pretationem, l. 31. & 33. tit. 18. lib. 9.
Recopil. Et in expresso quòd vidua
post mortem viri priuilegiati & exē
pti à solutione tributorũ & collecta
rum, gaudeat dicto priuilegio, & exē
180 ptione, & collectas non soluat, † te-
net Auiles in cc. prætorũ in proœ-
mio nu. 19. & Palac. Rub. in repeti-
tione rubricæ de donatio. inter vir.
& vxorem. §. 31. nu. 8. versic. ex eo,
quam sententiam defendit Otalo-
ra de nobilitate. 4. p. cap. 8. per totũ,
text. est de iure Regio in l. 25. tit. 11.
lib. 2. Recop. quod intellige verum,
dummodo dicta vidua in viduitate
permanserit, & castè, & honestè vi-
xerit, vt per iura, & Doctores supra
relatos probatur. Nam vidua luxu-
riosè, & inhonestè viuens, perdit om
nia priuilegia, quę mariti nobilis cau
181 sa retinebat. † l. 9. tit. 11. lib. 2. Recop.
ibi: *Mantuuiere despues castidad*, tex.
in Authen. de restitutione, & ea, quę
parit in vndecimo mense. §. fin. habi
tus namque, vt ita loquar, & vestitus
non facit viduã, sed pudicitia vidua-
lis, l. decreto. C. ex quibus causis in
182 famil. irrogetur. † & nõ sufficere stu-
prum semel tantum à vidua com-
missum ad hoc, vt dicatur luxuriosè,
& impudicè viuere, tenet Matient.
in l. 5. tit. 9. lib. 5. Recopil. glos. 8. nu.
6. quem sequitur aliorum opinionē
reprobans Ioann. Gutierr. in pract.
quæstionibus lib. 2. q. 122. volum. 1. † 183
quod nota ad dictam legem. 5. vbi
probatur, quòd vidua luxuriosè vi-
uens amittit dimidiam partem lucro
rum constante matrimonio acquisi-
torum.

ET cùm proprium sit Regũ li- Quest. 32.
berales existere, vt supra hoc c. nu 4.
diximus, non eis tam prodiga conce
ditur liberalitas, vt in preiudiciũ suc
cessoris regalia donare, & iura Reg-
ni subuertere, vel diminuere possint:
hoc enim eis non permittitur, † se- 184
cundum Bart. Alexand. & Docto-
res in l. prohibere. §. plane. ff. quod
vi aut clam: & Bald. & Doctores
in l. penultima. C. de bonis quę libe-
ris, quia Rex non potest de iure pri-
uilegia concedere, & denotationes
adeò immoderatas facere, vt Regno
præiudicium, & damnum inferatur, 185
secundum Oldral. consil. 94. & Bart.
& Alexand. in dicta l. prohibere. §.
fi. ff. quod vi aut clam. & Ægid. Bos.
in practica tit. de Principe num. 382.
Nec tributa possũt à Regibus remit
ti, nisi magna subsistente causam, ag-
naq; cũ solẽnitate, † l. 34. tit. 18. p. 3. 186

EX quo deducitur, quid tenendũ Quest 33.
in illa admodum controuersa, & dif-
ficili quęstione, videlicet an legitima
tus ex Principis rescripto generali-
ter gaudeat nobilitate parentis nobi
lis, & sit exemptus à contributione
tributorum, & iurium regalium, hoc
est, *Pechos*. † In qua quæstione vi- 187
detur dicendum, talem legitimatum
immunem esse. Ratio est, quia legiti
mati

mari ex Principis rescripto nihil dif-
188 ferũt à legitimis,† per tex.in authen. quib.mod. natural.efficiantur sui.§. illud tamen,& in authent.præterea, & in authent.item si quis C.de naturalibus liber. l.4. & fin. titul. 15. partita. 4. tenet Molina de Hispan. primog.lib.1.cap.11.nu.18.in 1.p.& in 2.p.lib.3.c.3.n.1.quod hodie probatur per l. 10.tit.8.li.5.Recop. Quibus non obstantibus, contrariũ tenendum est,&sic quod priuilegium legitimationis generaliter,licèt contineat verba, quòd talis legitimatus in omnibus, & per omnia sit legitimus, non extenditur ad priuilegium nobilitatis, nec ad tributorum, & iurium Regalium exemptionem, per l.20.tit.11.lib.2. & l.fin. titu.2.lib.6. Recopil.de quo vide Matientium in l.10.tit.8.lib.5.Recop.glos.8.à nu.2. cum sequentibus, quam sententiam tenet, & defendit Azeue. in d.l.10. à nu.46.cum seqq. qua mplures authores tam antiquos, quàm modernos referens, qui timore dictæ legis 10. quæ ex diametro contraria videbatur dictæ legi 20.tit.11.lib.2. asserunt,prædictam legem 10. correctã esse per dictam legem 20. Sed has leges altius considerans, nullam puto dari posse correctionem, & eam vitando respondeo fundamento primo pro cõtraria opinione adducto, quòd filij legitimati non propriè,sed per fictionem iuris legitimi dicun-
189 tur,† secũdum Bald.in l.eam quam. C.de fideicommiss.nu.44.& 45. Decius consil.284.nu.15. Tiraquel. de primogenitura,q.34.nu.58.& in l. si vnquam. C. de reuocand. donatio. in verbo susceperit liberos num.79. & secundum Portium consil. 106. num.95.& propterea legitimati non succedunt in primogenijs Hispaniæ,
† vt defendit Molina de Hispan.primogen.2.p.lib.3.c.3.à nu.3.cum sequentibus. Prædictæq; legi 10. respondetur, incorrectam manere, & loqui in suo casu,& illa verba, *En hõras y preeminencias que han los hijos legitimos*,non comprehendere tributorum Regalium exemptionem,† quia 191
de iure cõmmuni legitimati non cõprehenduntur appellatione legitimorum, & hæredum, vbi agitur de honore, & beneficio,† secundũ Molinam vbi supra 2.p. lib.3.c.3. nu.9. 192
Matth.de Afflict.decis.39.nu.23.& 24. & ideo d.l.10. honores & præeminentias cõcedens disponit contra ius cõmune. Et verum est, quòd priuilegiũ contra ius cõmune non cõprehendit casus omissos, † per c. 193
licèt de transactio.&tenet Bald.in c. 1.quibus mod.feud. amittatur in vsibus feudorũ, & in rubr.col.1. igitur d.l.10.non cõprehendit casum exẽptionis tributorũ omissum.Prætereà; quia priuilegia continẽtia tributorũ remissionẽ sunt strictissima, † secun- 194
dum Otaloram vbi supra. 4. part. cap. 5. num. 3. & hac de causa dicta l.20.strictissimè debet interpretari, & eo modo, ne predictam tributorum remissionem contineat. Et comprobatur, nam priuilegium generale immunitatis, & exemptionis tributorum non valet, nisi expressè, & specialiter in eo fiat mentio cuiuslibet tributi, † l.10.titul.18. parti- 195
ta.3.l.4.tit.26. ead. parti. & vtrobiq; Greg.

Greg. Lop. & l. 9. tit. 27. lib. 9. Recop. quæ loquitur in seruitio, & montazgo, de quibus legibus, nec de eorum exemptione vlla mentio in d. l. 10. fit, & ideo exemptio tributorum, nec immunitas in ea comprehenduntur: quia priuilegia exemptionis Regalium tributorum sunt in maximũ
196 præiudicium successorum, † per l. 4. tit. 26. parti. 2. & Princeps per dictam legem 10. tollens defectum natalium per legitimationem, non videtur tollere effectum, & obligationem con-
197 tributionis cũ plebeis: † argum. tex. in l. seruitus. ff. de seruitut. vrban. prædiorum: maximè cum in priuilegio nobilitatis fiat præiudicium alijs cõ-
198 tribuentibus, † vt tradit Grego. Lop. in l. 4. tit. 15. partita. 4. in glos. 11. post medium: & priuilegium semper censetur cõcessum sine læsione, & præiudicio alterius, per tex. in c. licet de officio ordinarij. c. extuarũ de authoritate, & vsu pallij cap. pastoralis de priuilegijs, l. si quando, C. de inoffic. testam. quod præiudicium non cessaret, si prædicta l. 10. nobilitaté, & tributorum exemptionem comprehéderet.

Quæst. 34. ET vtrum legitimationis rescriptum filijs naturalibus, spurijs, incestuosis, vel adulterinis concessum à Principe, comprehendat nobilitatis,
199 & tributorum exemptioné. † Disputat latè Azeuedo in d. l. 10. tit. 8. lib. 5. nu. 47. ad medium cum sequétibus, qui alios Regnicolas refert, ex quibus deducitur, quod priuilegium à Principe concessum, in quo adfuerit subreptio, vel falsa causa, vel taciturnitas veritatis, nullius erit momenti, † per l. 2. & l. etsi legibus. C. si contra 200 ius, vel vtilit. publicam, tradit multa Rod. Xuar. allegatio. 12. versic. prætereà certum est cum sequétibus, in antiqua impressione.

ATTAMEN cùm hodie no Quæst. 35. uiter per nouam pragmaticam pro- Cap. 4. mulgatam anno 1594. cõcessum fuerit priuilegiũ agricultoribus, ne pro debito ciuili incarcerentur, nec eis possit executio in messibus bobusq; aratorijs, & alijs in rebus fieri iuxta illius pragmaticæ normam, quod antea erat concessum per l. 4. tit. 13. parti. 5. & per l. 25. tit. 13. lib. 8. & l. 5. & 6. tit. 17. lib. 5. Recop. † dubiũ ad- 201 modum à multis agitatum occurrit, vtrum illud priuilegium ad debita præterita, & ante illius pragmaticæ promulgationem cõtracta extendatur, vel ad futura tantũ. † In qua quæ- 202 stione resolutiuè affirmandum est, prædictæ pragmaticæ priuilegium ad debita futura tantum extendi, & non ad præterita, & ante eam contracta, per tex. in l. leges. C. de legibus. l. legem. C. de naturalibus liber. l. iubemus. C. de testament. c. fin. de constitutio. & vtrobiq; Doctores, glos. verbo de cætero, in cap. licet canon de electione lib. 6. l. fin. tit. 14. parti. 3. vbi Greg. Lop. quod limita multis modis, vt per Gratian. in regula 295. per totam.

ET cùm de agricolis aliqua teti- Cap. 5. gerimus, non inelegans, & silentio Quæst. 36. digna videtur illa quæstio in forensibus quotidie valde agitata, vtrum agricola, vel quilibet alius tritici debitor in anno caristiæ, in quo eius pretium violentatur, taxaq; ũ

Regia

Regia nimis exceditur, vel triticum non inuenitur: teneatur præcisè triticum soluere, vel satisfaciat pretium
203 taxatum soluendo? † Et pro parte negatiua nimis vrget tex. in l. 2. §. mutui datio, & ibi glos. fin. ff. si cert. petatur, & quæ ibi tradunt Bart. & Doctores, & Ioan. Gutier. de iuraméto confirmatorio. 1. p. c. 29. per totum probantes, quòd aliud pro alio inui-
204 to creditore solui non potest. † Probaturq; pars negatiua, quia debitor tritici nõ satisfacit nisi soluendo æstimationem, quanto pluris valet à tẽpore more, vt resoluit Ripa in dicto
205 §. mutui datio nu. 11. † Fulciturque hæc negatiua conclusio, nam debitor tritici est debitor certæ quantitatis, & licèt triticum non inueniatur, vel pretium nimis augeatur, vel adsit difficultas in solutione, debitor certæ
206 quantitatis à mora non excusatur, † secundum Bart. & Ias. in l. quod te mihi. ff. si cert. petatur num. 32. qui dicunt hanc opinionem magis communem, vbi Alexand. Socin. & Recentiores, & Bauer. in tractatu moræ. 3. p. & dicit magis communem Ripa in d. l. quod te mihi num. 52. & Franciscus Purpuratus ibidem num. 38. Curt. Iun. nu. 87. Socin. nu. 38. Carol. Ruin. consil. 150. nu. 3. volum. 1. contra quos tenet Salicet. Roman. & Aretin. in d. l. quod te mihi. Quorum opiniones, inspectis vtriusque partis fundamentis, conciliari possũt hoc modo: quod si loquamur in casu, in quo adest difficultas in solutione sine causa, vel aliquo casu, procedat opinio negatiua supra relata: sed tamen si loquamur in debitore quãtitatis simpliciter, & difficultas solutionis oriatur ex casu superuenienti, locũ habet opinio affirmatiua, hoc est, quòd debitor à mora excusetur propter difficultatẽ. Quę distinctio fundatur ex tex. expresso in c. significante de pignoribus, & ex mẽte omnium supradictorum Doctorum, & ex mente Michael. Cras. in lib. 2. cõmunium opinionum, q. 10. in antiquis, & probatur per tex. in l. fideicõmissa. §. si seruo. ff. de leg. 3. vbi probatur, quid si res debita ex casu præstari non potest, æstimatio debetur. † 207
Et affirmatiuam partem, videlicet, quòd debitor tritici satisfacit soluendo æstimationem taxatã per Regiã pragmaticam, si triticum non reperiatur, vel caristia superueniat, nimisq; pretium augeatur, tenet, & defendit optimè Mexia in pragmaticã taxæ panis, in 7. conclusione, nu. 11. & 14 ad medium, qui ita dicit multoties fuisse practicatum: † & hanc 208
opinionẽ tenet Pau. de Cast. in d. §. mutui datio n. 6. pro qua est tex. in l. in re furtiua. ff. de condict. furt. & eã tanquã verã tenendo fulcire poteris ex opinione Purpurati in d. §. mutui datio n. 97. tenẽtis, quòd creditor, cui triticum debetur, cogitur recipere eius æstimationẽ, quãdo reperiri nõ potest nisi pretio immoderato: † cor- 209
roboraturq;, quia grauatus præstare rem alienam satisfacit soluendo æstimationem, si dominus eam non vẽdat, vel pro ea immodicum pretium petat, † per l. non dubium in fine, l. 210
qui concubinam. §. fin. ff. de legat. 3. l. Titia. §. 1. ff. de auro, & argent. legato. l. 3. ff. depositi. l. alienus. ff. ad legem

legē falcid.l.alieno. §.siquis. ff.de fideicom.liber.l.mortuo boue.§.1.& 2.ff.de legat.2.l.si domus.§.qui cōfitetur.ff.delegat.1. §. nō dubiū instit. delegat.& comprobatur dicta Messiæ opinio, quia emens frumentum ad creditum pretio, quo valuerit in mense Maij, non tenetur ad summā immoderatam, si veniat insolita cari
211 stia, † secundum Imolam in l. pretia rerum.ff.ad legem falcid.in fin. quē sequitur Ias.in l.sed & siquis.§.quęsitum.ff.si quis cautionibus num.36. pro qua opinione Messiæ est text. expressus in l.30.tit.14. partita.5.ibi: *Pero si acaeciere, que el deudor non pudiesse pagar aquellas cosas que prometiera, bien puede darle entrega de otras a bien vista del juzgador.* Et triticū ex causa necessitatis, vel caristiæ pręstari non posse, rectè dicitur, quando debitor illud non habet, & quāuis reperiatur id habere, non potest nisi cum difficultate, & pro immo-
212 derato, & excessiuo pretio: † argumento tex. in l.non dubium in fine, ff.delegat.3.nam rem non inuenire, & emi non posse, vel immodico, vel magno pretio inueniri, vel emi pos-
213 se, æquiparantur in iure: † glossa verbo immodico, in dicta l. non dubiū; glossa verbo potuisses in principio, in dicta l.qui concubinam.§.fin. & aliquid facile fieri non posse, & non posse fieri, & impossibile, ęquiparan
214 tur in iure, † gloss.verbo continuatis in cap. quāmuis de officio ordina. lib.6. l. nepos Proculo. ff.de verborum signific. & illud dicitur fieri nō posse, quod commodè fieri non po-
215 test: † tenet Hippolyt.de Marsil. in consil.56.nu.2.& 3.volum.1. consiliorum criminalium diciturq; pretiū excedens, quando terminus, & iusta meta exceditur, † secundum Luca- 216
num in tract. de cambijs Lugdunēsibus. §.sequitur nu.8.in 10.volumine tractatuum Doctorum. Et illi taci tæ obiectioni, quòd creditor indemnis remanere debet, eiq; satisfieri debet damnum, & illud, quod interest, per l.13.& 35.tit.11.& l.19.tit.13.partita.5.respondetur, quòd damnū nec interesse, nec excessus iusti pretij cōsideratur, cum pretium à lege, vt hodie de iure regio per nouā pragmaticam est taxatum, à quo non potest, excedi, † secundum Tiraq. de vtroq; 217
retractu tit.1.§.35.glos.2. nu.10. quē refert, & sequitur Mexia vbi supra concl.5.nu.124.in fine, & secundum ea, quæ refert Matth. de Afflictis in decis.316. per totā, nec locupletari, vel lucrū quærere ex aliena iactura cuilibet sine dolo permittitur, † per 218
regulā locupletari de regul. iur. lib. 6.l.iure naturę.ff.eod.tit. l.siquis mācipijs, §.fi.ff.de instit. Nūc autē noui ter Castillo de Bobad.in sua Polit.2. tom.lib.3.c.3.n.71.tenet contra opinionē Messię in loco superius allegato, ex opinione Couar.in c.quamuis pactū de pactis lib.6.2.p.§ 5. n.4.tenentis, quòd in obligationibus ad genus difficultas nō liberat debitorem, quin precise teneatur ad tradendū, per l.continuos.§.illud.ff.de verbo. oblig.& per l.26.tit.14.parti.5.l.2.& 3.C.de canone frumen.l.1.C.de fabricēs.lib.11.l.in fraude. C.de annonis, & tribu.li.10.& ex opinione Bar. in l.2.§.mutui datio n.21.vbi Ias.n.4. &

& ex Parladorio de rebus quotidianis lib.5. c.fi.in 5. p.§.17.n.16.& per alios intelligentes, quòd difficultas excusat debitorem à soluendo interesse tantum in obligationibus faciendi, vel soluendi aliquam speciem specificam.

Sed prædictam opinionem Messiæ generaliter loquendo in véditore tritici pretium taxatum recipiéte, vel in mutuo semper defenderem per fundamenta superius allata, & opinionem Castelli de Bobadilla verã intelligerem in debitore annonæ publicæ, vel ad aliquam causam piã, vel publicam exequendã, vel in eo, qui tenetur fructus prædij domino soluere, vel in debitore frumenti ratione depositi, & in his specialibus casibus loquuntur iura à dicto Bobadilla allegata, quia tunc téporis actoris, vel creditoris interest, vt frumentum in eodem genere ex iuris dispositione quantò pluris interest soluatur. Attamen quãdo actoris, vel creditoris nõ interest, quòd triticum in eodem genere soluatur, potest solui in pecunia, secundum dictum Bobadilla vbi supra nu. 73. & secundum Gregor. Lop. ab eo non relatum in l. 3. tit. 14. parti. 5. in glos. verbo, *Pudiesse hazer*. Nec multum in contrariũ vrget opinio Bart. in d. §. mutui datio num. 21. à dicto Bobadilla allegata: nam Bart. resoluit, quòd quando genus à debitore reperiri non potest eiusdẽ bonitatis, potest quãtitas pro genere solui.

Nec vrget opinio Iason in dicto numero 4. non enim loquitur in casu, in quo adest difficultas in solutione. Nec opinio Couarruu. in dicto §. 5. num. 4. indistinctè loquitur in debitore frumenti, quia genus nimis impropriè dicitur illud, quod consistit in pondere, numero, vel mensura, secundum Paul. de Castr. in dicto §. mutui datio num. 4. & in §. illud legis continuus. ff. de verborum obligat. à dicto Couarruu. allegato non probatur, quòd promittens soluere in frumento præcisè teneatur, nec excusetur aliqua difficultate superueniente, si consideremus exemplum dicti textus de promittente seruum alienum, cum hoc casu promittens seruum alienum excusetur soluendo æstimationem, si dominus eum vendere noluerit, vel pretium immoderatũ petierit, per iura quæ retulimus supra numero 20. Parladorius q; in dicto loco non loquitur in casu, in quo superuenerit difficultas in solutione, vt ex ipsius allegatione patet: & nunc nouiter pro hac mea opinione multos refert Ioann. Gutierr. in quæstionibus Canonicis cap 39. à numer. 60. facitque pro ea, quòd emens fructus in herba ante tempus pro viliori pretio, quàm valebant tempore quo erant in esse, seu maturi, dicitur vsuram committere, & vsurarios nuncupatur contractus, ita Bald. in rubr. de vsuris. 4. p. & Cardinal. in Clement. de vsuris q. 12. quia si fructus seminati in autumno verisimiliter valituri sint 20. & aliquis det 10. tantum, contractus talis fit in fraudem vsurarum. Ita Thom. Grammatic. in consilio 119. ciuili nu. 5. qui in numeris sequentibus ait, quòd non licet minus

minus emere rem prætextu, quod pro ea pretium anticipetur, & illico soluatur, & res empta non statim tradatur, quia vsura est: nam expectatio facit contractum esse vsurarium, dum emens propterea dat minus, quā res in præsenti valebat: ex eo enim quod ante terminum soluitur, nō licet minus dare, pro quo facit l.17.tit.11.lib.5. Recopil. & illud Auenda. in resp. 33.num.4.ad fin. dicentis, quòd vendito frumento ad creditum prout plus valuerit in mense Maij, si crescat pretium immoderatè propter talem crescentiam, & caristiam, potest emptor petere, vt reducatur valor ad moderatum pretium, ex opinione Ias. in l. sed & siquis. §. quæsitum. ff. siquis cautio, & ex Ripa in tract. de peste, 1.p. num.75. Et cùm multa pauperibus priuilegia concedantur, de quibus per Palac. Rub. in repetitione c. per vestras, post §.44. in §. nota secundo, versic. & ob hoc forte cum sequētibus, & per Lucam de Peña in l. fin. C. de his, qui numero liberorum se excusant lib.10. quoniam hi numero miserabilium per-
219 sonarum comprehenduntur, † secundum dictos Doctores, & secundum Rebuffum ad Regias constitutiones Gallicas, tit. de sententijs præiudicialibus art.3. glos. fin. volum.1. vbi multa de miserabilibus personis inueniuntur.

Quæst. 37. ERIT nō inelegās, & scitu dignū, quod prædictæ miserabiles personæ, licèt sint maiores 25. annorum, priuilegium restitutionis in integrū
220 obtinebunt, † Vt tradit Rebuffus vbi supra dicto artic. 3. glos. fin. nu. 29. volum.1. Et pauperes, qui veniant in dispositione, tradit Costa in cap. si pater, verbo pauperes, pag. 175. numer. 15. quæ priuilegia pauperum, & miserabilium personarum non competūt eis, qui data opera ex culpa ad causam paupertatis ordinata, & præmeditata ad paupertatem deuenerint, in eamq; inciderint, vt ipsius vterentur priuilegijs, † per l. pe- 221
nultimam. ff. de iure doti. l. vltim. §. fi. ff. quæ in fraudem creditorum, tenet Mexia in taxam panis conclusione.1. numer.9. & 10. & Baeça de inope debitore cap. 16. numer. 19. cum sequentibus, & n.25. Ioan. Gut. de iuramento confirm. 1.p.c.15.nu. 14. quod secus erit, si paupertas premeditata, & affectata nō fuerit: nam licèt aliquis in paupertatem, & miserum statum inciderit culpa sua, luxu nempè, ludo, gula, aut deniq; ob crimen, priuilegium miserabilium personarum & restitutionis obtinebit, secundum Couarru. in practi. quæstio. cap.6. num.3. versic. sed siquis, quod priuilegium renuntiatione tolli non poterit, † vt per multa iura 222
resoluit Rebuffus vbi supra numero 38.

ATTAMEN cum verū sit in Quæst. 38.
iure, quod nobilis non possit torqueri, nec pro debito ciuili incarcerari secundum Couarru. lib.2. variarum resolutionum cap.1. nu.4. † quæ est 223
communis opinio secundum Menchac. de succes. creat. §.22. nu.75. & Ioan. Gutier. de iuramen. cōfirm. 1. p.c.16.n.1. & est tex. in l.4. & 5. ti.2. lib.6. Recop. est admodū cōtrouersa quæstio inter Doctores tā antiquos, quàm

quàm modernos, vtrum nobilis pos sit huiusmodi priuilegiũ renũtiare?
224 † In qua questione reiectis argumẽtationibus erit magis cõmunis opinio, quòd nobilis non potest renunciare priuilegium exemptionis, & nobilitatis nec priuilegium à iure cõcessum, ne incarceretur pro debito ciuili, nec torqueatur: quod tenet Cifuét. in l. 79. Tauri, versic. quarto dubitatur, & Anto. Gomez ibidem nu. 3. & in tom. 2. variarum c. 11. nu. 54. Otalora de nobilitate 3. p. principali c. 6. nu. 3. Auend. in dictionario verbo, *Caualleros*, versic. sit ergo conclusio, alios referẽs, & Minchac. de success. creat. §. 22. num. 77. cum sequẽtibus, Didac. Perez in l. 1. tit. 2. lib. 4. ordinam. col. 1365. cum seqq. Auiles in capit. prætorum in procemio glos. 1. num. 27. Ioann. Gutier. de iuramento confirmat. 1. p. c. 16. à nu. 47. maxime num. 61. qui in nu. 62. refert Doctores tenentes hãc renuntiationem non firmari iuramento, licèt ipse pedem non firmauerit, de quo late Couarr. in cap. quamuis pactũ de pactis lib. 6. in initio. 2. part. a nu. 5. cum sequentibus, & nu. 9. & Bobadilla in sua Politica. 2. tom. lib. 3. cap. 15. nu. 21. vbi de muliere, & his, qui in carcerem detrudi nõ possunt vsque ad eum. 34. Quam supradictã communem resolutionem intelligeveram in nobili genere, & sanguine: nam nobilis ex priuilegio tãtum sibi à principe concesso poterit tale
225 priuilegium renunciare † secundum Baeçam de inope debitore cap. 16. num. 97. cum sequentibus, qui eodẽ cap. num. 45. dicit magnam esse differentiam inter nobiles genere, & nobiles ex priuilegio. Maritus etiã, & qui non possunt conueniri in plus quàm facere possunt, priuilegium istud non possunt renunciare. † l. alia 226
§. eleganter. ff. soluto matrimonio, vbi Bart. & Doctores, & etiam Antonius Gom. in l. 53. Tauri, num. 44. Couarruu. in cap. quamuis pactum in initio 2. part. num. 4. ad finem, qui dicit magis communem. Refert, & sequitur eosdem Ioann. Gutierr. vbi supra dict. cap. 16. numer. 49. tenent Baeça vbi supra cap. 17. per totum, maximè à nu. 35. cum sequentibus, tenet Matientius in l. 10. tit. 3. lib. 5. Recopilat. glos. 1. num. 3. qui omnes supradicti Doctores tenent, etiam cum iuramento non posse prædictum priuilegium renuntiari. Quod itidem dispositum est in clerico, qui priuilegium fori etiam cum iuramẽto renuntiare non poterit † secundum Ioann. Gutierr. dicto cap. 16. 227
num. 5. nec priuilegium sibi concessum per cap. siquis suadente diabolo 17. quæst. 4. renuntiare poterit, vt resoluit dictus Ioann. Gutierr. vbi supra num. 53. cum sequentibus, alios Doctores referens, quod secus erit in Doctore, & Aduocato, qui poterunt renuntiare priuilegia sibi à iure concessa † secundum Baeçam dicto 228
tractatu de inope debitore cap. 16. num. 153. & est tex. in l. 8. tit. fin. partita 2. ibi, *Sin su plazer*.

ET Cùm sacerdotibus sit concessum priuilegium, ne pro debito Quæ
ciuili incarceretur, nec teneantur in plus quàm facere possunt † per cap. 229
Odoardus de solutio. quod tenet Couarru.

uarru.lib.2.variarum.c.1.n.9.& Baeça vbi supra c.17.n.5.& Ioann. Gutier.vbi supra 1.p.c.17.n.34.erit non inelegans scire, vtrum prædictũ priuilegium renuntiare possint? In qua quæstione pro constanti erit tenendum, nullius momenti esse renuntiationem huiusmodi priuilegij, † secundum supra relatos Doctores, & Gomez de Leon in sua centuria. c. 14. qui adeo veram esse affirmant prædictam opinionem, quod iuramento non possit validari talis renũtiatio. Cõtra quos tenet dictus Ioan. Gutier. vbi supra n.35.affirmans, & defendens, quòd renuntiatio facta à sacerdote cum iuramento præiudicium sibi parat in priuilegio concesso, per d.c. Odoardus. Et cum nobilitatis priuilegium passim coram ordinarijs iudicibus opponatur, ad carcerem, & torturam fugiendam, & ad hoc, vt pro debito ciuili non possint nobiles in plus quàm facere possint conueniri: cumq; aliquando à iudicibus hæc exceptio non admittatur, & remittatur ad iudices superiores, qui de causis nobilitatis cognoscunt, silẽtio digna nõ videtur huiusmodi quæstionis disputatio, vtrum iudices ordinarij per incidentiã possint de prædicta exceptione cognoscere, & de nobilitatis possessione ad effectum, vt nobilis non possit torqueri, nec pro debito ciuili incarcerari, nec in plus quàm facere potest, conueniri, † In qua quæstione resolutiuè affirmandum est, hoc iudicibus ordinarijs inferioribus per incidẽtiam permissum, per l. quotiens. C. de iudicijs, ita tenet Otalora de nobilitate in 2.p.tertię principalis, c.10.n.1.cũ seqq.& in c.3. 3.partis.3.principalis n.8, Auend. de exequendis mandat. Reg. 1.part.cap.10. num.33. versic. vigesima causa cum sequentibus, alios Doctores referens, & Meneses à Padilla in l. si ædibus. C. de seruitu tib.& aqua num.7.quos refert & sequitur Ioann.Gutierr.de iuramento confirmat. 1.part.cap.15. nu.7. cum sequentibus, & Ioan.Garcia de nobilitate glos. 1. num. 8. & 28. qui omnes concedunt, in tali casu leuiores probationes nobilitatis sufficere ad obtinendum in prædicta incidentia: & ita tenet Ioann. Yañez Parladorius de rebus quotidianis c. 15.nu.9.ad finem.

Marginalia (left column): 203 (beside "tionem huiusmodi priuilegij"); Quæst.40. (beside "stionis disputatio"); 231 (beside "† In qua quæstione").

ET si in aliquo priuilegio hoc verbum, *Tributo*, inueniatur, † erit recurrendum ad Otaloram de nobilitate in 1.part. cap. 1.& 2. qui latè agit, quando interpretandum sit, & etiam hoc verbum, *Rentas*, in priuilegijs, † & in dicto cap. 2. numero fin. mentionem facit horum verborum, *Seruicio y montazgo, almojarifazgo, rodas, castillerias, aduanas, entrada y salida, cargo, descargo, borras, assaduras, peage, passage, pontazgo, barcage*, & de dictorum verborum interpretatione agit. † 234

Marginalia: Quæst.41. 232 (beside "verbum, Tributo"); 233 (beside "mero fin.").

ALIQVANDO in priuilegijs Quæst.42. Princeps de primo hærede tantum mentionẽ facit priuilegiũ atq; immunitatẽ alicui, & suo hæredi concedẽdo: quo casu dubitatur, vtrum ad primũ hæredem tantũ restringatur, vel ad vlteriores extendatur. † De qua 235 quæstione cum casus obuenerit, recurre ad Matienzium in l.11. titu.7.

lib. 5. Recop. in glos. 8. nu. 2. qui plures Doctores allegat, & recurre ad l. hæredis appellatio, & l. hæredis appellatio. ff. de verb. signifi. & de reg. iur. l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebel. & vtrobiq; Doctores, & Tiraquel. in l. boues. §. hoc sermone nu. 74 qui tenet ad primū hæredem restringi.

Quæst. 43. ET cùm de nobilitatis priuilegio aliqua in superioribus dixerim, est adnotandum, quod nobilis doctor Hispanè, *Alcado*, non gaudet priuilegijs nobilibus cōcessis, & ideo
236 poterit incarcerari, & torqueri, † per tex. expressum in l. 4. tit. 19. lib. 5. Recop. vbi notat Matien. in glo. 1. & 2.

Quæst. 44. DVBITATVR prætereà in nostra materia, vtrū gratia, & priuilegiū à Principe concessum spiret mor
237 te cōcedentis? † In qua quæstione dubitationē tollit tex. in c. super gratia de officio delegati lib. 6. & cap. si cui nulla de præbendis lib. 6. c. si gratiosè de rescriptis li. 6. vbi probatur, quòd gratia & priuilegiū non spirat morte cōcedentis, licèt decedat reintegra, & anteaquam sit executioni mandatū, nisi concessum fuerit dictū priuilegium ad vitā, vel ad voluntatem cōcedentis. Ita tenet Guid. Pap. decis. 491. Ripa in rubr. de constitutio. nu. 48. Boer. decis. 346. nu. 1. Did. Perez in l. fin. tit. 2. lib. 2. ordinam. & Anto. Gom. in l. 43. Tau. n. 1. Matien. in l. 2. titu. 7. lib. 5. Recopil. glos. 2. vbi latè Azeue. à nu. 2. cū seqq. & est tex. expressus in d. l. 2. tit. 7. lib. 5. de quo vide plurima notatu digna per Greg. Lop. in l. 39. ti. 9. parti. 6. & per Moli. de Hisp. primog. lib. 2. c. 7. n. 62. cum seqq. & per Ioan. Gutier. in practicis quæstionibus lib. 2. q. 74. & 75. vol. 1.

ET cùm quotidie vicos, & loca Quæst. 45 plurima videamus exēpta à ciuitate, cui antea subijciebant per priuilegiū & Principis indultū; cui licet, & propriū est, diuidere loca, & terminos, † 238 per l. 2. tit. 1. parti. 2. vbi tenet Greg. Lop. in glos. verbo, *Departir*, & Auēdan de exequend. mandat. Regum c. 4. nu 2. & 8. Socin. consil. 86. lib. 1. Aret. cons. 19. nu. 3. Cepola de serui tutibus tit. de seruitute viæ concl. 6. n. 23 Pau. in l. si fundū. §. qui fundū, n. 6. ff. de lega. 1. & in cōs. 187. & 307. lib. 2. & Matien. in l. 4. ti. 10. lib. 5. Recop. glo. 1. n. 1. cum seqq. erit optima quæstio, vtrū vicus quoad districtū & iurisdictionē exemptus à ciuitate priuilegiata amittat commodum, & priuilegia illius ciuitatis, cui antea subditus erat. † Et in hac quæstione 239 tenendū est, quòd dictus vicus quoad districtū & iurisdictionem à ciuitate priuilegiata exemptus non amittit cōmoda, nec priuilegiū illius. Ita Paul. Cast. d. cons. 187. lib. 2. in fine, Felin. in c. Rodulphus de rescript. n. 17. ad mediū, Couar. in practi. quæstionibus c. 37. n. 7. Rod. Xuar. alleg. 7. n. 2. Matien. in l. 4. tit. 10. lib. 5. glos. 1. nu. 3. Castillo de Bobadilla in sua politica tom. 1. lib. 2. c. 10. n. 3.

ET licèt hoc verum sit in prædicto casu, bona tamen patrimonialia Quæst. 46 clericorum non gaudent priuilegijs concessis ecclesiarum bonis, † secundum Abb. & Felin. num. 10. in cap. 240 ecclesia sanctæ Mariæ de constitutio. vbi Decius num. 18. dicit communem, & tenet Couarru. lib. 1. variarum resolutionum cap. 4. num. 3.

Mench.

Mench. de success. creat. §. 22. num. 42. & §. 10. nu. 659. Matien. in l. 1. tit. 25. lib. 5. Recop. glos. 1. nu. 4. de quo est videndus Bobadilla in sua Politica lib. 2. cap. 18. nu. 259. cum seqq. qui plures DD. allegat, licet gaudeat, & fruantur prædicto priuilegio bonorum Ecclesiasticorũ patrimonialia bona, ad cuius titulum fuit aliquis
241 sacris ordinibus insignitus, † secũdũ DD. quos refert Couar. dict. c. 4. n. 4. quos sequitur Azeued. in l. 10. tit. 6. lib. 5. Recop. n. 30. quãuis contrariũ defundat ipse Couarr. vbi supra.

Quæst. 47. EX quibus venit enucleãda illa admodum controuersa opinio, vtrũ data filio in titulum patrimonij ad ordines suscipiendos veniant cõferen
242 da? † In qua quæst. dicit Auend. in respon. 17. quod prædicta bona cõferuntur, quẽ sequitur Couar. c. Rainal. de test. §. 2. n. 7. & Ayora in tract. de partitionibus 2. p. q. 13. Angulo de meliorationibus in l. 9. glo. 3. n. 23. & 25. Ioã. Gutier. in pract. quęstionib⁹, quęst. 65. n. 11. ad fi. li. 2.

Sed contraria opinio verior videtur, quam dicit communem Tellius Fernandez in l. 29. Tauri num. 26. & Ioan. Faber in §. fin. instit. de inoffi. testam. Igneus in l. 3. §. subueniatur nu. 77. ff. ad Senat. Consult. Sillan. & Aymon cons. 136. Cassan. in cõsuetud. Burgund. rubr. 7. §. 5. Dueñas in reg. 222. limitat. 3. Ant. Gom. in d. l. 29. Tauri num. 21. versic. item subinfero, Rojas in epitome successionam cap. 7. num. 46. & Azeuedo, quia alios refert, & dicit ita practicatum in l. 10. tit. 6. libr. 5. Recopil. num. 29. & nouiter Gratian. in regul. 195. nu. 6. quæ opinio cõprobatur, quia datum in titulũ patrimonij ad ordines suscipiendos est vere beneficium Ecclesiasticum, † iuxta 243
communem opinionem, quam refert Sylua de benefi. 3. p. q. 10. n. 27. & habetur in 1. tom. communium opinionum pag. 69. colu. 1. in nouis, tradit Rebuf. in praxi benefic. tit. de differentia inter res, genera, & ius, nu. 32. pag. 111. vt refert & sequitur Azeuedo in d. l. 10. tit. 6. lib. 5. n. 30. & beneficiorum bona sunt Ecclesiastica, † vt latè defendit Ioan. Gutier. 244
in quæstio Canonicis, quęst. 8. num. 56. & sunt spiritualia secundum eũdem ibidem, & per l. 9. tit. 17. part. 1. successioque in beneficio Ecclesiastico detestatur in iure, † cap. ad A- 245
postolicam 8. quæst. 1. c. ex transmissa, c. ad exirpandas de filijs presbyterorum. Et successio in dictis Ecclesiasticis beneficijs est odiosa, c. 7. sessione 25. de reformatione in sacro Concilio Tridentino.

NEC Immemor sum illius quæstionis, vtrum bulla, seu rescriptum Principis & Pontificis, seu priuilegium mentionem faciens de beneficio Ecclesiastico comprehendat capellaniam: & dicta capellania dicetur Ecclesiasticum beneficium? Quæst. 48.
† In qua quæstione veritas hac distinctione venit enucleanda: & 246
hæc erit habenda resolutio, quòd bona Capellaniæ datæ ad nutum patroni, & fundatæ à laico ante Episcopi erectionem & collationem, dicuntur bona profana, & temporalia, & non beneficium ecclesiasticum: & si fuerit ab Episco-

5.p. principali quæst.7. Ioan. Garc. Gallego de expensis & melioratio. cap.9.numer.9.& sequentibus,l.23. tit.20.part.1.& probatur ex cap.12. de reformatione sessione 25. in Cōcilio Trident. ibi: *Ecclesijs vel personis, quibus legitimè debetur*. Et cum ex Pontificis priuilegio possit laicis competere immunitas à solutione
253 decimarum, † per dictam l. 23. tit. 20.part.1. vt resoluit Couarr. vbi supra, qui plurima iura refert, & cum isti decimarum fructus possint vendi, permutari, in dotem dari, obligarique, & veniant in iudicio familiæ
254 erciscūdæ,† vt tradit Soto de iustitia & iure lib.9.c.14.art.3. & c.7. art.1. operę pretium erit, scituq; dignum, vtrum ex fructu prædictarum deci-
255 marū gabella veniat soluenda?† Et videbatur, nullā gabellam solui deberi, cum prædictæ decimæ concessæ laicis dicantur patrimonialia beneficia, & sic Ecclesiastica & spiritualia videbātur, quatenus sunt beneficia, vt supra eod.n. 243. cum seqq. diximus, quod tradit Guiliel. Benedict. in c. Rainuntius de testam.in verbo duas habens filias.n.58. Cassan.in cō suetud.Burgūd.rubr.1.§.6.tit.desiustices nu. 39. & dicantur patrimo-
256 nialia pręstimonia,† secundū Ioan. Staphileum de literis gratiæ & iusti. in §. forma n.3. Ioan.Garc. Gallego vbi supra num. 93. Sed veritas est in contrarium. Et sic, vt ex venditione fructuū decimarum gabella debeatur: quia licèt sint patrimonialia beneficia, iudicantur ad instar bonorū
257 sæculariū,† vt tenet Ioan.Garc.Gallego vbi supra n.99.& comprobatur ex his, quæ tradidi in tract.de gabel. in 7.p.in princ. n.videlicet, quòd ex venditione fructuū, *de las tercias*, qui Cap.6. Apostolico priuilegio cōceduntur, gabella debeatur, si à laico vēdantur.

NEC Omittam interpretationem verā legis.1. tit.27.lib.9 Recop. agens, *del seruicio y montazgo*, ibi: *Aunque tornen o no a sus terminos*. De Quæst.51. qua sępe dubitatū vidi, quæ relictis argumētationibus venit intelligēda, † quod dictū seruitiū debeatur, quā- 258 do greges extra terminos suos ad alianos extrahuntur, non tamen quā do ex pascuis communibus, & suis terminis non exierint, nec eos transmutauerint: nam tunc tēporis prędictum seruitiū soluendum nō veniet, cùm termini & pascua communia propria, & non aliena dicātur, † per 259 l. rectè dicimus, §.fin.l. pupillus, §. fin.ff.de verbor.signif.l.serui electione, §. Labeo, ff. de leg. 1. vbi tradunt cōmuniter DD. & Calderin.consil. 22.sub tit.de præbendis, & ex tex. in l. illud, ff. de ritu nuptiar. & l. locus in fin. ff. de verbor.sign. & eodē modo venit intelligēda l.18.tit. 27.lib.9. Recop.ibi: *Sacaren sus ganados de sus terminos, y los metieren en otros terminos*.† Hoc est, nō cōmunibus per su 260 pradicta: & ideo agens de exactione prędicti seruitij debet probare, quòd debitor, & qui contribuere, tenētur, suos extransferint greges ad terminos alienos vltra suos & communes: quia agens ex legis beneficio debet probare qualitatem in ea contētam, † ita tenet Hippolytus in rubr. 261 de probatio n.436. in fin. Alex. cons. 77.nu.3.lib.7.Gozad.cons.35 nu.26.

po instituta à principio, vel post ere
ctioné, vel creationem, & collatio-
nem dicũtur eius bona ecclesiastica,
& spiritualia, & beneficiũ ecclesiasti
247 cum. † Quod deducitur ex Auend.
de exequendis mandat. Reg. lib. 2. c.
14. num. 32. vers. itẽ alij volunt. Azeued. in l. 10. ti. 6. lib. 5. Recopil. n. 30.
Guid. Pap. in decis. 187. est l. 1. tit. 16.
parti. 1. deduciturq; ex Nauar. lib. 1.
consiliorũ tit. de officio iudicis ordinarij consil. 6. & tit. de simonia cons.
26. & lib. 3 tit. de prebendis consil. 5.
fr. Manuel Rodriguez in sua summa
in tit. de præbẽdis, & in tit. de capellania c. 42. & in tit. de beneficio, &
Cord. q. 33. Ioan. Gutier. in cons. 1.
Felician. de censibus lib. 2. c. 6. n. 15.

Quest. 49. ET Cùm de bonis datis in titulũ patrimonij ad ordines suscipiẽdos,
& de bonis capellaniæ decima Deo
248 sit soluenda, † secundum Azeued. in
d. l. 20. n. 3. dubitandi occasioné præbet, vtrũ de eisdé bonis collecta, &
vectigal, seu gabella Regi, sit soluen-
249 da? † Et ex supradicta distinctione,
& resolutione veritas deducitur, videlicet, quòd de bonis datis ad titulũ
patrimonij ad ordines consequendos ante eorũ consecutionem, & de
bonis capellaniæ fundatæ à laico, &
non ab Episcopo institutæ ante eiusdem erectionem, & collationem, collecta, & gabella debeatur de eorundem bonorum venditione, secundũ
Auend. d. c. 14. nu. 32. ad finem, post
erectionem tamen, & collationem,
cum bona ecclesiastici beneficij dicantur, nulla de venditione gabella,
seu collecta venerit soluẽda, secundũ
Parlad. de rebus quotid. c. 3. §. 1. n. 18
vers. & illud. Ex quibus deducitur verus intellectus ad bullã, & motũ propriũ domini Papę Pij V. prohibentis
beneficiorũ ecclesiasticorum confidentiã, vt non intelligatur de capellania data ad nutũ patroni, vel fundata à laico, secundũ opinioné Nauar.
in supra citatis consilijs, quã cum distinctione superius relata verã intelligo, cũ eaq; venit intelligendus tex.
in c. 2. sessione 21. de reformatione
in sacro Concil. Triden. ibi. *Beneficium ecclesiasticum*, & tex. in c. 6. de
reformatione sessione 23. in d. Concil. Trid. & tex. in l. 1. tit. 4. lib. 1. Recop. ibi, *Si no tuuiere beneficio ecclesiastico*, & in l. 2. eiusdẽ tituli, ibi, *Saluo los no casados, que actualmẽte tuuieren beneficio eclesiastico*, † vt illa ver- 250
ba de maioribus dignitatibus, & beneficijs, vel de capellania ab Episcopo instituta, vel erecta, & collatiua
intelligantur.

SED cũ ius percipiẽdi decimas Quest. 50.
spirituale sit, nec laicis regulariter
possit cõpetere, † secundũ S. Thom. 251
Caiet. 2. 2. q. 87. art. 3. & quodlib. 2.
art. 8. per tex. in c. causam de pręscriptio. c. 2. de iudi. c. quamuis de decimis, vbi glos. verbo concesserit, Couarru. lib. 1. variarũ c. 17. n. 5. ex priuilegio tamen Pontificis potest laicis
competere decima ipsa, hoc est, fru-
ctus decimarum, † secundũ Couar. 252
vbi supra, & est glos. verbo laicalibus
in c. peruenit 1. q. 3. glos. verbo non
licere in c. quoniã 16. q. 1. glos. verbo concesserit in c. quamuis de decimis, tenet dictus sanctus Thomas
quodlibeto 2. art. 8. & Capella Tolosana quæst. 439. Balb. de præscript.

5. p.

5.p. principali quæst.7. Ioan. Garc. Gallego de expensis & melioratio. cap. 9.numer. 9.& sequentibus, l.23. tit.20. part.1.& probatur ex cap.12. de reformatione sessione 25. in Cõcilio Trident. ibi: *Ecclesijs vel personis, quibus legitimè debetur*. Et cum ex Pontificis priuilegio possit laicis competere immunitas à solutione
253 decimarum, † per dictam l. 23. tit. 20. part.1. vt resoluit Couarr. vbi supra, qui plurima iura refert, & cum isti decimarum fructus possint vendi, permutari, in dotem dari, obligarique, & veniant in iudicio familiæ
254 erciscũdæ, † vt tradit Soto de iustitia & iure lib.9.c.14.art.3. & c.7. art.1. operę pretium erit, sciruq; dignum, vtrum ex fructu prædictarum deci-
255 marũ gabella veniat soluenda? † Et videbatur, nullã gabellam solui deberi, cum prædictæ decimæ concessæ laicis dicantur patrimonialia beneficia, & sic Ecclesiastica & spiritualia videbãtur, quatenus sunt beneficia, vt supra eod.n. 243. cum seqq. diximus, quod tradit Guiliel. Benedi. in c. Rainuntius de testam. in verbo duas habens filias. n.58. Cassan. in cõsuetud. Burgũd. rubr.1. §.6. tit. desiu stices nu. 39. & dicantur patrimo-
256 nialia pręstimonia, † secundũ Ioan. Staphileum de literis gratiæ & iusti. in §. forma n.3. Ioan. Garc. Gallego vbi supra num. 93. Sed veritas est in contrarium. Et sic, vt ex venditione fructuũ decimarum gabella debeatur: quia licèt sint patrimonialia beneficia, iudicantur ad instar bonorũ
257 sæculariũ, † vt tenet Ioan. Garc. Gallego vbi supra n.99. & comprobatur ex his, quæ tradidi in tract. de gabel. in 7.p. in princ. n. videlicet, quòd ex venditione fructuũ, *de las tercias*, qui Cap.6. Apostolico priuilegio cõceduntur, gabella debeatur, si à laico vẽdantur.

NEC Omittam interpretationem verã legis.1. tit.27. lib.9 Recop. agens, *del seruicio y montazgo*, ibi: Quæst.51. *Aunque tornen o no a sus terminos*. De qua sępe dubitatũ vidi, quæ relictis argumẽtationibus venit intelligẽda, † quod dictũ seruitiũ debeatur, quãdo greges extra terminos suos ad 258 alienos extrahuntur, non tamen quãdo ex pascuis communibus, & suis terminis non exierint, nec eos transmutauerint: nam tunc tẽporis prędictum seruitiũ soluendum nõ veniet, cùm termini & pascua communia propria, & non aliena dicãtur, † per 259 l. recte dicimus, §. fin. l. pupillus, §. fin. ff. de verbor. signif. l. serui electione, §. Labeo, ff. de leg. 1. vbi tradunt cõmuniter DD. & Calderin. consil. 22. sub tit. de præbendis, & ex tex. in l. illud, ff. de ritu nuptiar. & l. locus in fin. ff. de verbor. sign. & codẽ modo venit intelligẽda l.18. tit. 27. lib.9. Recop. ibi: *Sacaren sus ganados de sus terminos, y los metieren en otros terminos*. † Hoc est, nõ cõmunibus per su 260 pradicta: & ideo agens de exactione prędicti seruitij debet probare, quòd debitor, & qui contribuere, tenẽtur, suos extransferint greges ad terminos alienos vltra suos & communes: quia agens ex legis beneficio debet probare qualitatem in ea contẽtam, † ita tenet Hippolytus in rubr. 261 de probatio n. 436. in fin. Alex. consf. 77. nu.3. lib.7. Gozad. consf. 35 nu. 26.

Pet.Paul.Parif.confil.17.nu.26.lib. 1. Tiraquel. de vtroq; retract.lib.1. §.8.glof.7.n.1.Euerard.loco 27.n.7.

Quæft.52. HINC eft, quòd cum laicus habens bona communia cū clerico teneatur de fuis bonis tributū,&Regiā gabellam foluere, nec excufationem
262 habeat ratione communionis,† vt refoluit contra Hippoly.fingulari 180. Speculator de clerico cōiugato, verfic.quid fi clericus Decius in authentica caffa, & irrita. C. de facrofanct. ecclef.nu.9.Otalora de nobilitate.2. p.c.1.nu.1.in fine,Couar. in practi. quæftio.cap.34.nu.3.in fin. Did. Perez in proœmio tit.1.lib 3.ordinam. verfic.ex quibus colu.448.Mexia in taxam panis concl.5.nu.77. Azeuec. in l.10.tit.1.lib.4.Recop.n.25.&Caftillo de Bobadilla in fua Politica tomo.1.lib.2.c.17.nu.92.pag.938. licèt laicus fit frater clerici, cum eoq; habeat communionē in bonis, vt refoluit ipfe Bobadilla vbi fupra 2. tom. lib.5.c.5.n.30. exactor tributorum, & Regiæ gabellæ probare tenetur qualitatem bonorū non exemptorū, & partem quam laicus foluturus ha-
263 bet in eis, † aliàs bona à clerico poffeffa propria præfumuntur, per l. 2. C. de probatio. cū concordantibus, liberaq; & exempta à tributo, gabel
264 la,& feruitute præfumuntur,† per l. altius. C.de feruitutib. & aqua, vbi Doctores.Et cū de priuilegiorū interpretatione fit nofter fermo,& nulla maior interpretatio,quàm vfus,eft aduertendū,quòd priuilegia in eo valent, & tenent, in quo obferuata, &
265 vfitata fuere,† per text.in c.fi de terra. c. accedentibus de priuilegijs cū glofsis ibidē.l.42.in fin.tit.18.parti 3. vbi Greg.Lop.l.13. tit.7.parti.5.l.1. ff.de nundinis,tex.vbi latifsimè agitur per modernos in c. cū accefsifsēt de cōftitutio.tenet Minch.lib.1. vfu frequen.c.2.n.5.Molina lib.2.de Hifpan.primog.c.7.n.71. Bobad.in fua Politica to.2 lib.5.c.10. nu.10. pag. 1128.femperq; in priuilegijs,&exceptionibus remanet referuata authoritas,& correctio fuperioris,† c. con- 266 ftitutus. §.cū autem de religiof. domibus,c.ex ore in fine, c. cū capella de priuilegijs,tex. & glof. fingularis verbo cathedraticum in c. paftoralis de donatio.

ET cū quotidiè in titulis Regijs, Quæft.53. quę rectoribus,decurionibus, tabellionibus,& alijs officialibus confiftorialibus cōceduntur,illa verba inferātur, ***Mādamos q̄ les feā guardadas las libertades,preeminencias y excepciones q̄ por razon de femejante oficio fe fuelē, y acoftumbran guardar,*** erit nō inelegans,& memoriæ dignū, & in praxi quotidianū,vtrum ratione illorū verborū prædicti correctores,decuriones,tabelliones, & alij officiales confiftoriales excēpti fint à folutione, & contributione collectarum,& reddituū regalium? † In qua quęftione vi 267 debatur dicendū,prædictos officiales immunitatē, & exemptionē habere ratione officij,&prędictorū verborū,ex opinione Caffan. in cōfuet. Burgund.Rubr.1.§.4.n.56.cū feqq. & ex opinione Guid. Pap. in decif. 398.qui tenent,quòd rectores, decuriones, & tabelliones, & alij officiales confiftoriales excufantur à collectis,& contributionibus.

Sed

Sed veritas est in contrarium, excusationemq; nec immunitatem habent à collectis, cõtributionibus, nec à tributis, & Regijs redditibus, etiãsi cõsuetudinem immemorialem pro se allegent, per l. 11. tit. 25. lib. 4. nouæ Recopil. quam ita intelligit Ioan. Gutierr. in practicis quæstion. lib. 1. q. 137. nu. 2. & 24. qui plurimos refert Doctores eandem opinionem
268 tenentes: † nec oberunt illa verba in dictis titulis Regijs contenta, nam in priuilegio, & exemptione generali non comprehenduntur Regia tributa, nec redditus Regij, nisi de his expressa mentio fiat, vt superius resoluimus num. 195.

Quæst. 54. EX Qua resolutione deducitur verus intellectus ad nouam Regiam pragmaticã constitutam in fauorem agricultorum, versic. 3. in illis verbis, *Que en los frutos de las tierras sean preferidos los señores dellas por su renta à todos los otros acreedores de qualquier calidad que sean,* vtrum mulier antiquior creditrix pro sua dote comprehendatur, eique dominus prædij pro
269 pensione præferatur? † In quo casu videtur tenendum, quòd dominus prædij pro sua pensione doti præferatur, quia sicut mulieri pro dote cõpetunt plures prærogatiuæ, & priuilegia, daturq; ei prælatio inter alios
270 creditores: † iuxta l. assiduis. C. qui potiores in pig. habeantur, & in aut. de æqualitate dotis. §. his consequenter. l. priuilegia. C. de hæreticis. l. vbi adhuc. l. in rebus. C. de iure dotiũ, l. 29. & 33. tit. 13. parti. 5. de quo per Fanum de pignoribus. 4. membr. 2. part. n. 99. Pet. Paul. Paris. consil. 102. nu. 5. cum seqq. volum. 3. Couarru. lib. 1. variarum. c. 7. per totum, eodẽ modo prædio pro pensione competit tacita hypotheca, & fructus sunt tacitè hypothecati, & pignorati pro dicta pensione, † per l. si in lege. §. 1. 271 l. qui fideiussor. ff. locati. l. in prędijs ff. in quibus casibus pig. vel hypoth. tacitè contra. l. Lucius. ff. qui potiores in pig. habeantur, tradit Menochius de adipiscenda posses. remed. 3. à nu. 34. cum seqq. & est tex. in l. 16. tit. 13. partit. 5. vbi de materia est videndus Greg. Lop. in glos. 1. cum seqq. & cum ambo sint priuilegiati, obstat regula communis, quòd priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non vtitur priuilegio suo. † l. sed & 272 milites. §. fin. ff. ex quibus causis maiores, de qua regula, & eius limitationibus videndus est Couarruu. in practicis quæstionibus cap. 7. num. 4. & in reg. possessor. 2. part. relectionis. §. 2. nu. 4. & Ioann. Gutierr. item in practicis quæstionib. lib. 2. q. 115. nu. 10. Azeuedo in l. 10. titu. 3. lib. 5. Recopil. à nu. 11. cũ sequentibus, & Gratian. in regul. 316. n. 8. Menoch. præsumpt. 189. lib. 4. n. 124. & ideo mulier pro sua dote non videtur prę ferenda domino prædij pro sua pensione, & cõprehẽsa videtur inter creditores nominatos in verbis dictę nouæ pragmaticæ Regiæ. Sed cõtrariũ verius videtur, & tenendum, hoc est, quòd mulier pro sua dote creditrix nõ cõprehẽdatur in illis verbis pragmaticæ Regiæ, nec inter illos creditores, & preferatur domino prædij etiam in fructibus ex eo productis: † 273 nõ enim est pręsumendũ Principem

vnico verbo omnia iura, & priuilegia dotis euertere voluisse, per l. si quando in principio.C.de inofficio.
274 testam.& ibi Doctores,† & in generali concessione nō veniunt ea, quæ verisimiliter non concederētur spe-
275 cialiter,† gloss.verbo tuetur, in dicta l.si quando in princip.l.obligatione generali.ff.de pignoribus.l. qui peculij.ff de peculio.l. si pater. ff.quæ in fraudem creditorum. l. creditor, §.penult.ff.mandati,tradunt Doctores in supradictis locis, & Auiles in cap. prætorum, c.1.gloss.verbo, *Nileuaran*, num.15.Pinellus in rubr.de bonis mater.1.p.num.47.& Salicet. in d.l.si quando num. 1. qui omnes etiam tenent, quòd verba generalia rescriptorum restringuntur secundū
276 ius commune.† Dispositio preterea generalis restringitur ex ratione par-
277 ticulari. † l. cum pater. §. dulcissimis.ff.delegat.3 l.si de certa re.C.de transactio. & lex generalis noua nō comprehendit, nec corrigit legem antiquam habentem speciale priuilegiū in materia, † glossa verbo non
278 compelli in l.sciendū. ff.qui satisdare cogantur, quæ est notabilis, & communis secundum Bart. ibidem numer.2. Ias. num. 4. & in l. bonorum.C.qui admitti num.3. tex.in l. in fraudem. §.fin. ff. de milit testament. tradit Ripa in l. 1. ff. soluto matrimon. numer.14. & 15.& in l. fin. C. de reuocand. donat.nu.170. & adducit multa Mantica de coniecturis lib.21.tit.18 nu.29. Redin.de maiestate Principis verbo nō armis solum n.200.Mencha.de successio. creat. §.3.n.6.Mexia ad l. Toleti.2. p.fūdamento.6.n.18.cū seqq. Ioan. Guner.in pract. quæstionibus lib. 3. q.29.n.3.& Costa in c.si pater de testam lib.6. in verbo habens ante nu. 9.qui Doctores etiam tenent, quòd lex generaliter loquens non includit causam dotis, quando habet idē priuilegium in materia, vt in nostro casu,† quod tenet Azeuedo in l.35.tit, 279
18.lib.9. Recop.n 4. qui refert Tiraquel.de retrac.lignagier.§.1 glo.14. nu.91.vsq; ad 107. quæ est cōmunis opinio secundū Bursat. in conf.220, col.1.lib.1.& Barbosa in l.1.ff.solut. matrim.1.p.n.1.& 2. qui alios refert: & quando regula generalis non cōprehendit casus priuilegiatos.† Pro- 280
batur ex doctrina Decij in l.1.n.9.ff. de regul.iur.& Alciat.lib.4.Paradoxorū c.10. Tiraq. de vtroq; retract. glos.14.n.61. in priuilegioq; moratorio, vel dilatorio concesso à Principe debitoribus iuxta l.quoties.C.de precib.imperat.offerend.non cōprehenditur dos, nec dotis debitū,† secundū 281
opinionē Baptistæ à Sācto Blasio in tract.de priuilegio dotis.n.89.Centuria 3.& cōprobatur, quia rescriptū impetratū, vel concessum, non preiudicat causæ priuilegiatæ, nisi de ea fiat specialis mentio, † c.cum ordinē 282
de rescrip.c.inter monasteriū de sent. & re iudi.& vtrobique Doctores, & Iacobus Monachus indefensorio iuris. §. contra rescriptum nu.1. in vol.3.tract. Doctorū in antiquis, & in ambiguis fit interpretatio pro dote.† l.in ambiguis. ff. de iure dot, 283
l.in ambiguis.ff.de re iudicata, & faciunt, quæ tradita sunt in tract.de gabellis 4.p.§.1.num.21.cum seqq.nec deroga-

derogatio vel correctio per subaudi tos intellectus est inducenda, & fugiendus est omnis absurdus intelle-
284 ctus, † l. nam absurdum, ff. de operis libertorum, l. scire oportet, §. aliud, ff. de excusatio. tuto. tradit Hippol. consi. 89. num. 8. & Mexia ad legem Toleti in responso ad 2. fundamentum n. 41. cum seqq. deinde non videtur renuntiatum nec derogatum
285 priuilegium speciale minorū, † glo. verbo nulla ratio in l. postquam liti, C. de pactis, communiter recepta secundum Ias. in l. 1. ff. de iurisdictione om. iudi. nu. 10. & Rebuf. ad Regias constitut. Galli. tit. de restitut. artic. 2. glos. 4. num. 23. Azeued. in l. 1. tit. 6. num. 21. & in l. 4. tit. 17. nu. 3, lib. 4. Recopil. vbi plurimos allegat Doctores. Prouisio namq; legis cōtra ius commune non extenditur vltra illud, quod lex expressè proui-
286 det, † l. si vero, §. de viro, ff. solut. matrimon. vbi ita tenent Bart. & Imol. qui latè prosequitur. Et tandem pro hac opinione facit, quòd generica alienationis prohibitio nō compre-
287 hendit causam dotis, † ita Bart. in l. filijs familias, §. diui, ff. de leg. 1. nu. 4. & est communis opinio teste Ias. ibidem in repetitione num. 66. Ripa n. 70. Ioan. Croto num. 44. Boeci. decis. 110. num. 5. Menes. à Padilla in authen. res quæ, C. communia de legat. n. 52. qui plures alios refert DD. tenet Gregor. Lop. in l. 6. tit. 11. par. 6. in glos. verbo, *Que la non pudiesse vender*, & Ant. Gom. in l. 45. Tauri num. 87. Molina de Hispan. primo gen. 4. par. c. 9. num. 10. Ex quibus satis remanet probatum, dotis priuilegium exclusum non remanere ex dispositione illorum verborum, quæ in dicta noua pragmatica dicto versicul. 3 comprehenduntur.

Qua opinione retenta nō obstat regula in superioribus relata, quòd priuilegiatus contra pariter priuilegiatum non gaudeat priuilegio suo: quia mulier in prædicto casu pro sua dote certat de damno vitando, & tunc admittitur contra pariter priuilegiatum. † Et hoc modo limita- 288 tur prædicta regula secundum Ioan. Gutier. in pract. quæstionibus lib. 2. quæst. 115. num. 10. cum sequentibus, & Azeued. in l. 10. tit. 3. libr. 5. Recopil. à num. 11. cum sequentib. Nec obstant dicta verba, *De qualquier calidad que sea*, nā respōdetur, quòd dicta pragmatica ait: *Se prefieran a los otros acreedores*, & sic ibi hæc dictio, alius, alia, aliud, sit repetitiua similium, † iuxta glos. verbo, alia pe- 289 na in l. si fugitiui, C. de seru. fugitiuis communiter receptam secundum scribentes ibidem, & est glos. similis in c. sedes apostolica verbo maiores de rescrip. & tex. in l. si quis emptionis, C. de prescrip. 30. vel 40. annorū, vbi notant Bald. Salic. & Angel. illa verba, *A los otros acreedores*, veniunt intelligenda in creditoribus similibus, & non in habentibus maiora priuilegia, & illa verba: *De qualquier calidad*, veniunt intelligenda iuxta qualitatem illius verbi, *A los otros*, & non iuxta maiorem qualitatem, & maiora priuilegia: nam qualitas ad iūcta verbo, vel participio, venit regulanda iuxta tempora & qualitatē verbi vel participij, † l. Titius, ff. de 290 milit.

milit.testamento, l. indebitis, §. si extraneus, ff. de noxalibus, l. ex facto, ff. de vulgari. Et licèt contrarium defendere conetur Collâtes in pragmaticaagricultorum lib. 3. c. 1. num. 3. facilis est responsio ad sua fundamẽta, nostrâmque veram opinionem de feudit Felician. de censib. tom. 2. lib. 3. c. 5. num. 14. satisfaciens contrarijs fundamentis.

Quæst. 55. HABENTES Tamen exemptionem omnium tributorũ ex Regis priuilegio tenentur contribuere in his tributis, à quibus nobiles non
291 excusantur, † per l. 19. tit. 14. lib. 6. Recopil. & quoniam multoties dubitatur, vtrum vnius ciuitatis incolę cõmunicare poßint terminos, pascua, vel montes alterius ciuitatis absque
292 priuilegio & licentia Regia? † In hoc resolue, quòd nulla datur pascuorũ vel montium cõmunicatio sine Regia licentia & mandato: quia est spe
293 cies alienationis, † vt in c. 1. de rebus Ecclesiæ non alienand. tenet Petr. Paul. Paris. in cons. 27. nu. 133. vol. 1. Calcan. cons. 51. nu. 12. & 16. Paul. Castr. cons. 117. vol. 3. num. 3. Matthæ. de Afflict. decis. 254. idemque disponitur in beneficiorum, rerũq; Ecclesiasticarum vnione & communione, quæ absque Pontificis rescrip
294 to & licentia fieri non potest, † ita Calderinus cons. 4. de rebus Eccles. non alienand. Ioan. de Ligniano in c. nouit ne sede vacãte, Petr. Perusinus in tit. de vnionibus cap. 2. nu. 14. & c. 5. num. 17. tex. in c. decimas, & cap. & temporis 16. quæst. 1. tradit Rebuf. in pract. beneficiorum tit. de de vnionibus nu. 22. cum sequẽtib.

Ex quo infertur, quòd huiusmodi terminorum & pascuorum cõmunio non potest præscribi, quamuis populi absque Principis licentia per longißimi temporis spatium in cõmunione persistant, † quæ est cõmunis resolutio, de qua per Ias. in l. si non sortem, §. si centum, ff. de cõdictione indebiti nu. 5. Balb. de prę 295
script. in 4. par. quartæ partis principalis, quæst. 13. post Bart. & Doctores in l. fin. C. communi diuidundo, & in l. 1. §. ad hæc, C. de annali exceptio. Matth. de Afflict. in decis. 254. & eodem modo, quo requiritur Regia, vel Principis licentia ad terminorum, vel pascuorum communicationem, requiritur itidem ad eorũ dissolutionem, † cap. 1. de regul. iur. 296
in decretalibus, ita Matth. de Afflict. & Rebuf. vbi supra tit. de vnionis reuocatione num. 15. pag. 297. Abb. cons. 12. 2. par. nu. 3. & 4. quæ limita cum Socin. cons. 117. vol. 1. quem refert & sequitur Greg. Lop. in l. 15. tit. 5. part. 5. in glos. verbo, *Los egidos* in fine, & Bobadilla in sua Politica lib. 3. cap. 8. num. 83. tenentes, quòd potest vna ciuitas absque Regia licẽtia cum alia facere conuentionem super animalibus, quæ ab vna parte in aliam intrant in earum pascua in territorijs, vt tantum soluant damnum & non pęnam statutariam, & quòd potest fieri per conuentionem communio pascuorum vsq; ad certa loca: quia tunc temporis non dicetur alienatio, † sed bona societas 297
& conuentio.

RESTAT Nunc examinare, Quæst. 56.
vtrum eo ipso quòd Rex aliquem

facit

facit de suo consilio, titulumque huiusmodi concedit, censeatur, eum
Cap.7. nobilem facere; eique exemptionẽ tributorum ordinariorum, & extra-
298 ordinariorum concedere? † In quo casu tene cum Tiraquel. de nobilit. cap.2.num.2.& cum Ioan.Garc.eodem tit.de nobilitate,glos.35.nu. 39. & cum Guid.Pap. decis. 376. quod huiusmodi consiliarij nobiles fiunt, & clarissimi, omnemque tributorũ exemptionem adepti sunt per titulum Regiũ eis concessum. Pro qua conclusione est text. in l.fœminæ,ff. de Senatoribus,l.si Senator,l.Senatorum,C.de dignitatibus lib. 12. de quorũ consiliariorum priuilegijs & exemptionibus latè agit Boerius in tractatu de ordine graduum 2. part. & Cassaneus in Catalogo gloriæ mũdi 7.par.cõsideratione 9.vers. & fuit Greg.Lop.in l.5.tit.9.par. 2. verbo, *Consejeros*, Ioan. Garc. de nobilitate glos. 35.num.39.cum seqq.

Quæst.57. NEC Omittam, quòd priuilegia atque exemptiones, quæ concessæ fuerint à Principe alicui ciuitati, vel villæ, antea quàm deletæ fuerint ob inimicorum impetu, vel alia qua uis causa, conseruantur, & permanent, quando denuo reędificantur,
299 & conduntur, † l.æde sacra in princip.ff. de contrahend. emptione, tenet Innocenc.& Abb. in cap. cum ex iniuncto de noui oper. nuntia. col.2.idem Innoc.in cap. Abbate de verborum significat. Alex. cons. 43. lib.1.nu.2.Bald.& Paul.in l.sicut,5. in decurionibus num.7.ff quod cuiusque vniuersitatis nomi. Ancharr. in d. c.cum ex iniuncto nu. 9. & ibi Anton. de Butr. num. 4. Iacobinus de Sancto Georgio in l.proponebatur,ff. de iudi. in fin. Marcus Mantua in c.1.de electione nu. 17.& 18. & Zasius in d. c. cum ex iniuncto num. 9. Quod comprobatur, quia seruitus vrbana conseruatur in area, quę reuiuiscit, quando de nouo origitur, eademq; domus fingitur, † l. 300
seruitutes,§. si sublatum,ff. de seruitut.vrban. prædi. idemq; de vsufructu dicitur, qui etiam si suspendatur, si res, de qua debetur, ab inimicis aliquo temporis spatio possideatur, cõualescit recuperata re, de qua debebatur, † l.si ager la 2.ff.quibus mo 301
dis vsusfruct. amittatur, de quo videatur Cępol. de seruitutib. vrban. pręd. cap. 12.

EST Etiam aduertendũ, quod Quæst.58. dubitari solet, quòd si aliqua exemptio, vel priuilegium à Principe cõcessum fuisset ob aliquód in bello seruitium, vel omnibus agarenis & infidelibus, qui ad Catholicam fidẽ reducti fuerint, vtrum illud seruitiũ necessario perfici debeat? vel inceptum sufficiat? aut agarenis vel in fidelibus in via vel itinere repertis, & non efficaciter ad fidẽ reductis concedatur? † Et videbatur, ob dictum 302
seruitium non perfectum, & ob reductionis voluntatem prædictũ priuilegium & exemptionem concedendam fore, quia repertus in itinere, vel in via cum rebus vetitis incurrit in pęnam statuti contra portãtes vel extrahentes res vetitas; † ita An 303
gelus de maleficijs in titul. de rebus portandis num.10. Sed veritas est in contrarium: & in prædicto casu & priui-

priuilegio puto, actum perfectum & consumatum reductionis necessarium fore. Et idem iudicandũ de dicto in bello seruitio, ob quod priuilegiũ confertur, per tex. ad hoc expressũ in c. 1. & 2. de filijs presbyterorũ li. 6. vbi probatur, quòd priuilegiũ vel exceptio, vel gratia summi Pontificis non extenditur de vno ad alium
304 casum: † quod etiam probatur in l. cum quidã, ff. de liber. & posthum. Et corroboratur hæc vera resolutio, quia etiam in gratia vel indulgentia à summo Pontifice concessa animabus in Purgatorio assistentibus requiritur actualis conditionis perfectio, & exactio, ad hoc vt ratione prædictæ indulgẽtiæ animæ veniã consequantur, in libertatemque per
305 ducantur, † ita tenet Ricardus in 4. sentẽtiarum distinct. 20. quæst. 3. art. 3. & Augustinus de Ancona in libello aureo de potestate Ecclesiastica, quæst. 30. art. 3. & Sanct. Thom. quẽ refert & sequitur Albertus Florent. 1. par. tit. 10. c. 3. §. 2. & Ioan. Maior in 4. dist. 20. quæst. 2. col. 3. vbi Paludan. quæst. 4. & penult. Nauarro in cap. quis aliquando de pœnitent. distin. 1. §. in Leuitico notabili 19. n. 4. & est text. in cap. præsenti de præbendis lib. 6. ad quod allego glos. fin. in extrauaganti de pœniten. & remission. col 4. ad fin. vbi probatur, quòd in priuilegijs & concessionibus principis & in Romani Pontificis rescriptis & indulgentijs, illa verba: *Qui tale fecerit, priuilegium vel indulgentiam consequatur*, faciunt conditionem, quæ in specifica forma
306 impleri debet, † l. stichum, ff. de leg. 1. l. Quintus, ff. de auro & argento legat. Nec obstat opinio Angeli de maleficijs pro contraria opinione adducta, quam intellige verã, quando via, in qua reperitur portans res vetitas est, non consueta & extraordinaria, & non recta, estque aliqua delinquentis suspicio, † ita Bart. & 307
Ioan. de Platea in l. qui fiscales, C. de nauicularijs lib. 11. prædictus nãque actus reductionis ad cõsequendã promissam exemptionem & priuilegium Principis, requiritur, & debet esse perfectus, nec in itinere vel in via inueniri sufficit, l. (1. ff. quod quisque iuris, Angelus in l. si vehẽda, ff. ad l. Rhodiam de iactu. quos & alios Doctores refert Auiles in cap. Prætorũ, cap. 52. glos. verbo, *En la tierra*, num. 22. Quando enim *Quæst. 51.*
requiritur actus perfectus & cõsummatus, non sufficit esse in fieri, † l. 308
arboribus, §. de illo, ff. de vsufructu. Sunt deinde adeo efficaces Principis exemptiones & priuilegia, quòd per generalem priuilegiorum reuocationem non censeantur reuocata priuilegia miserabilibus personis, & alijs priuilegiatis personis concessa. † Ita 309
tenet Mexia ad leg. Toleti in 4. fundamento primæ partis num. 21. referens Cinum in l. 1. quando Imperator inter pupillos & viduas, extenditurque priuilegiũ concessum minoribus ad furiosos & mentecaptos, † per glossam verbo ad agnatũ, in l. 310
2. C. de curatore furiosi, communiter approbata secũdum Bald. numer. 6. Alex. num 5. in l. si curatorem habens minor, C. de in integrum resti. tenet Gregor. Lop. in l. 23. tit. 3. p. 5. in

in glos. verbo, *De los guardadores*, post medium. Qui Greg. Lop. in l. 22.tit.13 part.2.verbo, *O le embargas sen* tenet, quòd licèt Princeps concedat alicui magnati plenã & amplissimam iurisdictionem, nunquam videtur concessa suprema iurisdictio, nec illa causarum maiorũ cognitio, quæ ad ipsum tanquã Regẽ pertinet, licèt dicat in priuilegio, quod cõcedit omnia, quæ tanquã ad Regẽ (hoc est regalia) ad se pertinẽt. † Pro qua
311 opinione est tex. in l.legatus, ff.de officio præsid. & hæc est magis cõmunis opinio secundũ Socin.cons.275. num.5.volu. 2. Matth. de Afflict.in prælud. ad cõstitutiones Regni Siciliæ quæst.1. num.3.& 4 Cassan.in consuetud.Burgund.rubr.1. §. 4. n. 38.fol.30.Bald.in c.quanto de iudic. col. 2. Cota in memorabilibus iuris in verbo iurisdictionem, Lucas de Penna in l. quicumque, C. de omni agro deserto lib.11.idem in l.1.de priuilegi s scholar.lib.12.col. penult.in fin. Puteus de syndicatu post euidentialia in c.1.de excessibus baronum nu.8.fol.85.Couar. in pract. quæst. cap.1.nu.1.Auiles in cap. Prætorum cap.38.glos. ante nos nu. 3.Auend. de exeq.mand.reg.c.5.nu.2.Parlad. lib.2.de rebus quotidian.c.1.nu.14. cum seqq. Balluga de Specul. Principum rubr.22. §.& quia fol. 119.n. 10.& 40.& 261.cum sequentibus, tenet Petr.Greg. de syntagma.iuris, 3. p.lib.31.c.10.nu.6. & seqq. Anton. Gom.in l.40.Tauri nu.10. in fin. & Azeued.alios referẽs in l.1.tit.1.lib. 4. Recopil.num.3.cum seqq.& nu. 15.& 30.& 39.& nu. 47. cum seqq. per tex.ibi & in l.1.à num. 36. tit.15. eod.lib.4. per text.ibi, & l. 1. tit. 10. num.31.per text.ibi lib.5.Recop. est text.in l.penult.ad finem tit. 15.part. 2. & l.9. tit 4.par.5. quos Doctores sequitur Bobadilla in sua Politica 1. tomo lib.2. c.16.num.87. Qui in *Quest.60.* nu.92.tenet, & defendit, quòd omnes, qui allegant priuilegium & exẽptionem, tenentur suum priuilegiũ exhibere, ad consequendam dictam exemptionem: † quam doctrinam 312 tenet Bart.in l.1.§.cum vrbem, ff.de offic.præfecti.vrb.Rom.Xuarez allegatione 7.col.2.Matienç.in l.1.tit. 10.glo.21.n.6.lib.5.Recop. Auend. de exeq.mand.reg.c.1.num.1. cum sequentibus, Aluar.Velasq.in quæstionibus iuris emphyteu. quæst. 8. num.21, cum sequentibus, Azeued. in l.1.tit.1.lib.4.Recopil.num.16.in fin.Belluga lib.1.de specul.Princip. rubr.23.§.diximus num.30.cum sequentibus, qui in §.sed pone n. 15. vers. merito, fol.130.limitat, quando aliquis potitur priuilegio, vel exemptione ab antiquo, quia tunc habet fundatam suam intentionẽ: † quod 313 tenet Ostiens. in cap. dilecto de offic. Archidiac. & quando priuilegiũ exhibetur, debet habere sigillũ manifestum & apparens, nam si non bene appareat, nullam fidem facit. † Ita Craueta cons.46.num.6.tex. in 314 cap. inter dilectos de fide instrum. cap.cum.causam de probatio. l. cũ aliquis, C.de iure deliber. tenet Mascard.de probatio.1.par.conclus.147. numer. 2.

EX quibus cõsequitur, quòd priuilegium, ex quo conceditur causarum *Quest.61.*

rum

rum ciuilium, & criminalium, etiam fiscalium cognitio non comprehen
315 dit crimen falsæ monetæ, † ita tenet latè Thom. Gram. in consi. 6. criminali, & Tiberius Decian. 1. tom. criminali lib. 4. cap. 52. & ideo si in priuilegio aliquo à Principe regalis facultas & præminentię concedantur, non comprehenduntur bona vacantia illius, qui abintestato & absque
316 hærede mortuus fuit, † c. 1. quæ sint regalia in vsibus feudorū, l. vacantia, cap. de bonis vacantibus lib. 10. Camil. Borrel. in additionibus ad Bellugam de Specul. Principum, rubr. 5. litera B. fol. 11. & ipse Bellug. ibidem rubr. 24. 5. & primo videamus nu. 21. fol. 134. Ægid. Boss. in praxi criminali tit. de regalijs nu. 15. & 24. cū seqq. pag. 672. Marc. Ant. Pereg. in tract. de priuilegio fisci lib. 1. nu. 97. pag. 28. & sic obseruari in Regno Neapolitano testatur Marin. Frecia in tract. de subfeud. baro. lib. 2. pag. 348. authoritate 14. licèt tenuerint contrarium Bald. in l. 1. C. de hered. decurionum, Roland. à Valle consi. 1. à n. 15. cum sequentibus & n. 103. & consi. 91. à num. 17. vol. 2. Isern. in rubric. quæ sint regalia num. 2. Albert. Brun. consi. 12. & 43. in fin. Bertrand. consi. 276. vol. 3. & consi. 69. libr. 2. Tamen primam opinionem sequitur Bobadilla in sua Politica lib. 2. cap. 16. num. 216. qui in num. 17. tenet, quòd licèt concessa villa, oppido, vel castro, censeatur con-
317 cessum territorium, regulariter † limitatur, quando territorium sit maris confinis, quia tunc temporis litora maris per spatium ballistę iactus, non comprehenduntur, nec concessa videntur in priuilegio concesso à Principe, cui reseruata censentur, † ex Carol. Ruin. consi. 28. col. fin. & 318
Marian. Frecia in tract. de subfeudo baron. tit. quis dicatur Marchio. n. 3. cum seqq. qui alios refert DD. Quæst. 62.

QVID Tamen respondendū erit, si à Principe aliquod concedatur priuilegium ad suo beneplacito, atque voluntate vtendum? † In 319
quo responde, quòd licèt priuilegiū perpetuò censeatur concessum, in prædicto casu morte concedentis spirat. l. 4. ff. locati, vbi scribētes, cap. si gratiosæ de rescrip. libr. 6. vbi Abbas, & Doctores, tradit latissimè Couar. lib. 3. var. c. 15. à nu. 2. Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. c. 25. à n. 4. cum sequentibus Azeued. in 2. tit. 7. lib. 5. Recop. Ioan. Gutier. in practicis quæstio. lib. 2. quęst. 74. & 75. de quo etiam in nu. 180. intra. eod.

SED Cum in superioribus nu. Quæst. 63.
164. tradidimus, quòd mulier nobilis contrahens matrimonium cū ignobili viro, quoad contributionem in eius vita amittat suum nobilitatis priuilegium, venit intelligenda illa doctrina, dummodò non sit in præiudicialibus suo honori. † Nā in his 320
non poterit suum priuilegium amittere nobilis mulier, nec poterit palinodiam recantare, nec torqueri, per multa iura & Doctores quos allegat hanc opinionem tenens Azeued. in l. 16 tit. 1. lib. 2. Recop. num. 7.

NEC Omittam, quòd inferior Quæst. 64
à Principe nō poterit priuilegiū nec immunitatē concedere in præiudiciū tertij, † secundum Panormit. in c. 321

per

peruenit de immunitate Ecclef.col. fin. quem refert & sequitur Ripa lib. 2. responsorum in responso 20.
Quæst.65. num.12. Qui in num.17.tenet,quòd priuilegium concessum propter artem,eatenus prodesse debet,quatenus
322 nus priuilegiatus arté exercet, † per text.in l. semper, §. negotiatores, & §. penultim.ff.de iure immunitatis, vbi tenet Bart.l. sub prætextu,C. de sacrosanct. Eccles. vbi etiam tenet Bart. tenetque Guid. Pap: in decis. 402. cum sequentibus, traditq; ipse Ripa vbi supra in numer.19, quòd priuilegia concessa gabellarum conductoribus extenduntur ad eos tantum, & non perfruuntur dictis priuilegijs, & exemptionibus,nec illorum sunt participes fideiussores con
323 socij nec exactores:† quod tenet Firmianus in tract.de gabellis 2. part. q.17. quod intellige verum, nisi aliter in priuilegijs dispositum fuerit, prout quotidie videmus dispositum.

Quæst.66. ET Quia aliquando datur priuilegiorum concursus, est aduertendum, quòd regulariter priuilegium secundum nō faciens de primo mé-
324 tionem illi non derogat, † per tex. in cap.1. & cap.plerumq; de rescriptis, cap. veniens el 1. de præscript. tenent Panormitan.Felin.& scribentes in dictis locis & Ripa in d.cap. 1. de rescriptis nume. 48.cum sequentibus, vbi limitant aliquibus modis, vt per ipsos latè discitur, tradit Menoch.præsump. 4. libr. 4. à num. 1. cum sequentibus, de quo est text. in l.35.tit.18.par.3.& tradit Grammat. in cons.6.ciuili per totum,inter quas limitationes illa est præcipua, quòd valet secundum rescriptū de primo non faciens mentionem, quando impetrans primum noluit illo vti
325 intra annum,† iuxta tex. in d.c. plerumque,vbi glos. verbo intra annū, quæ aliquos casus recēset, in quibus datur annalis præscriptio, & congessit 44. casus annalis præscriptionis Tiraquel.de vtroque retract. tit.1.§. 1.glos.10.num.6. † Et quanto tem- 326
poris spatio prescribatur priuilegiū, traditur in l.24.tit.18.par.3.& in l.3. tit.7.par.5. vbi Gregor.Lop.

SED Generalis omnium priuilegiorum derogatio & reuocatio, Quæst.67.
non derogat priuilegijs insertis in corpore iuris,quæ in suo robore cōsistunt, † de quo per Felin.in cap. 1. 327
de rescriptis,& per Ias. in l. 1. §. fin. ff.de constitutio. Principum, & Firmian.in d.tract. de gabellis 7. part. q.10.latè Ripa in d.c.1.de rescriptis num.54. Qui in nu.55. refert illam Quæst.68.
admodum cōtrouersam quæstionē, vtrum clausula: *Non obstantibus priuilegijs in contrarium facientibus; etiamsi de illis oporteret facere specialem mentionem, quorum tenores de verbo ad verbum habere volumus tanquam expressos*, sufficiat ad tollendum priuilegia habentia clausulā derogatoriam ad priuilegia futura,nisi de ipsis de verbo ad verbum fiat in diuidua; & specialis mentio:† vbi conclusio- 329
nes veritatis,&distinctiones,limitationes & sublimitationes inuenies, ad quem recurre,cum casus obuenerit, & ad Calderin.cons 11. titul. de de priuilegijs Rom.cons. 327. Paul. de Castr. cons. 55. Traditque ipse Quæst.69.
Ripa vbi supra numer. 8. quòd priuilegium

uilegium impetratum lite pendente
non valet, si de dicta lite pendente
330 mentionem non faciat,† quod pro-
bat text. in cap. fin. vt lite pendente,
cap. causam quæ de test.

Quæst.70. ET Ideo vna pars priuilegij am
bigua debet intelligi secundum ver-
ba clarè & apertè posita in alia parte,
331 † l. vtrum, ff. de petit. hæredit. l. quē
admodū, §. hac verba, ff. ad l. Aquil.
& vtrobique Bart. in l. qui filiabus,
vbi Doctores, ff. de leg. 1. tenet Pa-
norm. cons. 37. lib. 1. quia si aliquod
conceditur à Principe priuilegium
extrahendi aquam ex publico aquæ-
ductu, debet intelligi, & interpretari,
eo modo, vt restringatur ad aquam
superfluam, & superabundantem,
332 † l. si quis per diuinam, C. de aquæ-
ductu lib. 11. & si omnis aqua sit
reipublicæ necessaria, priuilegium
nihil tribuit, quod facit ad priuile-
gium concessum alicui ad extrahen
dam certam tritici quantitatem de
aliqua ciuitate vel prouincia, quod
debet intelligi, si talis quantitas su-
perest ab vsu habitantium in dicta
ciuitate vel prouincia: & sic recipit
conditionem, si respublica non in-
333 digeat, † secundum Bart. & Ioan. de
Platea in dict. l. si quis diuinam, C.
de aquæductu relatos & sequutos
per Ripam in tract. de peste tit. de
remedijs præseruatiuis contra pestē
num. 28. cum sequētibus; & merito
quia priuilegium alicui concessum
non extenditur ad ea, per quæ pu-
334 blica læderetur vtilitas, † l. fin. C. de
officio magist. militum, l. humiliori-
bus, C. de susceptoribus & arca. l. 2.
C. de priuileg. scholar. Nam priui-
legia publicæ vtilitati damnosa non
sunt recipienda, † l. nec damnosa, 335
C. de precibus imperat. offerend.
adeò vt priuilegium generale exē-
ptionis ab omni munere non exi-
mit quēquam ab oneribus, quę im-
ponuntur pro aquis publicis haben-
dis: vel pro aquæductibus purgādis.
vel reficiendis, † l. ad portus, C. de 336
operibus publicis, tenet Ripa vbi su-
pra nu. 43. cum sequentibus, quoniā
pestis, belli, vel famis, & magnę ne-
cessitatis tempore omnia silent priui
legia, † l. pro tyronibus, C. de priui- 337
legijs domus Augustæ lib. 11.

EX Quibus infertur, quid sit de Quæst.71.
terminandum in illa quæst. quando
immunitatis priuilegium cōceditur
omnibus venientibus ad habitandā
aliquam ciuitatem, si originarij ci-
ues, qui antea non habitabant, & pa
trias sedes reliquerunt, ratione
prędicti priuilegij ad dictā ciuitatē
inhabitandam venerint, vtrum di-
cto potiantur priuilegio. † In qua 338
quęst. resoluendum videbatur, quòd
dicti originarij ciues prædicto fruan
tur priuilegio ex opinione Alber-
tus de Rosa in 1. part. statutorum q.
91. Sed veritas est in contrarium, se-
cundum Bar. in l. cum emancipatus,
§. si pater ex duobus nu. 1. ff. de bo-
norum possess. contra tabul. quem se
quitur Alexan. in cons. 34. vol. 5. &
cons. 54. vol. 2. & Mascard. de pro-
bation. vol. 3. conclus. 1141. num. 4.
qui rationem adducunt; & ideò ori-
ginarius vere, non potest quis ad
hoc, vt gaudeat statutis & priui-
legijs illius ciuitatis & loci, nisi in eo
habeat domicilium, ibiq; maiorem
fortu-

fortunarum suarum partem collocauerit, & ibidem onera realia &
339 personalia soluat, † secundum Mascardum dicta conclusione 1141. numer. 22.

Quæst. 72. ILLVD Tamen non prætermittendum est in hac materia, quòd licèt regulariter instrumentum faciens mentionem de alio non probat, limitatur in rescripto Pontificis & in priuilegio Principis, quod probat, & tenet, licèt in eo de alio
340 fiat mentio, † text. singularis in cap. Abbate Sancti Syluani, & ibi Doctores de verborum significatione, quod tradit latè Boerius in decis. 247. à num. 1. quem sequitur Mascardus alios allegans vbi supra volumin. 2. conclusione 923. num. 9. Et licèt regulariter subrogatum sapiat naturam subrogati, fallit in hac priuilegiorum materia, in qua personalia priuilegia non transeunt
341 ad subrogatum, † quia mutatione personæ mutatur priuilegium, vt latè per nos in tractatu de gabellis 7. part. 5. 1. numer. 5. & latissimè per Bobadillam in sua politica tomo 2. libr. 5. cap. 6. numer. 31.
342 † qui plures Doctores, & nos allegat in dicto loco: & ideò in pœnis fiscalibus dominis vassallorum à Rege concessis peculiari priuilegio, non habetur illud priuilegium hypothecæ, quo Regi à iure con-
343 ceditur, † secundum Auiles in cap. Prætorum, c. 2. glos. verbo, *Camara*, nu. 5. in fine, & Auend. de exequen. mandat. reg. cap. 7. n. fin. nisi à Rege expresè fuerint concessæ pœnæ fiscales cum eisdē priuilegijs, quæ ipse habet, secundum Lucam de Pen. in l. contra publicam col. 5. vers. Item quia, C. de remilitari, Roland. cons. 62. vol. 4. à num. 5.

Quest. 80. ET ne reipublicę priuilegia omissa faciamus, est magna glossarū & Doctorū controuersia, vtrū bona reipublicæ & bona fiscalia ęquiparētur in priuilegijs. † Et Ioan. de Plat. 382 in rub. C. de fund. patrim. lib. 11. & in l. 1. C. de quęstoribus & magist. offi. lib. 12. & glos. 2. C. de vend. rebꝰ ciuitatis lib. 11. & glo. fin. in l. 2. C. de iure reipublicę lib. 11. tenent, quòd respublica pro reb' suis habet actionem priuilegiatam. Sed contrariam opinionem, & sic quòd bona reipublicæ, & bona fiscalia differunt in priuilegio, tenet Budeus in l. 1. ff. de de offic. quęstoris pag. 298. & quòd non gaudeant priuilegijs fisci bona reipublicæ, tenet Ioan. de Plat. in l. 2. C. de debit. ciuita. lib. 11. nu. 2. & Greg. Lop. in l. 10. tit. 19. p. 6. glo. verbo, *Reyes*, l. simile, ff. ad munícipal. l. fin. C. de murilegulis lib. 12. Sed pro solutione est distinguēdū, quòd regulariter bona ciuitatis & reipublicę nō habēt priuilegiū bonorū fiscalū nisi in casib' à iure expressis, † de quo est 383 tex. in d. l. simile priuilegiū in fin. vbi bona glos. ff. ad muni. l. Antiochē. ff. de priuileg. credi. d. l. 2. C. de iure rei publ. lib. 11. In multis tamē casib' bona reipublicę, & bona fiscalia ęquiparātur in priuilegijs, † ita Luc. de Pen. 384 in

in l. contra publicam, C. de re milit.
lib. 12. col. 5. verſ. item quia. Ioan. de
Platea in rubr. C. de iure fiſc. lib. 10.
n. 6. Euerard. in locis legalibus loco
de fiſco ad rempublicam, in cuius fa
uorem ait Bobadilla vbi ſupra 2.
tomo lib. 3. cap. 3. n. 50. ad medium,
quòd pro debito reipublicæ poterit
nobilis incarcerari, allegans Bonifa
cium in Peregrina verbo furtum fol.
219. col. 4. in verſ. officialis, & Ama-
deum de ſyndicatu nu. 162. qui ni-
385 hil dicunt, † licèt ipſe affirmet, pro
huiuſmodi debitis horrei publi-
ci, & ciuitatis nobiles incarcerari
poſſe, & cōpellendos ad præſtandū
fideiuſſorem *de ſaneamiento*, & ita
per executoriā deciſum in Pintiana
386 Cancellaria, † quòd mihi perquā
durum videtur per ſupradicta, cum
de hoc priuilegio nil in iure reperia-
tur fauore reipublicæ, & contradicit
l. ſimile priuilegiū, ff. ad municipal.
Nec in hoc, nec in fiſco verū eſt, cū
nobilis pro debito fiſcali incarcerari
non poſsit, niſi tantum in caſu legis
4. tit. 2. lib. 6. Recop. vt in meo tract.
de gabella reſolui in 4. part. §. 2. à n.
387 34. † Et de fiſci priuilegijs multa tra-
dunt Doctores in tit. de priuileg. fiſc.
& Ægid. Boſſ. in pract. tit. de fiſco,
Franciſc. Lucan. in tract. de fiſco &
eius priuileg. & Anton. Peregrin.
388 in tract. de priuileg. fiſci. †
Quæſt. 81. NEC Extrà rem videtur, vtrum
in confiſcatione bonorū veniant bo
na futura in fauorem fiſci. In qua
quæſtione reſolue, quòd bona fu-
tura non veniunt, nec comprehen-
duntur in confiſcatione bonorum,
389 † per l. ſi mandauero tibi, §. is cuius
bona, ff. mandati, l. eius qui, §. 1.
ff. de teſtam. l. ſi deportati, ff. de le-
gat. 3. c. fęlicis, §. verum de pœnis
lib. 6. gloſ. in l. non ad ea, ff. de con-
dit. & demonſtr. tenet Roman. cōſ.
242. num 2. Iaſ. in l. fin. nu. 11. ff. ſi
cert. pet. & in l. ſi victum nu. 5. ff. de
re iudic. latius Alex. conſ. 23. vol. 1.
num. 2. cum ſequentibus, Bald. in
l. ex facto, ff. de vulgari, §. fin. Alex.
Iaſ. & Decius in l. 3. §. illud, ff. quod
quiſq; iur. Pau. in l. quod traditum,
ff. de condit. & demonſtrat. & ipſe
in conſ. 56. num. 3. vol. 1. Bart. & ibi
additio in l. certa forma, C. de iure
fiſci lib. 10. tenet Ægid. Boſ. in pra-
ctica tit. de bonorum publicatione,
nu. 8. in fin. Iul. Clar. alios allegans
in practica, §. fin. quæſt. 78. num. 24.
Azeued. in l. 3. tit. 4. lib. 5. Recop. n.
7. quod habet locum, licèt aliqua ad-
ſit hęreditas, non tamē acceptata fué
rit per condemnatum tempore ſen-
tentiæ, † ſecūdum Dec. in conſ. 445 390
nu. 66. & in d. l. 3. §. illud, ff. quod
quiſque iur. dicit communem Nel-
lus à Sancto Geminiano in tract. bā-
nitorum 1. p. 2. tempore quæſt. 30.
SENEX Etiam poſtquàm re- Quæſt. 82.
dactus eſt ad annos pueriles, hoc eſt
80. annos, habet priuilegium reſtitu-
tionis in integrum tanquam minor,
† doctrina eſt Soc. in l. 1. ff. de verb. 391
obligat. per text. in l. 1. §. nam cum
inter, ff. de minoribus, habetque ſe-
nex priuilegium, quòd poſtquam
redactus eſt ad dictos annos pueri-
les, venit puniendus mitiori pœna
quàm adoleſcens, † l. 2. ff. de termi 392
no moto, & plurima ſenectutis pri-
uilegia ſunt videnda per l. fin. ff. de

fide instrument. vbi Doctores, & Iaf.in l. cum quid ff. si cert. petat. à numer. 11. cum sequentibus, & in 2. lectura eiusdem legis à num. 36. cum pluribus sequens Auiles. in ca. prætorum cap. 13. glos. verbo, *Vno de los Regidores*. Et Baeça de inope debitore cap. 7. per totum l. 7. tit 15. part. 7. vbi glos. verbo, *Mas anciano*. l. ciuitatibus, ff. de leg. 1. Gomez. in regul. cancellariæ tit. de infirmis re
393 sig. quæs. 7. †

Quæst. 83. PIAE Causæ quamplurima priuilegia cōgessit Mascard. de probatio. volum. 3. conclusione 1171. cū sequentibus, quem de his videre po
394 teris, † & Azeued. in l. 1. tit. 1. lib. 6. recopil. num. 102. Si autem aliqua lex vel priuilegium inueniatur requirens aliquam qualitatem ad eius beneficium consequendum, agens prædictæ legis, vel priuilegij bene-
395 ficio, eā probare debet. † ita Hippolyt. in Rubr. de probatio. num. 436. in fin. Alexand. cons. 77. num. 5. lib. 7. Gozadin. cons. 35. nu. 16. Pet. Pau. Paris. consil. 17. nu. 26. lib. 1. Socin. Iun. cons. 40. num. 30. lib. 2. Grat. resp. 43. num. 4. lib. 2. Tiraquel. de vtroq; retract. lib. 1. §. 8. glos. 7. nu. 1. Euerard. in locis legalibus loco 27. num. 7. qualitas namq; excludens, vel admittens aliquem, debet
396 interuenire in tempore actus, † l. 1. §. aduersus, ff. nequid in loco publico, tenet. Auend. de exequend. manda. reg. 2. part. cap. 12. num. 13. Mexia ad legem Toleti 2. fundamento 4. partis num. 16. quem refert Bobadilla vbi supra 2. tom. lib. 3. c. 4. n. 39.

Quæst. 84. IN Rege præterea, & republica, hoc reperitur priuilegium, quòd poterunt pro suis debitis agere contra socios conductoris rerum ciuitatis vel Regis, sicut cōtra ipsum cō-
397 ductorē obligatum, † ita Azeued. in l. 2. tit. 9. lib. 5. Recopil. n. 20. alios referens, & etiā socij inter se hoc habēt priuilegiū, quòd ad inuicem dicūtur habere mandatū, & poterunt agere contra debitores sine cessione prin-
398 cipalis conductoris, † secundū ipsum Azeued. vbi supra, n. 21. & in l. 1. tit. 16. lib. 5. Recop. n. 6. Paul. in l. si vnus in princ. ff. de pact. n. fin. & traditur in vol. 4. com. opinionū in nouis pag. 46. conclus. 143. cum seqq.

Cap. 9. Quæst. 85. DEINDE dubitari solet, vtrū quando nobilis, mulier, vel alij, qui pro debito incarcerari non possunt, debeat aliquod debitum alteri nobili, mulieri, vel simile priuilegium habēti, vtatur dicto priuilegio & prærogatiua, ne pro debito incarceretur: † In
399 qua quęst. pro vtraq; parte optime disputat Azeued. in l. 10. tit. 3. lib. 5. Recopil. nu. 10. cum sequentibus resoluens, quòd nobilis, mulier, & simile priuilegium habens, gaudeat dicto priuilegio & prærogatiua, & non possit pro tali debito incarcerari, quem legas, ne eius dicta transcribere videar. Estque tanta nobiliū dignitas, quòd si aliquo priuilegio, vel constitutione prouideatur, quòd certa quotānis detur eleemosyna loco gratiæ, & vicinis alicuius ciuitatis, & religiosis distribuatur, semper nobiles & moniales præferūtur in elee-
400 mosynijs faciendis, † secundū Ripā in tract. de peste tit. de remedijs pręseruatiuis c. 2. à n. 158. cum seqq. &

per

per ea, quę tradit Otalor. in tract. de nobilit. c. vltim. 5. partis principalis, vbi multos casus recenset, in quibus nobiles priuilegiantur, & preferun-
401 tur plebeis. † Et inde est, quòd illi qui aliquo tépore ad maiora officia, honores, & dignitates fuerũt nominati, & illa exercuere, habent tale priuilegium, quòd ad minora officia, honores, & dignitates inuiti eligi non
402 possunt, † per text. in l. maioribus vbi not. Ioan. de Platea & scribétes, C. quemadmodum ciuilia munera indicuntur lib. 10.

Quest. 86. SED Cũ quotidie viderim in dotibus repetédis & exigédis mulieres eligere meliora bona mariti, hęsitaui, inquirens, quo iure hæc practica sustineri posset. Et nullum potui iuridicũ fundamentum inuenire, nisi quòd dos debet solui, & restitui de bonis mediocribus arbitrio iudicis taxandis, & non de melioribus, etiãsi obligatio fuerit ad libitũ creditoris,
403 † ita tenet Bal. in auth. hoc si debitor n. 1. C. de solutio. Bar. in l. si ex falsis, C. de transact. n. 11. Alex. cons. 125. col. fin. vol. 1. Ias. in l. si duobus, §. sed etsi quis, C. cõmuni. de legat. n. 5. & Boer. in decis. 46. quod tenet Caual. alios DD. referens in tract. de tutore & curat. n. 250. pag. 144 & facit glos. verbo, *El mejor*, in l. 23. tit. 9. part. 6. quod limita secundum supradictos Doctores, nisi quando tantum ad sunt duæ res, nam tunc mulier pro sua dote poterit melioré eligere, ne de minori vel deteriori soluatur.
404 † Et Matth. de Afflictis in decis. 42. aliam affert limitationem, quòd mulier pro solutione suę dotis poterit petere sibi assignari terras suis vicinas & coherentes, idemque erit in castris & domibus, † ex opinione
Luc. de Pena in l. quicumque, C. 405
de omni agro deserto, lib. 11. per tex. ibi, & l. 2. C. de metall. lib. 12. & hoc non ratione dotis, vel electionis, quando quidem in diuisione facienda de domo communi socius, qui habet domum contiguam, poterit eligere partem, quæ suæ domui coheret, † vt tradit ipse Matth. de Af- 406
flict. dict. decis. 42. num. 1. & 2. ex opinione Angel. de Periglis in l. nõ amplius, §. cum bonorum, ff. de leg. 1. & ex opinione Luc. de Pen. vbi supra, & ex iuribus super⁹ relatis. Sed si expressè electio fuerit mulieri concessa in instrumento, de tali eligere posse rem meliorem putaui ratione partiũ conuentionis, & ad hoc pondero text. à nemine ponderatũ in l. 1 C. de fundo dotali, ibi: *Et conuenisset, vt electio mulieri seruetur.* Et etiã limitatur, quãdo mulier pro sua hypotheca in instrumento guarentigio contenta executionem petit contra aliquam rem, quia tunc poterit eligere meliorem ex hypothecatis, vt quilibet alius creditor ad sibi satisfaciendum de debito: † & 407
hoc casu executione facta super aliqua re à muliere electa, de qua possit satisfieri, non poterit variare, aliam eligendo, vt refert iudicatum Matth. de Afflictis in decis. 46. nu.
5. & fin. † Et vltra casus, in quibus 408
non admittitur compensatio, de quibus in l. in ea, C. de compensatio. & in l. 26. & 27. tit. 14. p. 5. & vtrobiq; scribentes, † habet mulier priuileg.ũ 409
pro

parti.1. tradit plurima Azeuedo in l. 13. tit. 6. lib. 5. Recopilat. à num. 9. cũ sequentibus. Deinde cócordi animo ab omnibus accipitur, quòd funeris impensa omnibus debitis, & credi-
418 toribus præfertur, † l. penultima. ff. de religios. & sumpti. fun. l. fin. §. in computatione. C. de iure deliber. d. l. 12. tit. 3. part. 1. ad medium, l. 30. & 33 tit. 13. parti. 5. tenet Anto. Gom. & scribentes in l. 30. Tauri, latè Ioann. Garc. Gallecus de expensis, & melioratio. cap. 8. à num. 18. cum sequentibus, Ioan. Gutierr. in l. nemo potest, ff. de legat. 1. à nu. 95. cum pluribus sequentibus, Humada in scholijs ad Greg. Lop. in l. 12. tit. 3. parti. 5. glos. 8. num. 7. ipse Ioan. Gutier. in practi. quæstio. lib. 2. q. 72. Matient. in l. 13. tit. 6. lib. 5. Recopil. glos. 3. Angul. de melioratio. in l. 13. glos. 3. à num. 16 vsque ad 21. qui omnes contra Bald. Fanum, & alios ab eis relatos intrepide tenent, quòd impẽsa funeris præfertur non solum tacitis hypothecis,
419 sed etiam expressis: † quod etiam tenet Anto. Gom. in d. l. 30. Tauri. Gregor. Lop. in l. 2. tit. 11. part. 6. in glos. verbo, *Las despensas*, & in d. l. 13. tit. 5. part. 1. in verbo, *Deudas*, & in l. 30. titul. 13. part. 5. in verbo, *Que otro deudo*. Quos etiam refert, & sequitur Azeued. in l. 13. tit. 6. lib. 5. Recopil. nu. 9. & Pet. Surdus in decis. 55. Mantuana, qui omnes supra relati Doctores tradunt in dictis locis, quòd impensa funeris præfertur etiam mulie-
420 ri pro debito dotis, † de quo est text. expressus in l. 9. tit. 3. parti. 5. vbi Gregor. Lop. in glos. verbo, *Dote*.

Quæst. 90. HOSPITATORQVE, qui hospitando, & procurãdo alicui hospiti, & in infirmitate, & sepultura aliquid expendit, habet tale priuilegiũ, quod potest retinere bona hospitis emortui, donec expẽsæ pro morbo, & sepultura sibi persoluantur: † ita 421 tenet Ioan. Garcia Gallego de expẽsis, & melioratio. vbi supra, nu. 26. & Azeuedo in d. l. 13. tit. 6. lib. 5. nu. 13. qui plures referunt Doctores.

SED si in aliquo priuilegio cõ- Quæst. 91 tineatur, quòd mortuo primo, cui concessum fuit, succedat consanguineus proximior, qui moribus, & nobilitate cæteros antecellat, præstantiorq; sit; quid erit dicendum, si dato in eodẽ consanguinitatis gradu masculus & fœmina interueniant? † Et 422 in primis, quòd masculus succedat, faciunt fundamenta sequentia, quòd prædicta clausula videtur in masculo, & non in fœmina intelligenda, argument. l. si quis, ... Iulia maiest. l. ... mihi filius, ff. de vent. ... possess. mit tend. Archidiach. in cap. siquis suadente 17. q. 1. vbi ait, in contractibus appellatione filiorum non venire filias. † Idem Anchar. consil. 343. Itẽ, 423 quia in prædicto casu masculus videatur aperte nominatus ad dictam successionẽ, quandoquidem fœmina non succedat nisi per interpretationem masculis non existentibus, † 424 Curt. Iuni. consil. 81. nu. 2. Et quando concurrunt apertè nominatus, & per interpretationem, & declarationem extensiuam; præfertur aperte nominatus: † ita Carol. Ruin. 425 consil. 143. volum. 2. num. 4. Sed è cõ contra, quòd succedat fœmina, videtur

tur probatum. Cum illa verba priuilegij, Succedat proximior & nobilior, & qui moribus & virtute antecedit, licet sint masculini generis, cōprehendunt tam fœminas quàm masculos fauore fœminarum: quia sunt verba adiectiua, & nō substantiua, quo casu nō per interpretationem, sed mera significatione comprehendunt fœminas, tanquam
426 masculos, † text. in l. 1. ff. de verborum significatione, vbi Bart. & Pau. & Cardin. in Clementin. 1. de electione numer. 7. & 8. quia affirmans fœmina, se esse nobilem & virtute præstantiorem, & proximiorem, & quòd nullus eam antecedit, habet suam intentionem fundatam, si contrarium non probetur per ad-
427 uersarium, † argumento l. cum de lege, ff. de probatio. vbi scribentes, & Bart. in l. conficiuntur, §. codicilli num. penult. ff. de iure codicillorū, Cumanus, quem refert Alex. in l. is potest, ff. de acquir. hæredit. col. 4. vers. Sed circa prædicta. Sed quòd ambo masculus & fœmina succedāt simul in dicto priuilegio, eiusque exemptione potiantur, faciūt talia fundamenta. Primò, quòd licèt dicta verba priuilegij sint de numero singulari, comprehēdunt plures, & omnes, qui in pari gradu proximi-
428 talis inueniuntur, † text. in l. cum inter plures, C. de fideicōmiss. liberta. l. si quis ita, ff. de testam. tutel. Speculat. tit. de procuratore, §. ratione autem formæ, versic. Quid si constitutus, Bart. in l. 1. §. sed si incertum in fine, ff. de vent. in possess. mit. Ias. in l. qui filiabus, §. 1. ff. de leg. 1. n. 4. cum seqq. Item quia ambo nobilis & virtuosi pariter præsumptione se habent, † c. dudū de præsump. 429
c. 1. de scrutinio, vbi glos. l. cū pater, §. rogo, ff. de leg. 2. Hippol. in l. 1. n. 67. C. de sicarijs. Itē quia illa verba, *Consanguineus proximior*, † tam comprehendunt masculum, quàm fœminam, Bald. cons. 5. vol. 4. Dec. in l. 2. ff. de regul. iuris, & in cons. 527. n. 3. & 5. quod procedit etiam in materia restringibili, & in statuto, secundum Salicet. in l. 2. C. de noxalibus colum. penultim. versic. Secundo infero, Dec. dicto cons. 527. nu. 7. Sed quòd neuter succedat in dicto priuilegio & exemptione, non probata in vno illa qualitate virtutis & proximitatis, facit primò, quia videtur, quòd intentio & voluntas concedentis fuit, quòd virtuosus & proximior succedat, & nō quilibet non habens dictam qualitatem: igitur non probata in vno dicta qualitas, neuter succedet, textus ad hoc in l. eum qui nouissimus, ff. ad Trebellianum, vbi probatur, quòd relicta parte hæreditatis filij vltimi morientis, si duo simul moriuntur; nec quis sit vltimus probatur, deficit relictum, † facit textus in l. si ita fuerit, ff. 331 de reb. dubi. vbi legato relicto consanguineo primo in capitolium ascendente, si duo simul capitolium ascendunt, nec constat, quis fuit primus, deficit relictum. Item ex doctrina Bartol. in l. hoc articulo numer. 8. ff. de hæred. instituend. vbi tenet, quòd si in dispositione contineatur, quòd quantitatem

&

& premium recipiat, qui prior tale fecerit, si duo simul faciunt, nec quis
432 sit prior apparet, nullus accipiet: † ita Felin. qui plures refert in cap. capitulum Sanctę Crucis de rescript. n. 17. Item, quia licèt quilibet virtuosus, & bonus præsumatur, non præsumitur illa qualitas maioris virtutis, & pro-
433 ximitatis in priuilegio requisita: † ita Alciatus, qui alios refert in reg. 3. pręsumpt. 2. num. 9. ex quo videtur neutrum admittendum: quid disponendum in hanc tam ambigua quæstione? Mihi semper tali compositione digna visa fuit, quod cũ ambo ęquali gradu proximitatis atq; virtutis inueniantur, ambo æqualiter succedãt
434 in priuilegio atq; immunitate: † ne detur occasio, quòd alius minus virtuosus, & in quo minor concurrat cõsanguinitatis gradus, succedat. Ita dixit Raphæl, quem refert & sequitur Alexan. in l. qui filiabus. §. 1. ff. de leg. 1. num. 3. Vel in hoc casu cũ hoc ius succedendi sit indiuiduum, in pari gradu sit locus gratificationi: ita Fulgos. in d. l. qui filiabus. §. 1. nu. 2. qui refert Cin. & Alex. idem tenentes, & expresse tenet Bald. in l. cum inter veteres. C. de fideicommiss. libert. alios allegans. Ex dictis tamen alia maior difficultas resultat, quæ examine digna videtur, vtrum eo quòd in prædicto casu, & quæstione vnus se digniorem, & proximiorem probet, & ob id in priuilegium, & exemptionem, vel in aliquam dignitatem succedat, si illa qualitas virtutis, & proximitatis cessauerit, cesset prædicta successio, dignitas, vel pri-
435 uilegium? † In qua quæstione pro parte negatiua faciunt fundamenta sequentia. Primò, quia qui semel fuit admissus tanquam bonus, & dignus, non poterit postea reprobari, † cap. 436 si quis testibus 4. q. 3. l. si quis testibus, C. de testibus. l. si vxor. §. fin. ff. de adulter. l. quod si nolit. §. infectũ ff. de ædilit. edict. C. sicut Christus 1. q. 1. late Gratian. in reg. 95. & Bobadilla in sua politica tom. 1. lib. 1. cap. 16. à num. 22. cum sequentibus. Item per regulam, quòd semel placuit: & quia non admittitur variatio: † argum. l. sicut C. de actio. & 437 obligatio. Itẽ per ea, quæ tradit Ioan. Andr. in rubr. de præbendis in additionibus ad Speculatorem, quòd si alicui tanquam bono, vel scholari, tanquam sapienti, datum est feudum à domino, vel præbenda, ei non tollitur, licèt dicta qualitas postea cessauerit, & deficiat; † tex. in §. semel hinc 438 stitut. qui manum. non poss. his probl ponas. §. si hæreditatem ff. de inofficioso testam. Item facit text. in l. si quis hæredem. C. de institut. & substitut. vbi notat gloss. & Doctores, quòd sufficit semel conditionem ad impletam fuisse. † l. boues. §. hoc ser 439 mone. ff. de verbor. signific. per quæ iura dicit Bald. in l. precibus. C. de impub. & alijs num. 6. quòd in conditionibus tantum attendimus existentiæ principium, nec curamus de successio. † Item facit l. si cognatis, 440 ff. de rebus dubijs, vbi relicto legato alicui consanguineo, sufficit, quod sit consanguineus tempore mortis, † 441 & tex. in l. substitutione. ff. de vulgari. l. ex facto. §. Iulianus. ff. eodẽ tit. vbi probatur, quòd nõ d. fi. it dispositio,

sitio, etiamsi postea deficiat qualitas, ob quam aliquis fuit institutus, vel
442 vocatus,† qualitas namq; excludés, vel admittens aliquem, debet interuenire in tempore actus, † l. 2. §. ad-
443 uersus. ff. nequid in loco public. tenet Auendan. de exequend mand. reg. 2. p. cap. 12. num. 13 Mexia ad legem Toleti, q iem refert Bobadilla vbi supra. 2. tom. lib. 3. cap. 4. nu. 39. facit etiam l. Mella. ff. de aliment. & ciba. legat. l. ex facto. §. si quis autem ff. ad Trebellian. & d. l. in substitutione. ff. de vulgar. vbi sufficit cócurrisse requisitam qualitatem in tempore, quo verbum importat, licèt
444 postea deficiat, †siue apponatur qua litas cum verbo dispositiuo, sicut in d. l. Mella, siue cum verbo executiuo, sicut in d. §. si quis autem, siue cũ alio separato verbo, sicut in d. l. in substitutione, tradit late Tiraquel. in l. si vnquam. C. de reuocand. donat. glos. verbo susceperit liberos num. 151. cum pluribus sequentibus, quod sufficit adfuisse semel conditionem,
445 licèt non permaneat. † Item, quia licèt cessauerit ratio, vel causa virtutis, non cessat spes recuperandi dictã virtutem, & ideo nõ cessat effectus,
446 nec dispositio,† Abb. in cap. Abbate num. 17. de verborum signific. Decius in cap. cum cessante de appellation. num. 6. Sylua Nupti. pag. 98. n. 108. Item modicus animi defectus non facit quem imprudentem vide-
447 ri,† Bart. in tract. de testibus nu. 84.

Sed pro cõtraria parte affirmatiua faciunt iura, & fundamenta sequentia. Primò, quia illa qualitas, vt successurus in dicta exemptione, & dignitate, sit virtute præstantior, & proximior est causa dispositionis, qua cessante cessat, & finitur priuilegium & dispositio, l. cura. §. deficientium ff. de muner. & honor. l. his oneribus. §. penult. ff. de vacatione munerum, & est tex. in legato. in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. & l. Pamphilo in fin. ff. de legat. 3. l. Seio, ff de annu. legat. Item l. si pro parte, §. versum. ff. de in rem verso, vbi nõ sufficit, incipere quemquam habere virtutem, nisi in ea perseueret. † Item 448
facit l. tutelas. §. licet. ff. de capitis diminut. vbi cessante consanguinitate, quæ fuit causa transferendi tutelam, cessat ipsa tutela. † Item, quia omnia 449
iura disponentia, quòd sufficit semel impletam fuisse conditionem, intelliguntur quando non adest conditio, vel dispositio, quæ habet effectũ & tractum successiuum: † quia tunc 450
temporis quoties causa, vel conditio cessauerit, cessat effectus, ad hoc est tex. in l. Titia ff. de annu. legat. l. stichus. §. Titia. ff. de aliment. & cib. legat. c. generaliter. 16. q. 1. §. qui reipublicæ, instit. de excusatio. tutorum, l. si quis ita legauerit. ff. de condition. & demonstration. tenet Roman. cõsil. 417. n. 5. Angel. consil. 34. num. 9. volum. 2. Ripa in l. ex facto. ff. de vulgari nu. 38. Item illa ratio, causa, vel qualitas virtutis in succedente significat, & importat tractum successiuũ: quia ex multis actibus virtutis dicitur aliquis virtuosus, & non ex vno actu solo. † Et illud verbum virtuo- 451
sus significat habitum, & vehementiam: ita Laurentius Valla lib. 1. elegantiarum cap. 23. & requirit perse-
uerantiam,

uerantiam, secundũ Bart. in l. si quis hæredem num. 1. C. de institutio. &
452 substitutio. † Item facit, quia semel approbatus, vel sufficiens ad aliquã causam, potest, & debet posteà reprobari qualitate approbationis deficiẽ-
453 te, † l. vt gradatim. ff. de muneribus & honor. ff. reprobari. l. sed & reprobari. ff. de excusatio. tutorum. l. Grammaticos. C. de professoribus & medic. lib. 10. facit præterea pro hac parte doctrina Bald. in l. sed & reprobari in principio. ff. de excusation. tutor. quod gubernator, qui admisit assessorem, vel collateralem putans esse sapientem poterit eum, si contrariũ appareat, expellere, licèt habeat ius adquisitum ratione publicæ vtili-
454 tatis. † Idem tenent Bart. & Ioan. de Platea in l. 2. C. de profes. & medic. lib. 10. & Angel. ibidem, extendentes ad Doctorem semel approbatũ,
455 quòd ex causa posit reprobari: † ita Christophorus Porti. in §. in fraudẽ, institut. quibus ex caus. manumit. nõ licet num. 15. & 16. Abb. in cap. 1. de Magistris, & Decius in l. cũ quid, ff. si cert. petát. num. 57. & in cap. cũ venerabilis de exceptio. num. 38. de quo latè Castillo in politica tomo. 1. lib. 1. c. 16. à n. 1. cum seqq. Item facit opinio Guiliel. de Cun. quem sequitur Bart. in d. l. cum quid nu. 18. quòd si aduocato, vel scholari fuit prædium datum ob causarum patrocinium, si ignorans posteà appareat,
456 poterit ei dictũ prædium tolli. † Idẽ tenet Ias. Alexan. & Decius in dicta l. cum quid num. 57. qui Imolam, & alios allegant: & ita pro hac parte faciunt prædicta iura, & fundamenta, quæ fortiora videntur, & sic est resoluendum, quòd cessante dicta virtutis qualitate in supradicta quæstione cesset succesio, & dispositio, † & 457
sic priuilegium concessum cum dicta qualitate. Quod limitãdum videtur tali modo, quòd ad hoc, vt successor in dicto priuilegio, & dignitate ea priuetur, oportet, quòd omnino à virtute vacauerit, & in eo nullæ virtutis reliquiæ remaneant, & sit malus: quia si in eo aliquæ virtutis reliquiæ remaneãt, & non sit omnino malus, non priuabitur à dicta successione, cuius effectus non cessabit, † 458
tex. in l. 2. ff rerum amota. l. ex duobus. ff. de vulgar. per quæ iura ita id afferit Bart. in l. 2. §. fin. in fin. ff. de donation. Alexan. in l. si cum dotem §. si maritus col. 3. versic. vel potest responderi. ff. solut. matrim. confirmat Ias. per plura iura in l. sciendum §. fin. num. 8. cum sequẽtibus. ff. qui satisdar. cogan. & hoc est de mente Bar. in d. l. 2. ff. de donat. §. fin. in fin. Bald. in l. prædio n. 4. C. de fideicõmis. Ripa in l. ex facto. ff. de vulg. nu. 39. ita ipse Bart. in tractat. de testam. num. 84. vbi ait, vitium notabile, & damnosum requiri ad hoc, vt vnus prudens esse desinat. † Et ita sit in su- 459
pradicta quæstione resolutio, quòd duobus concurrentibus in pari gradu succedat qui nobiliorem, & maiori virtute se prædítũ probauerit, vide Azeued. in proœmio tituli 2. lib. 6. nu. 20. & 21. Et quòd si ambo ęqualiter probauerint, succedẽt ambo de æqualitate iuris, † & si ille qui ratio- 460
ne virtutis obtinuerit, illã deserat, sitque omnino malus, & in eo hęc cessauerit

fauerit penitus qualitas, perdat successionem, & eius cesset effectus: si tamen non omnino virtuosus fuerit, & in eo reliquiæ primæuæ virtutis remaneant, non cesset successionis,
461 nec priuilegij effectus. †

Cap. 10. Quæst. 92. SED Cùm multoties dubitatum viderim, vtrũ cęcus vtroq; oculo sit à gabellarũ & collectarum solutione immunis, & à muneribus liberetur; hanc quæstionem non silentio dignam putaui, ad hoc vt in ea cæcitas omnino extinguatur. Et in primis à muneribus personalibus exempti censentur prædicti cæci,
462 † per text. in l. 1. C. qui morbo se excusant lib. 10. l. sextum, §. corporis, ff. de vacat. munerum, vbi DD. & tenet Ioan. de Platea in d. l. 1. & Petr. Antibol. in tract. de muneribus, §. 2. de prima diuisione munerũ n. 28. & etiam à gabella & collecta cẽsentur cæci excẽpti, per tex. in c. licèt de cẽsibus, vbi Abb. & DD. & Lasart. de decima soluenda c. 19. nu. 95. quod priuilegium intentare, & exigere poterũt coram Ecclesiastico iudice. Et ratio est, quia sunt miserabiles perso-
463 næ, † secundum Petr. Antibolũ vbi supra n. 30. & Rebuf. ad Regias cõstit. Gallicas tit. de sentẽtijs prouisionalibus art. 3 glos. fin. nu. 12. in tom. 1. & miserabiles personę poterunt laicos coram Ecclesiastico iudice cõ-
464 uenire, † cap. ex tenore, cap. ex parte de foro compet. vbi DD. tenet Couar. in pract. quęst. c. 6. n. 1. qui Palac. Rub. & alios allegat, & tenet per plura iura, Rebuf. vbi supra, d. glos. fin. num. 30. Et causæ miserabilium personarum quoad præuentionem cõpetunt Ecclesiastico iudici, c. 1 & sequentib. 87. distin. Diuturno tamen morbo fatigati sunt miserabiles personæ, † secundum Matth. de Afflict 465 in decis. 257. n. 1. qui annumerat miserabiles personas. Quam doctrinã in principali quæst. non indistinctè veram intelligo, nisi in cæco & miserabili paupere & egente: & non in his cæcis, qui diuitijs pollent, contractationemque habent. Isti enim à muneribus patrimonialibus, & à collectis & gabellis excusationem non habebunt, † ita tradit Petr. Antibol. 466 vbi supra nu. 29. & 30. per text. in l. semper, ff. de iure immunitat. qui ita interpretandum ait text. in d. c. licet de censibus, qui tex. si benè aspicias, ita summatur: videlicèt si cæcus pauper sit. † Pro qua interpretatione 467 pondero text. in l. 5. tit. 3. p. 3. à contrario sensu, ibi: *Ome pobre*, quæ in diuite contrarium disponere vult: ponderoque hodie text. in l. 11. & 33. tit. 15. lib. 9. Recopil. vbi probatur, quòd omnes priuilegiati & exẽpti à gabellarum solutione per Regium priuilegium tenentur soluere gabellam de rebus suæ contractationis. Et quia immunitas sub generalitate concessa nulla facta specificatione nullum excusat à muneribus patrimonialibus, † secundum 478 Petr. Antibolum vbi supra in 3. par. principali num. 28. Ex quo consequitur, quòd priuilegia concessa miserabilibus personis non cẽsetur reuocata per generalem priuilegiorum reuocationem, nisi de his expressa mentio fiat, † secundum A- 469 lexand. qui alios refert in cons. 123. incipit

incipit, viso puncto num. 15. volum. 4 tenet Rebuffus vbi supra num. 34. qui in num. 38. tenet, quod priuilegium concessum miserabilibus per-
470 sonis non potest renuntiari, † referẽs Bald. Felin. & Barbac. consil. 64. volumine. 4.

Quæst. 93. QVID tamen disponendum, vel interpretandum est, quando duo consocij aliquod impetrauerunt priuilegium, & vni eorum tantum cõcessum est, & solus in eo continetur,
471 vtrum ambobus prosit? † In quo casu videtur, quòd prędictum priuilegiũ sit commune, & quod socijs prosit, per tex. in l. 1. C. de diuersis rescriptis, & in l. si cõmune. ff. quemadmo. seruit. amittan. l. 40. tit. 18. part. 3. Sed in priuilegiorũ, & exemptionũ materia contrarium erit disponendũ, & sic quòd priuilegium in prædicto casu non prosit socijs, sed tantũ illi, qui in eo cõtinetur, & cuius persona exprimitur: ita tenet Salicet. in d. l. 1. C. de diuersis rescript. nu. 2. vbi Cinus & Alberic. & Greg. Lopez in dicta l. 40. tit. 18. part. 3. in glos. verbo. *Se pueden aprouechar todos*, qui refert Alexan. in consil. 122. volum. 4. Cui conclusioni non contradicunt iura superius adducta, nam dicta l. 1. C. de diuers. rescript. & d. l. 40. loquuntur in rescripto delegatorio ad iustitiam ministrandam. & d. l. si commu nem. ff. quemadmod. seruit. amit. lo
472 quitur in indiuiduis, † secundum Salicet. & Greg. Lopez vbi supra, qui Greg. Lopez cum Felino in cap. 1. de præscript. limitat prędictã quæstionem de priuilegio cõmuni, quando esset dictum priuilegiũ reale, de quo late agit dictus Felin. in dicto loco.

E X quo sequitur illa cõtrouersa questio, vtrum prædiũ emptum pro prio nomine à fratre, qui stat in com muni cũ alijs fratribus, efficiatur cõmue, an proprium ementis. † In qua 473 questione Bart. in l. Titium, & Mẽuiũ. §. altero n. fin. in fin. tenet, quòd talis frater emens prædium proprio nomine nõn teneatur illud cõmunicare, nec efficit illud cõmune: & idẽ tenet Salicet. in l. si patruus. C. commun. vtriusq; iudic. pro quo est tex. in l. si fratres. ff. pro socio, tenet Bart. & Bald. ad eũ in tract. de duobus fratribus n. 6. & Alex. in l. sed etsi plures, § in arrogato n. 7. ff. de vulg. Sed cõtrariam opinionẽ tenet Bald. in l. 1. C. si quis alteri vel sibi, & in l. si vt proponis in fine. C. de reiuẽd. & Alexan. cons. 49. vol. 1. & Ias. in l. 1. C. de furtis n. 1. qui dicit hanc veriorẽ opinionem, pro qua facit tex. in l. fin. §. quatuor. ff. de legat. 2. & d. l. 40. ti. 18. par. 3. Quæ opinionũ diuersitas (iura & rationes altius perpendẽdo) ita ve nit interpretanda, atq; concilianda: † 474 quòd quando fratres habent indiuisam hæreditatẽ, in eaq; & in cõmunione perseuerauerint, nec in aliqua negotiatione fuerint consocij, nec eius quæstus & fructus cõmunicaue rint, non dicitur inter eos contracta societas, & quòd quilibet emerit nomine proprio non tenetur cõmunicare: ita Roman. cons. 291. & 313. & distinguit optime Alex. in additio. ad Bart. in d. §. altero, in verbo contracta societas: ita tenet Salicet. in d. l. si patruus n. 13. vers. tertio casu, per tex. in l. ex parte. §. filius. ff famil ercisc.

K l. penult.

l.penult.C.si quis alteri vel sibi,& in hoc casu loquitur tex.in d.l.si fratres, ff. pro socio, & debet intelligi Bart. doctrina in d.§.altero, si bene perpẽdatur.Si tamen vterq; frater negotiãtur, & hinc inde lucra consueuerint cõmunicare, tunc dicitur contracta societas. l.inhibere, ff. de ritu nuptiarum.l.in concubinatu. C.de concub.tradit Bart.in d. §.altero n.3.& consil.22.vol.1. & Alex. cons.23. & 154.vol.2.Roman. cons.291. & hoc casu frater emens prædium tenetur illud,& lucra cõmunicare cum fratribus: & ita venit intelligẽda doctrina Ias.& eorũ quos refert in d.l.1.C.de furtis n.10. Et quando aliquis hæres recipit aliquã rem respectu hæreditatis,& bonorum quę in illa cõprehenduntur,debet eã cum alijs hære-
475 dibus cõmunicare.† l. Mæuius iuncta glos.1. ff. famil. ercisc. & in hoc casu loquitur tex.in d. §.quatuor in l.fin.ff.de leg.2. secundũ vnam lecturam,& melius,quod in d.tex.præsumitur magis pignoris,& debiti luitio ex vi conuentionis,quã emptio nomine proprio à fratre facta: ita Paul. in d.§.quatuor n.1.& sic in casu prædicti.§.quatuor si frater emeret prędiũ à primo creditore,nõ possent alij fratres suas elicere partes ab emptore,secundum Paul.ibidem n.1. & 2.

Cap.11. Quæst.95. QVID autẽ erit in prædio realengo,vt ita loquar,quod pater possidebat sine titulo Regali, & post eius mortem regio nomine fuit vni ex eius filijs venditũ,vtrum teneatur talis filius cõmunicare cum alijs fratri-
476 bus? † Et videbatur quòd communicare tenebatur,per tex.in d. §. quatuor,& per d.l.Mæuius. ff.famil. erciscund.&facit,quod quando aliqua res locatur, vel in emphyteusim cõceditur,&cõductor,vel emphyteuta eam coluit,melior ẽq; reddidit, finita locatione, vel emphyteusi præferuntur filij alijs extraneis, † tex. in l. 477
congruit. C. de locatione prædiorũ fiscalium lib.11.l.1.§.permittitur.ff. de aqua quotidiana, & æstiua, vbi Bart.& in l.quicumque. C.de omni agro desert.lib.11.latè Ripa in l.1.ff. de priuilegijs creditorum. Sed veritas est in contrariũ, & sic quod prædictus filius, qui prædiũ à Rege emerit,non tenetur alijs fratribus cõmunicare,† per ea, quæ suprà retulimus, 478
quæ optimè ad hanc quæstionem adaptãtur.Nec oberit tex.in d.§.quatuor,cui satis in superioribus responsum est,nec d.l.Mæuius,quia ibi intelligitur, quando res vendita erat communis, & fuit testatoris, ibi: *Propter hæreditatem ad nos peruenit*, quæ fuit causa finalis, & impulsiua acquisitionis,&hæc est vis illius dictionis,*Propter*, † per tex. in l. si propter. ff. rer. 479
amot. & in l. additio. ff. de acquirend. hæredit. Sed quando in venditione nulla fit mẽtio hæreditatis, sed fit simpliciter tanquam particularis, 480
non habetur pro hæreditaria, † per tex.in l.cum aliquis. C. de iure deliber.vbi Bart. Alexand.& Ias. & tex. in l.fin.C.de vsufruct. vbi glos. fin. & DD. ex quorum opinione concluditur,quòd licèt venditio prædij fieret alicui fratri, tanquam filio, & hęredi testatoris,dicitur hoc fieri demonstrationis causa, & non hæreditatis contemplatione: quia non præsumitur

481 sumitur persona extrinsecus, † vt in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus. ff. de verbor. oblig. Sed tantū ea, quæ in contractu continetur. Nec oberit d. l. congruit. C. de locatione prędiorū fiscalium lib. 11. quia intelligitur de æquitate, quando emphyteusis est hę reditaria, vel pater habuit aliquod dominium: ita in d. l. 1. ff. de priuilegijs creditorum. nu. 8. de qua lege vide Franciscum de Aretio in l. si mihi, & Titio. ff. de verbor. oblig. nu. 3. cum seqq. Sed in prędicta quæstione prædium venditum nunquā fuit testatoris, nec hæreditarium, nec testator habuit in eo dominium.

Quæst. 96. ET inter priuilegia reipublicæ illud reperitur, quòd licèt regulariter lex pœnalis, & odiosa debeat restringi, per c. odia de reg. iur. lib. 6. l. quēadmodum. C. de agricolis, & cēsitis 482 lib. 11. † fallit fauore reipublicæ, & extenditur in eius fauorem vltra suū proprium significatū, tāquam si esset lex fauorabilis, tenet Bart. in d. l. quēadmodum n. 4. Bald. in l. qua actione. §. in colluctatione. ff. ad legē Aqui. versic. quæro dicit statutū. l. hoc modo. ff. de condit. & demonstr. & etiam fit extensio in pœnalibus, & odiosis, quādo tractatur de fauore a-483 nimæ: † ita Ioā. Andr. Abb. & DD. in c. ex tenore qui filij sint legitimi, referetplures DD. Alex. in addition. ad Bart. in d. l. quemadmodum n. 4. & de priuilegijs causæ pię vide Mascard. de probat. vol. 3. conclu. 1171. cū 484 seq. † Et si aliquis fuerit priuilegiatus taliter, quòd cōueniatur solū modo corā certo iudice, intelligitur quoad 485 personales actiones: † ita Ioā. de Platea in l. fi. in princ. C. de Palatinis lib. 12. Si tamē aliquis habeat priuilegiū eximens eū à iurisdictione sui iudicis ordinarij, non valet nisi assignet aliū iudicē, sub quo ille exemptus possit cōuenire, † secundū Ioan. de Platea in l. 486 2. C. de decanis lib. 12. quē etiam vide in l. fin. ad fin. C. de castrēs. lib. 12.

ET quia multoties rescriptum Quæst. 97. Principis conceditur in fauorem alicuius ad aliquod regiū & publicum officium consequendum, cū tamen qualitate adiecta, vt renunciet tale officium, & viginti dies vixerit post factā renuntiationem: & magna sit inter DD. tam antiquos, quàm moder nos controuersia, quando incipiunt currere dicti viginti dies, & quādo finiantur, & vtrū annumeretur dies de momēto ad momētū, vel prima dies excludatur, & vltima dies debeat impleri, vel sufficiat primā & vltimam diē attigisse illū, qui renuntiauit. Ad eius interpretationē prēmitto, quòd renuntiationes de iure cōmuni indistinctè valebant absq; tēporis assignatione, vel limitatione, † l. Senatus. 487 ff. de cōtrah. empt. l. nō dubiū. C. de legibus, vbi Bald. Fulg. Ias. n. 7. Abb. in c. cognoscentes n. 5. de constitut. vbi. Deci. n. 5. in fi. vbi dicit, *Ex quo tollitur, quod de iure communi competebat, satis dicitur pœna*: & cū l. 4. tit. 4. lib. 7. Recop tēpus renuntiationis limitauerit, dicitur pœnalis, & odiosa, & venit restringenda, † in obscuris, 488 l. in pœnalibus. ff. de reg. iur. ita Decius in d. c. cognoscentes de constit. nu. 6. Et etiam prēmitto, quod dies quinq; modis annumeratur, † vt latè 489 per Cassan. in cōsuetudinibus Bur

gundiæ rub. 1. §. 8. vers. & Iour. fol. 82. qui plures refert, & de his diebus legales tantum considerantur in nostro casu. Item pręmitto, quòd tempus, quatenus est quātitas continua, quæ diuiditur in partes, vt sunt secula, anni, menses, dies, horæ, & minuta, est mensura, quæ duobus modis reperitur, hoc est, mēsura mensurās, & mensura mensurata: & ita annum per menses metimur, & mēsem per dies, & diem per horas, & horas per
490 minuta. † Ita Aristoteles in prædicamento de quantitate, & physicorum c. 2. lib. 6. & de generatione lib. 1. c. 10. & cū his mobilibus, & metis vitam hominis metimur, ita Aristoteles vbi supra, & physicorum lib. 4. c. 11. & 12. Restat nunc examinare, vtrum prima dies renuntiationis annumeretur tota, vel excludatur, vel de momento ad momentū annume-
491 retur. † Et reiectis argumentationibus, quod ex varijs Doctorum sentētijs deducitur, pro cōmuni est, quod terminus annumeretur de momento ad momentū, & quòd dies prima viginti dierū annumeretur, & cōprehendatur in termino: & si constiterit de hora renuntiationis, incipiat ter-
492 minus ab illa hora annumerari. † Refert plures Doctores Gratian. in reg. 133. tradit Anton. Gom. in l. 70. Tauri nu. 25. Ioan. Gutier. in pract. quæstion. lib. 2. q. 154. Palac. Rub. in d. l. 70. Tauri n. 34. Azeued. in l. 3. tit. 21. & in l. 2. tit. 4. lib. 4. Recopil. num. 34. & in l. 7. tit. 11. lib. 5. & in l. 4. tit. 4. lib. 7. & in l. 31. tit. 19. lib. 9. Recopil. nu. 14 Cassan. in consuetudinibus Burgund. rubr. 1. §. 8. versic. & Iour. à num. 1. fol. 81. cum seqq. & traditur in tom. 1. communium opinionum pag. 187. col. 2. cum seqq. & in tom. 2. lib. 18. pag. 365. col. 1. cum seqq. vi de Larā de anniuersarijs lib. 1. c. 9. à nu. 18. cum seqq. qui omnes Doctores moderni sequuntur opinionem Gomezij in reg. cancellariæ de infirmis resignantibus. q. 37. qui vt ipsi affirmant, & verum est, loquitur in diuerso casu à dicta lege Regia, vbi non habetur illa dictio a, vel ab, exclusiua: & ideo pro veriori opinione in nostro casu tenendum est, quod tota prima dies renuntiationis annu meratur in fauorem renūtiantis: † 493
ita glos. verbo in decem mensibus, in l. Gallus. ff. de liber. & posthum. vbi Bart. n. 11. Bald. q. 7. Conanus in fine, Alex. num. 12. nisi adiecta esset nota separationis, *à die*, vel *ex die*, vt in opinione Gomezij: ita Ioan. Andre. in c. super eo 2. de appellat. in fine, Aretinus qui eum sequitur in d. l. Gallus nu. 4. per tex in c. pia de exception. lib. 6. & c. frequens de restitutione spoliat. dicit communē Aretinus dicto nu. 4. Alexan. d. n. 12. & est glos. verbo decem dierum in c. anteriorum 2. q. 6. dicit communem Deci. in dicto c. super eo nu. 17. Corneus consil. 176. nu. 4. lib. 4. qui alios plures allegat, dicit communem Ias. in l. 1. ff. si quis cautio. nu. 20. Alex. n. 15. Tiraquel. de retract. lignagier, §. 1. glos. 11. num. 23. referens Guid. Pap. & quam plures DD. & Francis. Conan. lib. 3. c. 12. col. 4. in princip. quia prima dies nunquam excluditur, vbi ab ipso actu renuntiationis statuitur dilatio, vt in nostro casu,

cap.

cap. ex parte de sponsalibus, vbi Cardinal. & quos citat Tiraquel. vbi supra num. 24. & vbi in prima die inspicitur, quod magis conuenit illi, in cuius fauorem disposita est dilatio, aut annumeratur, vel excluditur prima dies, & in eius fauorem fit inter-

Cap. 11.

494 pretatio: † ita Bald. in l. à Caligato. C. de nuptijs, & plures quos refert Tiraquel. vbi supra num. 31. & 45. Corne. consil. 279. lib. 4. Et quando Princeps, vel fiscus ob causam pœnalem aliquod prætendunt interesse, vel ius, nullum habent priuilegium, sed potius in dubio fit interpretatio in fauorem tertij contra fiscum, vel

495 Principem. † Et sic in nostro casu debet fieri interpretatio in fauorem renuntiantis, & tota dies debet annumerari, l. non puto. ff. de iure fisci, vbi Bart. & Cuman. in l. 1. ff. solut. matrim. Ias. in l. de die in princip. ff. qui satisdare cogantur, Ripa in d. l. 1. ff. solut matrim. nu. 4. ad fin. Paul. in l. 1. ff. si quis cautio. col. 2. qui ait, *Et nota bonam regulam, quòd semper in dubijs eligere debemus illam partem, per quam vtrique parti con-*

496 *sulatur, & quæ minus est onerosa*, † l. ex his. ff. quę in fraudem creditorũ, ita Alexand. in d. l. 1. nu. 2. cum seqq. Ias. n. 17. qui alios citant.

Quæst. 98. Et cùm hæc de prima die renuntiationis dixerimus, operępretium erit examinare, quid erit dispositum de vltima die: vtrum debeat esse perfecta, & impleta, an sufficiat aliquã

497 illius partem attigisse. † In qua quæstione Cassan. in consuetud. Burgũd. rubr. 1. §. 8. tit. des justices, versic. Iour n. 11. adfert plus quam 30. tex. probantes, quòd dicta vltima dies renuntiationis debeat esse perfecta, & completa tam in anno, quàm in mense, & in die: ita tenet Gomez de Leon in centuria cap. 21. nu. 5. Azeued. in Curiam Pisanam lib. 4. c. 2. à principio vsq; ad n. 6. & in d. l. 4. tit. 4. lib. 7. Recopil. Sed mirandũ est, huiusmodi Doctores non considerasse tanta, & tam expressa iura, & doctissimorum virorum opiniones, quæ sunt in contrarium, & sic quod in dicta renuntiatione sufficiat, quòd renuntians vltimum diem tetigerit, licèt totum non exegerit. † Quod pro- 498 batur, quia in hoc termino legali. 20. dierũ inspicitur, si renũtians intra eos incęperit, & finé imposuerit, quia minor meta, quã ponit lex in hoc legali termino, est vnius diei, nec metitur horis, nec minutis, nec de huiusmodi minutijs mentionem facit: & quantũ ad vltimũ diem, qui posterior extremus est huius mensurę, non requiritur totum annumerari tanquam diẽ naturalem 24. horarum; sed tanquã diem legalem, qui dicitur perfectus, vt pro die annumeretur; & numerus 20. dierum est perfectus, & impletus, etiamsi aliquæ de vltimo die desint horæ: hoc tenet subtilis Aretinus in l. si cui. ff. de legat. 1. cuius verba hæc: *Secundum articulum dic breuiter, quòd vltima dies anni computatur, licèt non sit perfecta in casu legis nostræ, vt quis possit consequi legatum: ita tenent hi moderni reprehendendo dictum Angeli, qui tenet oppositum, per text. in §. hoc autem, ibi: Annus sit completus. Sed ille text. non obstat, quia licèt vltima dies anni non sit com-*

*pleta, nec perfecta, annus tamen dicitur perfectus, vt in l. anniculus, & ibi per gloss. & est bonus tex. quem adducit Paul. in l. si singulos, ff. de condit. & demonstrat. facit optime tex in l. si vsucapionibus in principio, ff. de diuersis, & temporalibus præscriptio.* Hæc ait dictus Aretin. quod etiã tenet Paul. in l. more Romanorũ, ff. de ferijs in fine: & idem est, quando extremum vel pars mẽsuræ fuisset minor, quàm diei: ita Angel. in d. l. 1. ff. si quis cautio, & dicetur dies perfectus, & impletus vltimã horam attingens, etiãsi
499 tota exacta nõ fuisset. † In omni enim spatio à lege statuto vltimi die initiũ instar putatur esse totius, & vltimi
500 diei, † secundum Conanũ dicto lib. 3. cap. 12. col. 4. ad quod est expressus tex. in l. in vsucapionibus, ff. de vsucapion. cuius verba: *In vsucapionibus, inquit Vlpianus, non à momento ad momentum, sed totum postremum diem computari, ideoq; qui hora sexta diei chalendarum Ianuariarum possidere cœperit, hora sexta noctis pridie chalendarum Ianuariarũ implet vsucapionem. Ecce text. ad literã, & expressum probantem, quod qui attigit diem vigesimum, in quo viuere tenebatur, impleuit terminum* 20. *dierũ, quos victurus erat. Et illud legis verbum (sed totum postremum diem computari) non significat totum diem exactũ, quia diceret, totum diem exigi, vel præteriri: & dicere totum computari, idem est, quod Hispanè dicere, Que todo se reciba en cuenta.* Ita interpretatur Conanus vbi supra, ibi: *Id est totum postremum diem computari, non à momento ad momentum, sed totum, & solidum, & vniuersum annumerari, vt qui partem eius vel minimam tetigerit, totum tetigisse, & impleuisse existimetur, quia nõ diuidatur per minuta, sed totus & integer consideratur, ad hoc vt perfecta censeatur vsucapio, non enim dicitur, totum postremũ diem exigi, sed totum computari.* Hæc ille Conanus vbi supra, quod etiam probatur in l. vsucapione, ff. de diuers. & temporalibus præscription. l. qua ætate, ff. de testament. vbi glos. plura iura refert, text. in l. anniculus la 2. ff. de verborum significat. quia annum non ad momentum temporum inquit, sed ad dies numeramus, sic in l. nostra ad dies fit mentio, non ad horas, vel momenta temporum, facit l. 1. ff. de manumissio. vbi qui naturaliter minor est 20. annorum, quia non habet eos completos, ciuiliter dicitur habere viginti annos completos. † Et ita in 501
nostro casu quamuis naturaliter nõ viuat 20. dies completos, vixit 20. dies ciuiliter completos. Hæc enim ciuilis interpretatio semper adhibenda est omnibus legibus, & constitutionibus, & edictis, nisi nominatim aliud caueatur: † ita ipse Conan. vbi 502
supra, & est tex. expressus in l. si cui, ff. de legat. 1. cuius verba: *Si cui legatur cum quatuordecim annorum erit, certo iure vtimur, vt tunc sit quatuordecim annorum, cum eos impleuerit: implebit autem legis interpretatione, & communi vsu loquendi, qui decimiquarti diem supremum attigit, etiamsi non ad vltimum vsque momentum exegerit.* Quæ iura & doctrinæ nullam admittunt responsionem.

nem. Et dolendum est à nostris au-
thoribus (contrariam opinionem te-
nentibus) ponderatã non fuisse.
Et hac mea vltima opinione re-
tenta, restat responsum ad illa plus
quam 30. iura, quæ parum ingenio-
se recenset Cassan. in consuetudin.
Burgund. rubr. 1. §. 8. versic. Iour. fol.
82. & ad l. 3. §. minorem, ff. de mino-
ribus, & ad l. in omnibus, ff. de diuer-
sis, & temporalibus præscription. l.
non putabam, ff. de cōdition. & de-
503 monstration. † Quibus responde-
tur, quòd quando ius agit de annis,
non sufficit postremum illorum in-
ceptum fuisse, ad hoc vt iuridicæ di-
spositioni satisfiat, quia est mensura
mensurata per menses, & dies, & de-
bet esse perfecta, & non perficitur
exactè, nec naturaliter vsquequo po-
stremo die viuatur: quæ est minor
mensura, qua metitur, nec minus
anno naturali satisfacimus, qui in
rebus facti, vt in casu dicti §. mino-
rem, & aliorum iurium naturam
considerantium exactum requirit
implementum, iuxta communem
philosophorum, vt doctissime mo-
re suo differit Franciscus Conanus
verus nostris temporibus iuriscon-
sultus vbi supra, quem magna cum
ratione per excellentiam aduoca-
ti ingeniosi, Hispanè loquendo,
*Granos de oro* appellant. Et cum
hac vera interpretatione expedita
remanet illa Doctorum confusio, in
l. si cui, ff. de legat. 1. & in alijs lo-
cis hallucinantium super vero intel-
lectu dictorum iurium, qui inui-
cem se contrariantur differentes, v-
trum anni vel dies sint in ablatiuo,
vel in accusatiuo, vel adsit verbum
rem perfectam significans.
ET nota, quòd medio tempo- *Quæst.* 99
re, quo aliquis est remotus à prima *Cap.* 12.
dignitate, vt transferatur ad maiorē,
retinet priuilegium primæ digni-
tatis, † glossa verbo vtilitatis in l. con- 504
tra publicam, C. de re militari lib.
11. l. 1. in fine, ff. de bonorum pos-
sess. exte. mi. & prohibitus admi-
nistrare aliquod officium, non po-
test colore quæsito sub alio nomi-
ne simulato ad illud admitti, † gloss. 505
verbo valeat vsurpare in l. 1. C. de
priuileg. scholarium lib. 12. & cir-
ca concilium ciuitatis est aduerten-
dum, quòd non potest immunita- *Quæst.* 100.
tem aliquam concedere alicui, † l. 506
1. C. de decretis decurionum lib.
10. dicit communem, & veram cō-
clusionem Octauianus in decisione
Pedemontana 39. numer. 15. notat
Rolandus consilio 5. num. 4. volum.
1. qui in num. 8. cum sequentibus,
hoc limitat, nisi causa remuneratio-
nis id concedatur. † Nam tūc id op- 507
time fieri potest à concilio ciuitatis,
sicut facere potest donationem re-
muneratoriã, † vt per Tiraquel. in l. 508
si vnquam, C. de reuocand. dona-
tion. in verbo donatione largitus nu-
mer. 33. Alexand. consilio 43. num.
10. volumine 4. optime Ferdinan-
dus de Loazes in allegatione de Mu-
la pro Marchione de los Velez in 3.
fundamento pro ipso Marchione 2.
part. num. 10. cum sequentibus, ma-
ximè num. 9. pagina 112. tradit A-
zeued. ad Curiam Pisanam lib. 2. c.
20. nu 11. & limita vt habetur supra
nu. 87. qui Azeued. in lib. 2. c. 2. vbi

supra, tenet quòd consuetudo, quæ tollit priuilegia dignitatis, non valet,
509 † per Plateã in l. omnes. C. de Decurion. lib. 10. tradit ipse Azeued. in l. 3. cap. 3. vbi supra.

Quæst. 101 SED in dubium vertitur, vtrum causa cõmissa à cõcilio ciuitatis, vel à Principe ratione rescripti, vel priuilegij alicui ex decurionibus, possit ab eo prosequi, si causa nondum finita
510 ta desinit esse decurio. † In qua quęstione resoluit optime Azeued. ad Curiam Pisanam lib. 4. c. 6. num. 66. quòd defecta illa decurionatus qualitate deficit iurisdictio, & non poterit de illa causa cognoscere, nec illi finem imponere. Contrarium tamẽ erit in canonico, cui per sedem Apostolicam causa committitur, si post rescriptum, vel literarum receptionem desinat esse canonicus, quia illam causam potest prosequi, & in
511 ea iudex esse, † glos. in verbo canonicis, in cap. statutum de rescriptis lib. 6. cum qua transeunt ibidem Doctores, & Abb. consil. 93. volum. 2. Paul. de Castro consil. 288 num. 3. volum. 2. dicit communem Decius in cap. quoniam Abbas nu. 6. de officio delegat. Tiraquel. in tract. de cessante causa 1. p. limitatione 4. nu. 4. Et est ratio, quia in dicto canonico licèt defecerit qualitas canonicatus, non deficit peritia, & sufficiẽtia, quę fuit causa finalis: ita Imola Clementina 4 principalis de rescriptis n. 14. Dec. in d. c. quoniam Abbas num. 6.

Quæst. 102 ET habes notare, quòd si originarius vnius loci alibi vxorẽ ducat, & aliquando in loco sui originis, vẽdat, vel contrahat potiri debet priuilegio, & exemptione illius loci sui originis, si aliquod circa solutionem gabellæ, vel aliorum iurium, vel tributorum habet, & habetur pro originario, & non pro forensi: † ita Bald. 512
in l. 1. §. quod autem, ff. de tutor. & curator. datis ab his, Gregor. Lop. in l. 32. titul. 2. part. 3. in verbo, *natural*, Tiber. Decian. in respon. 71. num. 1. Azeuedo in l. 1. tit. 9. lib. 7. Recopil. num. 5. idem extendens in muliere originaria alibi nubente.

SI quis deinde recuperet per priuilegium, & gratiam Principis officium, vel dignitatem, à qua fuerat anteà expulsus, non recuperat vocẽ, nec locum: ita Menoch. de recuperanda possess. remedio 10. num. 105. Petrus Pechius in cap. qui prior de reg. iur. num. 12. & Guid. Pap. consil. 18. num. 9. versic. quia, Auiles in cc. prætorum, cap. 44. glos. 1. nu. 3. Brixensis in suis quæstionibus. q. 54. Azeuedo ad Curiam Pisanam lib. 2. c. 2. qui Auiles, & Menoch. limitant, & extendunt pluribus modis, quos vide. † Et vtrum restitutus per Principem recuperet bona confiscata, & quando, vide Anton. Gom. in 3. tomo delictorum cap. 13. nu. 39. cum seqq. & Boer. decis. 65. Auiles vbi supra d. c. 44. verbo *platicar*, fr. Manuel Rodrig. in summa c. 32. n. 4. & Iuliũ Clarum lib. 5. receptarum sententiarum in practica criminali. §. fin. q. 59. à num. 6. cum seqq. † 514

Quæst. 103 (right margin: Quæst. 103)

ET quòd priuilegia derogantia quibuscunque personis, non derogant collegio, tenet Cassanæus in consilio 1. dubio 5. & Iacob. de Sancto Georgio in l. collegium, C. de hæredibus

hæredibus instit. Bald. in rubr. C. ad
Trebellian. & in authent. item qui-
515 cunq;. C. de Episcop. & cleric. † vbi
Paul. & Roman. in l. si quis mihi bo-
na. §. seruus, ff. de acquirend. hæred.
tradit Azeuedo in l. 22. tit. 7. lib. 7. Re
copilat.
Quæst.105. SED cùm mater habeat priuile-
gium, quod possit filios mentecap-
tos exẽplariter substituere, per l. hu-
manitatis, vbi glos. 1. communiter re-
cepta. C. de impuber. & alijs, l. 11. tit.
5. partita. 6. Est nimium controuersa
quæstio, vtrum hoc perdat priuile-
gium per transitum ad secundas nu-
516 ptias. † In qua quæstione, vt veritas
funditus elucescat, diuersas Doctorũ
opiniones, & eorum fundamenta
atq; rationes recensere libuit, & non
valere huiusmodi substitutionem fa-
ctam à matre, quę ad secundas con-
uolauit nuptias, Bart. opinio suade-
re videtur, qui in l. ex facto. ff. de vul
gari numer. 12. ait, matrem quæ se-
cundò nupsit, à iure substituen-
di propter suspicionem excludi, si-
cut & à tutela, & alendi apud se fa-
cultate arcetur: atque ita limitare vi-
detur dictam legem humanitatis, cu
ius opinionem nuncupatim sequi-
tur Angelus Perusinus ibidem, ver-
sicul. quarto quod pater, & Aretinus
ibidem num. 13. & 14. communem
esse dicens, atque idem bis commu-
nem esse asserit in dicta l. humanitis,
eandem sequitur opinionem Ioan.
Petrus à Ferrara in forma libelli pro
substitutione. §. exẽplaris, columna
3. & Bartol. à Hucio in tract. de sub-
stitutione cap. 3. de exemplari num.
7. Ias. in addition. ad Christopho-
rum Porti. §. qua ratione de pupilla-
ri substitutione col. 3. versic. ex quo
resultat, & Lancellot. Polit. de substi
tution. c. de substitutione exemplari
col. 3. & obiter Montanus in d. §. qua
ratione, vers. exemplaris substitutio.
& Ioan. à Garronibus in rubr. de se-
cund. nupt. 1. p. nu. 47. communem
dicit ex Aretio Zasius quoq; in tra-
ctat. de substitut. cap. 3. de substitu-
tione exẽplari nu. 2. Hanc opinionẽ
veram esse dicit, quidquid alij dixe-
rint Palac. Rub. in repet. rubricæ de
donat. inter virum & vxorem. §. 67.
nu. 14. Et quod subiungit, dũ dicit,
Cogita ad hanc quęstionem de qua
agit, videtur referendum, & cũ hac
opinione trãsire videtur Bald. in tra-
ctat. de substitutionibus c. de exem-
plari substitutione nu. 7. Alex. in l. ex
facto, ff. de vulgari num. 32. qui licèt
dubitet, ait tandem hanc substineri
posse. Ias. autem ibi nihil asserit, licèt
disputet, & aliorum rationes impug
net num. 26. Ripa quoque ibi num.
65. Bartoli opinionem communem
esse fatetur. Paul. autem, & Cuman.
nec alius eorum, quos viderim, Barto
lum non sequuntur, nam Paul. nec
verbum quidem de hoc ait, Cuma-
nus vero, Dubito ait, atq; ideo à Poli
to, & Palac. Rub. & Ioan. de Garron.
& Nicol. Boer. decisione 188. co-
lumn. 2. cauendum est, qui hos Bar-
toli opinionem sequi falso referunt,
opinio hæc Bartoli vltra eius ratio-
nes, quas subtilius perpendit Are-
tius, iuuatur, quoniam ius hoc sub-
stituendi, quod matri indulgetur,
speciali iure indultum est, ac pro-
inde facilius ammittitur, † argumẽto 517
legis

legis eius militis. §.militia missus. ff. de testament.milit. Speciali autem iure indultum, lex ipsa humanitatis ostendit, dum ait, *Humanitas intuitu indulgemus*, ait quoq; Aretius, [Est igitur suspicio circa electionem substituti in matre, quæ transiuit ad secũda vota, ne fortè eligat vitricum in substitutum, qui præsumitur insidiari vitæ filij, vel aliam personam ex per-
518 suasione vitrici, † quasi mulier insidietur vitæ mentecapti, & ineat occultam societatem hæreditatis cum vitrico.] hæc Aretius. Hanc rationẽ satis vrgentem ait Politus, atque hac motus sequi Bartolum alludit, & illud quod Bart. ait, in l. si quis sub conditione num. 15. ff. de testamentar. tutela. quia lex præsumit, quod excoriaret filium propter secundum
519 filium: † quod & decisio Neapolitana Matthæi de Afflictis 357. & Besian. in consuetud. Alberniæ pagina mihi 44. col. 4. latius tradunt. Secundò fulcitur Bartoli opinio, eo quod in muliere nota in continentię
520 grauior censeatur, quàm in viro, † gloss. in l. palam. ff. de ritu nuptiarũ, tradit Decius in l. fœminę num. 63. ff. de regulis iuris, gloss. in cap. debitum de bigamis, Hippolyt. singul. 658. Tiraquellus ad leges connubiales lege 1. num. 45. ideoque turpius hominum iudicio æstimatur, si fœmina secundo nubat, quàm si vir
521 secundam ducit vxorem. † Ita Bald. & Socin. in l. hæc conditio, ff. de condition. & demõstration. quamobrem filij grauiori afficiuntur iniu-
522 ria matre secundò nubente, † notat Bald. consil. 964. colum. 1. volum. 4. Aimon Crauet. consilio 18. num. 1. & Petr. Paul. Paris. consilio 29. num. 88. volum. 3. quòd differte admodum notat Arias Pinel. in l. 4. C. de bonis matern. num. 15. & 16. Tertiò, quia ratio, qua matri tutela, & filiorum administratio aufertur, expressim iure statuta est in l. 4. tit. 16. part. 6. ergo etiam in pœnalibus, & correctorijs ex ea fit extensio, vel li-
mitatio. † Cinus in l. præses prouin- 523
ciæ, C. quę sit longa consuetudo, Doctores in l. si vero. §. de viro, ff. solut. matrim. Socin. consil. 28. nu. 25. vol. 4. Bald. in l. maximum vitium, C. de liber. prę terit. idem Socin. consil. 70. vol. 4. n. 2. Alex. per tex. ibi in l. cum mulier, ff. solut. matrim. Dominicus in c. si ciuitas. §. 1. de sent. excõmun. lib. 6. Decius in l. factum, §. in pœnalibus. no. 18 ff de reg. iur. & quia dictio taxatiua, etiam in materia non lata, non excludit casus habentes eã-
dem rationem, † gloss. ordinaria, vbi 524
Doctores maximè Francisc. de Ripa in l. his solis, C. de reuocand. donation. & in l. fin. C. eodẽ tit. n. 139. & Otalora de nobilitate 4. p. principali c. 5. n. 14. Gomez Arias in l. 64. Tauri nu. 133. & similes casus nõ excluduntur in iure etiam per verba ta-
xatiua, † latè Bobadilla in sua politica 525
tom. 1. lib. 2. c. 14. n. 18. Quartò, quia ratio pręcipue attẽditur, vt Bart. ait in l. contra legem, ff. de legib. Ias. in l. de quibus eodẽ tit. ideoq; ex ratione restrictio fit legis generaliter loquẽtis,
† l. cum pater. §. dulcissimis, ff. de le- 526
gat. 2. vbi Bart. & Doctores, Salicet. quoq; in l. 2. C. de noxalib. Anchar. consil. 254. Fulgos. consil. 99. & 186 &

complures, quos congerit Tiraquel. de cessante causa 1.part.num.139.cũ sequentibus, vbi in quacumque materia id procedere concludit, ex ratione scilicet legem ampliari, seu limitari. Quinto ex huiusmodi limitatione reducitur res ad iuris cõmunis dispositionem, vt hæredes intestato filio successuri succedant: ergo dispositum in tutela ad substitutionem huiusmodi porrigitur, argumento glossæ in cap. statutum, verbo commemorandum de præbend. lib.6.tex.in cap.1.iuncto cap.fin. de pactis lib.6.tenet Federic.consil.89. Socin.consil.150.nu.36.vol.1.Sexto licet prædicta ratio non sit expressa in l. humanitatis, eã tamen coniectura ducitur, ergo ab ea argumentum sumere licet extensiuè, vel limitatio-
517 nis gratia. † Ita glos.& Bald.in l.quæuis.C.de fideicommis.& in l.omnes populi. ff. de iustitia & iure, Socin. consil.115.num.11.volum.4. Septimo, vbi Principis priuilegiũ, vel indultum iniustum esse cœperit, vel in tertij præiudicium, aut abrogandum
518 est, aut saltim limitandum, † cap. suggestum de decimis, l. ex facto, ff. de vulgar. vbi Paul.nu.5.id enim ex mẽte concedentis conijcimus eum voluisse. Sic igitur in l. humanitatis intelligendum est, secundum rationẽ ex Bart.atq; aliorum opinione, vt humana matris affectione cessante, & sinistra suspicione exorta substitutio nõ sit permissa. Octauo, licet tutorẽ filio petierit, atq; eã ob causam (quoniam scilicet diligens fuerit in hoc) successionem non dimiserit, non tamen si nunc valet administrare post nuptias, est admittẽda, quia suspecta est, & mutata conditio personæ, ait Aretin.in d.l.humanitatis nu.5. Nonò, quia licet ratione impotentiæ, & inhabilitatis actus nõ resoluatur, qui semel perfectus est, cessante tamen præsumptione voluntatis eius, qui
actũ fecit, fiet vtiq; resolutio actus, † 529
l.tale pactum, §.fin.ff.de pact. Aret. in d.l.humanitatis col.2.ad fin. Bart. in l.si pluribus. §. & si placeat, ff. de verbor. oblig. regula facti legitime de regul. iur. cessante ergo legis præsumptione, quæ humanitatis causa concessit priuilegium, vel indultum filio substituendi, fiet eiusdem concessionis resolutio. Decimo, substitu
tio est administrationis species. † 530
Quod ergo in administratione matri cõcessum est, eadem ratione procedente, non extensio propriè dicetur, si ad speciem substitutionis producatur, quin potius declaratio dicẽda videtur, ex his quæ habet Tiraq. de cessante causa 1.p.nu.137. Ineptũ est igitur regulam non fallere, si equi
tas videatur: † ait glos.in authent. vt 531
sine prohibit. matris in princip. Ias. in §. in venditione legis à Diuo Pio, ff. de re iudic. num. 10. Contra autem valere, scilicet matris secundo nubentis substitutionem filio mentecapto factam expresim, Bald. asserit in dicta l. humanitatis numer. 35. Idem tenet Imola in l. ex facto, ff. de vulgar. n.19. & latius idẽ disputãs ait in c. Rainuntius de testamen. nu.137. & Ripa in d. l. ex facto nu. 67. & 68. Idẽ tenet Greg. Lop. in l.11. ti.5. par.6. in glos. verbo, *Las madres*, cũ hac quoq; Bald. opinione transit Salicet.

Salicet. num.15.& Corne. nu.12.& 13. in dicta l. humanitatis. Rationes quibus Bal. hoc suadere nititur (quia ingeniose) hæc sunt. Prima, quia nul la lege statutum est, vt secundo nubens mater ius substituendi amittat, ad hoc text. in authentico de non eligend. secund. nubent. §. sin autem dum ait, *Nec libet, est lex tale dicens*, quem in hoc laudat Bald. ipse in authentica ex testamento col. 2. C. de secund. nupt. Decius consil. 581. nu mer. 10. volum. 4. Marian. Socin. Iunior consil. 16. volum. 2. num. 31. Ias. in l. quod te mihi. ff. si cert. petatur num. 30. cum sequentibus, & in l. illam. C. de collatio. Doctores in cap. fin. de iure patronat. Aretin. in cap. tam literis de testibus. Secunda Baldi ratio, quia pœnæ secundo nubentium tam viri, quàm mulie-
532 ris communes sunt, † text. pro hoc in authentico de nō eligend. secund. nubent. §. hoc autem ibi, *Quia verò contra binubos pœnæ communes & viri sunt, & mulieris*, & l. 15. Tauri, tex. in authentico de nupt. §. si vero expectat, ibi, *Et hæc communis, & viri & mulieris est*, dixitque communem opinionem Ripa in l. 1. C. de secund. nupt. nu. 1. Sed in viro nō est hæc pœna, ergo nec in muliere. Tertia ratio Baldi, quia cum vnicus est filius, non est locus pœnæ secūdo
533 nubentis, † quæ communior est opinio per ea, quę tradit Boer. decis. 185. n. 17. vt supra dictum est, quasi dicat Bald. ex suspicione secundarum nuptiarum, cū vnicus est filius, pœna matri nō irrogatur: quia aliorum nō interest, & sic libere succedit: ergo & in substitutionis iure idem dicendum, cum solius filij fauore sit permissa. Fulcitur quoque Baldi opinio, quoniam in iure substituēdi exēplariter alia ratio est, quam in tutela: quamobrem Bartoli argumentum nō procedit, nec eius præcipuum fundamē tum, quod euidenter ostendemus, si quædam præuię inspectionis gratia veluti fundamenta præmiserimus. Sunt enim fœminæ sua natura debiliores, frigidioresq;, & sexum fœmineum quasi læsionem naturalem, & detrimentum esse putādum est, † ait 534
Aristoteles de generatione animaliū lib. 4. c. 6. Hinc fit, vt mulieres domesticis tantum rebus presint, atq; à publicis negotijs abstineant, † vt Aristo 535
teles ipse Oeconomicorū lib. 2. c. 1. præcipit: [Se ipsam igitur, inquit, inanimat in his virtutibus mulier, pergatq; laudabiliter rebus pręesse: nam viro quid dicens videtur ea scire, quæ intra ædes sunt. In cæteris vero parere viro mulier contendat, nec audiens, quicquam de republica, &c.] His igitur, alijsque rationibus moti iuris ciuilis culmen Papinianus in l. iure nostro. ff. de testamenta. tutel. atque Imperator in l. 1. C. quando mulier officio tutel. fung. possess. tutelæ munus mulieribus interdixere: *Tutelam*, inquiunt, *administrare, virile munus est, & vltra sexum fœminæ infirmitatis.* † 536
Rursum cùm mater vidua existens filio non mediocri prosequatur amore, & maritali iugo soluta filiorum rebus gerendis vacare posit, piè cautum est, vt eorum tutelam subire permittatur,

atque

atq; hoc modo iuris ciuilis regula li-
537 mitetur,† teste Cassan. in consuetud. Burgund. rubr. 6. §. 6. nu. 1. fol. 120. col. 3. Hoc autem non tantũ filiorum fauore indultum, quorum maximè interest rectè eos, bonaq; eorum administrari, verum & matris, cui virile munus gerere permittitur, vt animaduertit Marianus Socin. Iunior consil. 16. vol. 2. nu. 22. Sed hoc quidem nõ temerè licebit, quinimo forma à lege ipsa requisita, & necessaria conditio seruanda est, vt idonea atque habilis reddatur huic tutelæ, si alijs scilicet nuptijs renuntiauerit: vn de tex. in authen. matri, & auiæ. C. quãdo mulier officio tutel. fung. pos. *Permittimus*, inquit, *si renuntiauerit*, &c. Et idem in corpore vnde sumitur. Hinc fit, vt iterũ nubens, forma scilicet deficiẽte, inhabilis statim maneat, atq; incapax tutelæ gerendę, vt solebat iure cõmuni, ac potius ad ius illud dicemus non admitti, quasi desit forma, & qualitas requisita, quàm pęnali constitutione puniri. Differũt enim hæc, vt aliud est perdere, aliud non acquirere, quod vel ex eo verum esse constat, quod pœnis omnibus sublatis, quæ secundò nubentibus imponebantur, vt ex glos. in cap. fin. 2. quæst. 3. & Bart. in l. 1. C. de secund. nupt. Couarruu. in 4. decretal. 2. par. cap. 3. num. 4. cum sequẽtibus, & Paul. Paris. consil. 29. vol. 3. num. 88. Hoc tamen inconcussum maneat, vt mater ad alias nuptias transiens ad filij tutelam non admittatur. Atque iterum hoc nõ leui fundamento probatur: adeò enim pro forma requiritur viduam esse matrem, vt capax fiat tutelæ, vt nec patre quidem volente aliud permittatur, repugnat quippe, & iuris dispositio non patitur, nuptam tutricem esse. ideoque ex Carolo Ruin. consil. 87. vol. 5. & Hieroym. Grat. resp. 83. nu. 13. qui Crotum ad idem refert, si paterno testamento mater tutrix filio data sit, etiã eo casu quoad secundas nuptias peruenerit, seruandum id nõ esset: quasi iure repugnãs sit, atq; impossibile. Eadem quoq; ratione dicendum est, ni fallor, etiã filio cõsentiente, atque matris nuptias approbante, tutelã ei cõmitti nõ posse, quæ iterũ nupsit, quoniã iure nulla nupta ad tutelã admittitur, & nisi forma illa seruata capax non fiat tutelæ mulier; cũ alioqui successionem filij non amittat, quæ tutore non petito, filio volente, nupserit, nempe, quia pœna ob dolũ sit inducta: pręsumitur enim filij bona occultare voluisse, ac damnum data opera dedisse, & legis præcepta transgressã esse, quæ sic tutorem petere contempsit, quod multo aliter in facultate substitutendi exemplariter euenire cõstat. Licèt enim iure singulari humanitatis intuitu indulgeat lex, vt mater, atque alij parentes filio dementi substituant, non in ea conditione, seu forma conceditur, scilicet si secundis renuntiauerit nuptijs, sed id tantũ pro forma requiritur, vt parẽtes sint, & filius in furore manẽs, & in lege illa numerati hæredes scribantur, filiusq; hæres instituatur, aut nepos: igitur à tutela ad substitutionem non fiet extensio.† nam vt ha- 538
betur in l. 1. & 2. ff. de iudic. & per Socin.

Socin.in l.1.ff.de vulgar.in additione lecturæ, nu. 6. natura extensionis est, vt casus, ad quem fit extensio, sit eiusdem qualitatis, quod quidem hic non esse permanifestum est, ex his quæ præmisimus. Itē in pœnalibus, vt fiat extensio, oportet esse in om-
539 nibus æquiparationem, † glossa verbo sane, in cap.1. de voto lib.6. glos. verbo prorogamus in cap. constitutus de regularibus. Imo vero in pœnis, quæ iure ipso inferuntur, non fit
540 extensio ex similitudine rationis, † Ioan. Andr. in c. odia de regul. iur. lib.6. Bald. in l. de quibus. ff. de legit. col.6. latè Imola de hoc, in l. si vero, §. de viro, col 8. ff. solut. matrim. Angel. in §. ius de regul. iur. non ergo fiet ex amisione tutelæ (si eam pœnam esse dixeris) ad amisionem iuris substituendi extensio. Item etiam in materia fauorabili extensio non fiet ab eo, in quo maior ratio vrget,
541 ad id, in quo minor militat ratio, † per tex. in l. cum pacto. ff. de seruis exportand. Socin. consil. 9. volum. 3. numer. 15. ergo à tutelæ remotione, vbi maior adest ratio, vt dictum est, ad remotionem huius iuris non fiet. Maior autem ratio militat, vt mulier ad tutelam non admittatur, nisi secundis nuptijs renuntiauerit, quàm vt excludatur à iure substituēdi filiū furiosum, vt latè probauimus. Quòd si obijciat quis, eadem est vtrobique suspicio de matre secundo nubente respondeo, eādem quidem, sed non tanti eam reputauit, vt ius nostrū ad ius substitutionis impediendū, quanti ad tutelæ munus non obeundum: vnde in tutela suspicio hæc efficit, vt iuris communis dispositio maneat, ne mulier officio tutelæ fungatur, quæ conditionem, & formam requisitam implere noluit: in substitutione verò cum non tanti momēti suspicio illa æstimetur, nec vt forma, vel conditio est apposita, nec propter eam ius illud à lege indultum amittitur, est enim pœna iuris huius iam radicati in matre amisio, argumento glossæ, & DD. in l.2. ff. de in ius vocand. & eorum quæ latè tradit Ioan. Arelatanus in l. generaliter. C. de secund. nupt. nu.23. Pœna enim non irrogatur, nisi expresim iure caueatur, † vt supra dictum est per au- 542
thē. de nō eligēd. secund. nubent. §. sin autem, & quæ notantur in. C. cū quidam. ff. de liber. & posthum. per tex. ibi cum similibus. Est & aliorū opinio tertia, qua Bartol. à Bald. cōponere nituntur. Angel. enim Aret. in §. qua ratione de pupillari substit. col.3. in fin. dispiciēdam esse ait huiusmodi substitutionem qualis sit, si enim rectè facta sit, & verisimile sit, si filium sanæ mentis esset, eam facturum institutionem, & boni patris familias arbitrio probaretur, seruanda erit & iam à matre facta, quæ secundo nupsit, cum hæc nullum præseferat suspicionis effectum, atq; hoc modo Baldi opinio procedat. Sin autem vel vitrico substituto, vel alio qui filio infestus erat, vel non rectè dispositum sit, vt coniectura sit, filium, vel bonum patrem familias id non facturum esse, quoniam hæc suspicionem veram fuisse ostendunt, non erit seruanda. Hoc idē asseuerat Angel. de Gambelionibus in tract.

de

de testamentis. §. & sexto filio mentecapto nu. 3. idem Guillhelm. Benedict. in cap. Rainůtius de testament. 2. p. verbo si absq; liberis. 2. n. 16. qui intellectum suum hoc impleuisse ait, & sic iudicaturum. Cum hac opinio ne videtur manere Nicol. Boer. decis. 188. n. 3. ad mediũ, & Ioan. à Garronibus in rubr. C. de secund. nupt. 1. p. n. 47. idem probat, & sine dubio procedere ait Greg. Lop. in l. 11. tit. 5. part. 6. glos. verbo *Las madres*, & Anton. Gom. lib. 1. variarum c. 8. n. 9. Azeued. l. 1. tit. 1. lib. 5. Recop. nu. 20. Potest autem vtriq; membra huius conclusionis ratio reddi, vt vera videatur: cum enim tutelæ actus successiuus sit, vt cõstat ex his, quæ subtiliter notat Bald. in l. generaliter. C. de Episcop. & cler. n. 6. & 7. & Hieronym. Gratus resp. 83. n. 13. & eodẽ modo suspicio illa, quæ ex secundis nuptijs matris sumitur, cuius eam à tutela remouetur, & propter eandẽ suspicionẽ mater à iure substituendi remoueatur, qui substitutionis actus deambulatorius est, & tractum successiuum habet, vt alia, quæ à volũtate pendet, argum. l. si quis stipulatus sit stichum. ff. de verb. oblig. & in his quę tempore variantur, singula tẽpo
543 ris momenta inspicienda sint. † vt in l. cum in annos. ff. quãdo dies legat. ced. & re ipsa compertũ sit, suspicionem illam cessare, veritas vincet opinionem, argum. l. cũ quidam. §. 2. & l. hæres institutus, & l. quod si dubitet, & l. sed etsi de sua. §. 1. ff. de acquir. hæred. ergo cũ compertum habeamus, causam suspicionis cessare, cessabit & eius effectus, hoc est impedimentũ iuris substituendi exẽplariter, & sic prior pars vera erit, adde Paul. in l. ex facto. ff. de vulg. n. 4. Ripa n. 68. Itẽ & secũda, eaq; posterior distinctionis illius pars corroborari potest argumento l. si filius hæres. ff. de lib. & posthum. quoniã eo tempore quo is moriatur, certũ esse incipit suspicionẽ iustam fuisse, cũ male de filij rebus disponere voluerit, & eodem tempore cœpit nullius momenti esse: idem probatur argum. tex. in l. apud Iulianum. ff. de hæredibus instituẽd. Adde quòd hoc casu cõcurrunt veritas & opinio, argum. l. cum quidã. 5. quod dicitur, 2. ff. de acquir. hæredit. Certè si nostrũ est, inter hos tantas componere lites, & nostram quoq; sententiã in mediũ proferre fas est, verior mihi visa est Baldi opinio, atq; eam quidem non eius rationibus motus, sed alijs, quas pro eius opinione supra adduximus, tenere, firmiora enim sunt fundamẽta illius.

SED ex rationibus, quas pro Baldi opinione adduximus, deducitur enucleatio veritatis illius quæstionis arduæ; vtrum priuilegiũ concessum religionem ingresis, vt ne de bonis suis disponere valeant nisi ante duos mẽses proximos professioni, & quòd aliàs donatio, vel alienatio sit irrita, & ipso iure nulla, vt habetur in cap. 16. sessione 25. de reformatione in Concilio Triden. extẽdatur ad donationẽ, vel renuntiationem factã ante ingresũ religionis. † In qua quęstione Ioan. Gutier. in c. quamuis pactũ de pactis lib. 6. in verbo dum nuptui traderetur nu. 4. tenet, quòd nouitius ante ingresũ religionis nec potest Quęs. 106 544

renun-

renuntiare bona, nec donare, nec testari: quem in quantũ attinet ad donationem, sequitur Humada in scholijs ad Greg. Lop. in l.7.tit.7. part.1. glos.3.nu.3.cum seqq.licèt reprobet in quantum attinet ad testamenti factionem, in quo omnes concludunt fieri posse testamentum ante ingres-
545 sum religionis, † Iul. Clar. lib. 3. receptarum sententiarum. §.testamentum, q.28.à nu.2.& quòd non valeat dicta donatio, nec renuntiatio, tenet Spino de testamentis glos.1.1.nu.50. idem videtur tenere Nauarro. 3.p. cõsiliorum cons.81. & 82. quem sequitur frater Manuel Rodriguez Lusitanus in sua summa. 1.p.cap.90. de donatione, & in 2.p.cap.7.num.7.& Molina tract.2.de iustitia disputatione 139. Sed ratione, in qua prædicti Doctores fundāt suam opinionem, rectè perpensa, contrarium verum, & iuridicũ mihi videtur, & sic quòd donatio contractus, vel renuntiatio facta à laico ante ingressum religionis valeat, & teneat, & quòd ad hoc non extendatur dictũ cap. 16. dispositio. Quod sic probatur, quia de iure communi dispositum est, quòd volens ad religionem transitum facere potest de bonis suis facere donatio-
546 nem, † tex. in authen. de monachis, §.illud 2.cui conuenit l.7. tit.7.part. 1.ibi: *O fizo mandas*: & quòd dictus tex. loquatur in donatione est cõmunis opinio, teste Decio in c. in præ-
Quæst.31. sentia de probation, n.61.& latè Angulo de meliorationibus l.1. §.3.nu. 18.& 20. Et quod posśit facere donationem, & maioratum ante religionis ingresśũ, tenet Iul. Clar. lib.3. receptarum sententia. §. testamentum. q.28.& Molina lib.2.de Hispan.primogen.c.9.n.39. qui in num. 53. ex authoritate plurimorum Doctorum resoluit, quòd nouitius intra annum probationis, & ante factã profesśionem dicitur laicus, & pro laico reputatur: & in abstracto reputatur, tanquam si nunquam in monasterium ingressum fecisset: † ita Menoch. de 547
arbitrarijs centur.5.casu 436.num.4. ideoq; dictũ c. 16. debet ad ius commune reduci, nec contra eũ potest, nec debet interpretatio fieri, c. cum dilectus de consuetudine vbi glos. verbo iuri cõmuni, l. 2. C. de noxalibus, glos. verbo confundatur in fine in l.fin.§.in computatione. C.de iure deliber. quæ est communiter approbata secundum Ias. ibidem nu. 8. Decius cõsil.710.7. Item, quia dictũ c.16. debet intelligi de iã in religionẽ ingresśis ratione tituli de regularibus, sub quo comprehenditur, † per 548
l.Imperator. ff. de in diem adiectio. & ratione eius summarij, in quo summatur, non valere renuntiationem ante profesśionem, & per illa verba, ibi: *Illius tẽporis, quo in probatione est.* Et ibi: *Ac non aliàs intelligatur effectũ suum sortiri, nisi secuta profesśione.* Et ibi: *Et vt abeuntibus ante profesśionẽ omnia restituantur, quæ sua erant.* Et quia dictũ cap. 16. noluit innouare circa religiosos nominis Iesu, & ideo ad laicos nõ est extendẽda eius dispositio. Nec credendum est, quòd tollere voluisset laicorum libertatẽ ad renuntiandum per donationem bona opera recepta, ad quæ omni iure diuino, & humano, vt naturali ratione tenentur,

tenentur, Iul. Clar. lib. 4. receptarum sentent. §. donatio. quæst. 3. & rectè ponderato cap. 15. præcedenti manifeste colligitur disponere, quòd nullus profiteatur ante decimum sextũ annum impletum, & ante annum in
549 religione completum, † maximè quia dictum cap. 16. disponit, quòd renũtiatio ante hanc ætatem, & ante annum nouitiatus impletum nõ valeat nisi de licẽtia Episcopi intra duos menses proximos professioni: qui tex. in laico loqui non potest, cui à iure cõmuni testari, & donare ante ingressum religionis conceditur, & sine Episcopi licentia, quæ tantũ religiosos comprehendere potest. Et hoc apertè ostenditur, quia si dictũ c. 16. contractum & obligationem prohiberet, vt de se patet, si ad ante religionis ingressum extenderetur, daretur absurdum correctionis totius iuris ciuilis & Regij, quo disponitur, quemlibet contrahere posse, & obligatum remanere, si eius obligatio habeat solennitatem à iure requisitam. Nec credendum est, dictum Concilium Tridentinum, tacite & vnico verbo tollere voluisse cõmercium, & contractationem illorum, qui ad id habiles reperiuntur, l. si quãdo in prin. C. de inoffi. testa. ibi: *Nec credendum est Romanũ Principem, qui iura tuetur, huiusmodi verbo totam obseruationem testamentorũ multis vigilijs excogitatam atq; inuẽtam, velle euerti*, l. 5. tit. 1. p. 6. vbi glo. verbo, *En la manera*, Principis enim rescriptũ, quantũ possibile est, debet
550 ad ius cõmune reduci, † cap. causam quæ de rescipitis, vbi DD. & Alex. cons. 33. vers. Tertiò probatur vol. 1. 1. Qua nostra opinione retenta respõde Doctoribus contrarium volẽtibus, quòd Ioã. Gut. in eo quod agit de testamenti prohibitione, reprobatur, & in cæteris reprobari debet,
† quia offendẽs in vno factus est om 551 niũ reus, iuxta regulam iuris, & quod Spino loquitur in donatione omniũ bonorũ, quę à iure ante ingressum professionis prohibetur, per l. 69. Taur. l. 8. tit. 10. lib. 5. Recop. vbi Azeued. & Matienç. latè, † & Nauar. 552 in d. 3. p. cons. 81. & 82. & frater Mãnuel Rodr. eum sequẽtibus fundãtur in simili ratione, sine qua dispositio frustraretur. Quibus respondetur, † 553 quòd id non bene probatur in text. ab eis ad hoc relato, & quòd argumẽtũ à simili non valet, quãdo sequitur iuriũ correctio, † Bal. cõs. 166. vol. 1. 554 Boer. cons. 34. n. 9. Cassan. in cõsuet. Burgũd. tit. de success. §. 12. fo. 179. Burg. de Paz in l. 1. Taur. n. 37. & argumentũ à simili nõ tollit clarã iuris dispositionẽ, † iuxta doctrinam Lici 555 rier de primogenitura, quæst. 4. tertij libri nu. 16. nec valet data aliqua dissimilitudine, Matth. de Afflict. decis. 350. num. 11. quia verisimile dicitur, quod iuri cõmuni non contradicit, & ei cõuenit † Menoch. de arbitrar. 556 lib. 2. centur. 1. casu 85. nu. 5. Carol. Ruin. cons. 12. n. 3. lib. 5. casus namq; omissus à noua dispositione intelligitur secundum ius antiquum, † l. 557 si vero, §. de viro, ff. soluto matrimonio, l. commodissime, ff. delib. & posthum. fallaxque est argumentum à simili, vel eadem ratione, † l. 558 seruo inuito in prin. ff. ad Trebellia.

L nam

nam quando Pontifex facit dispositionem correctoriam, licèt ratio in ea expressa dederit extensioni locũ, si alia ratio legis scriptæ contradicit, non poterit seruari, quando expressè eius dispositioni non derogatur,
599 † cap. constitutio in fine de electione lib. 6. ibi: *Anteriora iura, cum per constitutionem immutata non fuerunt, obseruari oportet*, tradit plurima Burg. de Paz in dicta l. 1. Tauri à numer. 67. cum tribus sequentibus. Nam vt habetur in l. 1. & 2. ff. de iudic. & per Socin. in l. 1. ff. de vulgari in additione lecturæ num. 6. natura extensionis est, vt casus, ad quem fit
560 extensio, sit eiusdẽ qualitatis, † quod quidem hic non esse, permanifestum est, ex his quæ præmisimus. Item in pœnalibus, vt fiat extensio, oportet esse in omnibus equipara-
561 tionem, † glos. verbo, sanè in cap. 1. de voto lib. 6. glos. verbo, prorogamus in cap. constitutus de regularibus: imo vero in pœnis quæ iure ipso inferuntur, non fit extensio ex
652 similitudine rationis, † Ioan. Andr. in cap. odia de regulis iuris, libr. 6. Bald. in l. de quibus, ff. de legibus, col. 6. latè Imol. de hoc in l. si vero, §. de viro, ff. solut. matrimon. colu. 1. Angel. in §. ius autem ciuile insti. de iustit. & iure, Dec. in l. factum, §. in pœnalibus, ff. de regul. iur. item etiam in materia fauorabili extensio non fit ab eo, in quo maior ratio vrget ad id, in quo minor mi-
563 litat ratio, † per l. cui pactò, ff. de seruis exportand. Socin. consil. 9. numer. 15. volum. 3. pœna enim non irrogatur, nisi expressim iure caueatur, † authen. de non eligend. 564 secundo nubent. §. si autem, & quæ notantur in l. cum quidam, ff. de liber. & posth. per text. ibi cum similibus, & ideò Nauarr. in dicto cons. 81. & 82. asserit, dictum cap. 16. dictæ sess. 25. Concilij Tridentini per dominos Cardinales reformationis interpretatum eo modo esse, vt non corrigat donationes, nec contractus, vel renuntiationes factas à laico ante ingressum religionis, & hodie habentur indecisionibus Prosperi Farinacij & Cardinalium, in decis. 92. & 211. & 227. qui fortassis his meis fundamentis ad id moti fuere, † quod idem affirmat 565 Gaspar Paraselo in compendio priuilegiorum sui ordinis, quem refert frater Manuel Rodriguez vbi supra: & dictum cap. 16. continuari præcepens circa ætatem 16. annorum, & annum continuum nouitiatus, † tenet Menoch. libr. 2. de 566 arbitrar. centuria 5. casu 436. nume. 7. & 8. quem vide, quia magna est eius authoritas; licèt frater Manuel Rodriguez eum reprobauerit. Et quod dictum cap. 16. continuetur ad præcedens; probat illa dictio, *Anteà*, quæ dictioni *Antè* correspondet, & dictioni *Anteà* prædicti cap. 15. præcedentis: & quia dictio, *Quoque*, dicti cap. 16. est repetitiua similis qualitatis, † vt latè re- 657 soluit Gomezius in §. item Seruiana, institut. de actio. de quo cap. 16. latè agit Gutierrez in quæstionibus Canonicis 2. part. cap. 1. Castillo de vsufructu cap. 65. libro primo.

ET

Quęst.107. Cap.13. ET est notandū, quòd si aliquod priuilegium est concessum habitantibus in aliquo loco, censetur concessum dicto loco, & non in eo ha-
568 bitantibus, † text. in l. ciuibus, ff. de rebus dubijs, vbi legatum ciuibus ciuitatis relictum videtur datum &
569 relictum ciuitati, † sicuti relictum Sacerdoti videtur Ecclesię relictum, per l. annua, §. 1. ff. annuis legat. & de habitantibus in loco est text. in l. 1. ff. de censibus, tenet Bologninus in tractatu de indulgentijs num. 15. & optime distinguit Petr. Antibol. in tractatu de muneribus 3. par. principali num. 44. Et quod priuilegium restitutionis cōcessum Ecclesijs per cap. 1. de in integrum resti. extenda-
570 tur ad hospitalia, † tradit Ioan. Andre. in c. 2. de restit. in integrum lib. 6. nam Ecclesiæ nomine includitur
571 omnis pius locus. † c. requisisti de testamentis, ita Lapus de Castellion in tract. de hospitalitate nu. 13. Deinde si Rex concedat ciuitatem cum terminis & aquis, tale priuilegiū restringitur ad solam iurisdictionem, & nō extenditur ad concessionem termi-
572 norum ipsius ciuitatis, † secundum Mexiam ad legem Toleti. 9. fundamento 2. partis num. 77. & Azeued. qui eum refert in l. 13. tit. 7. lib. 7. Recop. num. 2. & ideò per concessionem territorij alicui facta non venit illud, quod antea erat concessum vi
573 ciuis, † vt tenet ipse Azeuedo vbi supra numer. 1. per tex. in cap. 1. de capit. qui ciuita. vend. vbi Bald. in vsibus feudorum, l. si domus, §. fin. ff. de legat. 1. l. vxor patrui, C. de legatis, tenet Aretinus cons. 15. vol. 3. ex aliorū Doctorū opinione. Et priuilegium portagij à Principe concessum extenditur tantum in terris cōcedentis, † vt tradit ipse Azeued. in l. 474
1. tit. 1. lib. 6. nu. 29. qui in l. 22. & 23. tit. 14. n. 4. lib. 6. tradit, vtrum priuilegijs ordinum gaudeant, & fruantur hospitantes eos. † Et priuilegia 575
concessa contra ius naturale non valere, nec tenere, † probat l. 31. tit. 18. 576
p. 3. vbi late tenet Greg. Lop. ideoq; minus valent, & tenent priuilegia contra iura Regia, vel contra fidem concessa, † per tex. in l. 29. tit. 18. p. 3. 577
vbi latè notat, & tenet dictus Greg. Lopez.

ET supra dictis adde, quòd in de- Quęst.108.
claratione priuilegiorum facienda à Principe non est necessaria citatio partis, † ita resoluit Angel. in l. si quis 578
intentione ambigua, ff. de iudic. nu. fin. quem sequitur Dec. in c. cum venissent de iudic. & in c. pastoralis, §. verū de appellatio. n. 2. Roman. cōs. 481. col. 2. & hæc est verior opinio secundū Burg. de Paz in proœmio legum Tauri numer. 359. cum sequentibus, & pro hac sententia est tex. quem allegat Romanus ad hoc in cap. reprehensibilis in princip. de appellation. pro qua opinione facit regula, quòd ille qui declarat, nil facit de nouo, † l. hæredes palam, 579
§. si quid post, ff. de testament & in Clementina exiuit de paradiso, §. harum declarationum de verborum significatione. & est bonus text. in l. adeò, §. videtur, ff. de acquirend. rerum dominio. Contrariam autem sententiam, quòd sit necessaria partis citatio † etiā in de- 580

claratione,† tenet Alex.cōſ.11. vol. 7. & Dec. conſil.416.nu. fin. & Fel. in cap. cum olim de re iudic. n. 12. & Gomezius in regula de non tollendo iure queſito queſt.13.pro qua opinione facit regula generalis,quòd in vnoquoq; negotio vbi vertitur ali
581 cuius præiudicium,citandus eſt,† l. de vnoquoq;,ff. de re iudic.Clemen. paſtoralis eodem tit. & videtur tex. expreſſus in l. vltima, C. de legibus, ibi: *Partibus quominus constitutis*, quam legem ad hoc notat Bald. ibidem. Sed pro dictarum opinionum cōcordia diſtingue hoc modo,quòd ſi declaratio priuilegij fit extra iudicium,tunc procedit prima opinio, per tex.in c.olim de verbor. ſignific. ſin autem fiat in iudicio talis declaratio,vel reuocatio,tunc procedit ſe-
582 cunda opinio,† tex in cap. in his de verbor. ſignificat. in fine, quæ duo iura ſic intellegit Innocen.in d.cap. olim, & ibi eum ſequitur Anchar. & Abb. & Felin. in dicto cap. cum veniſſēt de iudic.in pri. Item prima opinio habet locū, quando ſolūmodo declarātur verba dubia, quia tūc cū nihil fiat de nouo,nulla eſt neceſſaria citatio. Secunda opinio procedit,quando priuilegio aliquid additur,vel detrahitur,quia tūc cum cenſeatur actus nouus per dictā l.hæredes palam, §. 1. eſt neceſſaria noua ſolemnitas: & ſic requiritur citatio, ita notat Innoc.in c.ex parte el 1. de verborum ſignificat. quem ſequitur Felin. in dict. cap. cum veniſſent in prin.& alij Doctores,de quibus per Burg de Paz in procem. legū Tauri n.319.pro qua cōcordia inducit tex. in c.nuper de decimis in pri. Et omnia ſupra dicta intellige,& quòd eſſet neceſſaria citatio , quando eſſet priuilegium tale, quòd non poſſet Princeps reuocare ſine cauſa,vt in priuilegijs cōceſſis ex cauſa oneroſa , quę ſine cauſa nōn poſſunt reuocari,† vt 583 reſoluit Veroius in dicto c. cum veniſſent,de iudic.n.23.&hoc caſu erit neceſſaria citatio: ſin autem ſint alia priuilegia, quæ mera Principis volūtate tolli poſſunt, vt regulariter fit in priuilegijs gratioſis,† ſecundū gloſ- 584 ſam notabilem in c. decet de regul. iur.lib.6.quæ eſt gloſ.fin.communiter recepta ſecundum Couar. lib. 3. variarum reſolutio. c.6.nu.7.de qua gloſ. eſt vidēdus Molina de Hiſpan. primogen.lib.3.c.3.n.16.cum ſeqq. in hoc caſu nulla erit neceſſaria citatio.Ratio eſt,quia cum id dependet à mera voluntate, fruſtra exigeretur citatio,† argumento text.& quæ ibi 585 notantur in l. cum quidam, ff. de legat.2. Vnde ex ſupra dictis venit componenda controuerſia inter Sarmiento lib.1.ſelectarum interpretationum cap.8.nu.4. qui inquit,quòd in reuocatione priuilegiorum non eſt neceſſaria citatio, quia eſt iudicium gratiarum, vbi nulla exigitur citatio, vbi non tractantur lites, & inter Molinā, qui ex aduerſo lib. 3. Hiſpan. primogeni. cap. 3. numer. 16. inquit, neceſſariam eſſe citationem in priuilegiorum reuocatione. Sed vtique eorum repugnantiam componas, vt opinio, de qua per Sarmiento , procedat in priuilegijs gratioſis , quæ ad libitum poſſunt reuocari : opinio autem de

de qua per Molin. procedat in alijs priuilegijs, quæ sine iusta & rationa
186 bili causa reuocari non possunt. †

Quæst.109. Sed est quæstio bona, vtrum Princeps concedendo alicui aliquod prędium, vt ex eo habeat alimẽta ob aliquod seruitium, videatur proprietas concessa, & si relinquat alimenta, ex aliquo prædio sumenda, videatur tantum alimenta, & non proprietatẽ
187 prædij reliquisse? † Et in primo casu proprietatem relictam, in secũdo alimenta tantum, & nõ proprietatem, probatur ex text. in l. libertis, & in l. Lucius, ff. de alimentis & cibarijs legat. per quæ iura tenet Bart. in d. l. libertis num. 2. quòd relicto prædio alicui, vt inde habeat alimenta, proprietas relicta censetur: sin autem alimenta relinquantur ex prædijs, & pro alimentis prædia obligantur, alimenta tantum, & non proprietas, legata censeantur: qui Bart. in num. fin. ad cæteros contractus extendit, & in nu. 3. cum seqq. optimè distinguit. Vnde est, quòd relictũ quotannis ex certo prædio, vel censu, debebitur perpetuò, & ab hęredibus præstabitur, licèt prædium
188 & census pereant, & deffíciãt. † Ita Bart. in l. inter stipulãtem, §. sacram, num. 6. ff. de verbor. obligatio. vbi bona distinctio, Cin. in l. si quis argentum, C. de donatio. Alberic. Alex. & Ias. in d. §. sacram. Paul. in cõs. 338. lib. 1. nu. 3 tenet Hieron. Gigas de pensionibus, vers. 62. quæro, fol. mihi 211. Et quia de supradictis quæstionibus tot sunt variæ opiniones, distinctiones, atque declarationes inter Doctores, vt vnus integer tractatus ad earũ explicationem esset necessarius, cùm tot atque tanta iura adducant inquirentes, vtrùm in legatis & alimentis tantũ procedant, & vtrùm ad cęteros contractus extẽdantur prædictæ dispositiones, & vtrum in vna vel in pluribus orationibus sint conceptæ, vel an cõditio, vel executio, vel demonstratio, vel hypotheca, aut obligatio tantùm inducatur, vide late vltra prædictos Doctores, per Couar. in c. Raynuntius de testament. §. 10. Aluar. Velasc. in qq. iuris emphyt. quæst. 4. & eruditissimè ac copiosissimè per Ioan. Garc. Gallecum in tractatu de expensis & malioratio. cap. 4. num. 30. cum pluribus seqq. & Felician. de censibus lib. 2. c. 5. n. 7. qui innumeros referunt DD. & plurima iura ingeniosè interpretãtur, ad quos occurre, cũ casus obuenerit, ne eius dicta tã diffusa recensere videar, cùm sint extra nostram materiam.

LICET tamen regulariter non valeat confessio de recepto facta à procuratore, tutore, vel administratore, & debeat constare de vera numeratione, secundũ magis veram, receptam, & practicatã opinionem, † de qua per Roderi. Xuar. in l. post rem iudicat. 3. q. à n. 16. Vincenc. Caro. in c. cum quid de regul. iur. lib. 6. 1. par. ampliatione 6. n. 14. Hippol. singulari 265. Tiraquell. de retract. conuentional. § 4. glo 6. num. 12. Ioan. Gutier. de iurament. confirma. cap. 50. à num. 21. & in alleg. 1. à num. 29. cum seqq. Ignatio de Salzed. in additio. ad Bern. Diaz de Lugo in reg. 608. & Mascar. de probationibus 3. Quæst.100 189

parte conclus. 369. cum seqq. Grat. in regula 388. nu. 10 qui allegat Couar. lib. 1 variarum c 1. n. 8. & Mattienç. in dialogo relat. 3. p. c. 44. nu. 6. Menoch. cõs. 39. lib. 1. Ant. Nat. cõs. 546. lib. 3. Greg. Lop. in l. 61. tit. 18. p. 3. glos. 2. inuenitur circa hoc peculiare priuilegiũ in receptore, exactore, & susceptore regalium redditnũ, & debitorum fiscalium, in quibus etsi sint tanquam procuratores, sufficit confessio de recepto & apocha, licèt de vera numeratione non con-
590 stet, † tex. in l. 2. §. fin. C. de quadriẽnij præscriptio. per quem ita tenet Abb. cons. 41. lib. 1. n. 3. text. in l. fin. C. de apochis publicis lib. 10. & glo. ibi, vbi mandatur exceptio non numeratæ pecuniæ huiusmodi susceptoribus, & valet apochã confessionẽ continens pecuniæ receptæ, l. securitatis, C. de susceptoribus lib. 10. ita Bart. in l. si procurator, §. fin. ff. de iure fisci in fine, idem tenet glossa verbo fisci in fine, in l. 1. C. de vendendis rebus ciuitatis, & ibi Bar. tex. cum glos. in l. in contractibus, §. 1. versiculo, Ideoque, C. de non numerata pecunia, optimè Salice. ibi post Cin. in d. l. 2. C. de quadrennij præscripti. Menoch. in d. cons. 39. nu. 5. & 8. & 33 & 61. Ioan Plat. in d. l. 1. C. de vendendis rebus ciuit. Barbac. cons. 18. lib. 3 & Laudensis de fisco quæst. 26.

Attamen cum hoc sit peculiare priuilegium in literarum obligationibus, quòd si aliquis confiteatur schedula vel scriptura centũ debere, subintelligitur, & ideò reddere pro-
591 mitto, † glos. vnica & singularis verbo debere in principio inst. de literarũ obligatio. quia non potest deberi, nisi quod exigi potest, † per l. credi- 592
tor, ff. de verbor. oblig. dicit d. glossã vnicã, & singularẽ Bal. in c. si cautio de fideinstru. n. 7. & Ioan. Faber in d. priuileg. de literarũ obligatio. inst. n. 5. & ibi Ias. in additionibus ad Christophorũ Port. col 2. in fin. Salicet. in l. generaliter, c. de non numerata pecunia num. 10.

ERIT elegans quæstio, quid statuendũ sit, si aliquis procurator, vel Quæst. 111.
negotiator ad aliquod debitũ exigẽdũ constitutus corã iudice confiteatur magnã exigisse pecuniæ sumnã virtute mandati sibi concessi, & illã cõsumpsisse in salario sibi debito, & à mãdãte assignato, & in aduocatorũ, tabellionũq; & litiũ expensis, & nihil debere, paratũq; esse ad rationẽ reddẽdã dicãt. Vtrũ talis cõfessio paratã executionẽ habeat mandariq; executioni debeat. † In qua quęst. dicendũ 593
videtur, quod huiusmodi cõfessio executioni mãdari possit, per vulgares conclusiones, de quibus per Bar. Alberi. Bal. Cin. & omnes in l. vnica, C. de confessis, & in c. si cautio eodẽ tit. & per l. 5. tit. 21. lib. 4. Recop. vbi moderni, vbi habetur, quòd confessio habet executionem paratam, sicut senten- 594
tia, † l. post rem iudicatam, ff. de re iudicat. Quod corroboratur per ea, quæ communiter traduntur à Doctoribus in l. generaliter, C. de non numerata pecun. & in c. si cautio de fide instrument. præcipuè ab Anto. de Butrio, & Imola ibidem, qui omnes concludunt, quòd ex cõfessione facta in iudicio actio & obligatio

nas-

nascitur, etsi causæ non fiat declara-
195 tio. † Quæ est omnium scribentium resolutio, vt per Hippolyt. in rubric. de probatio. nu. 81. cum seqq. Deinde facit, quia videtur iuridicū, quòd dictus procurator, vel negotiator, teneatur soluere quantitatem in sua confessione contentam, & posteà per viam actionis, vel exceptionis exigere possit salarium & expensas à se factas. Conclusio est Bart. in l. si duo patroni, § si quis iurauerit num. 3. ff. de iure iurando, quæ fuit Speculat. 2. part. de executione sentent. §. postremo num. 8. cum qua transit Ioan. Andr. ibidem in additione litera E. & Bal. & Angel. in d. §. si quis iurauerit, & Benedictus de Barcis de libellis guarentigijs 3. p. q. 5. in fine.

Sed nihilominus in d. quæst. executio est deneganda, & probatio super salario debito & expensis in ex actione & negotiatione factis admittenda. Quæ opinio primò fulcitur, quia in prædicto casu competebat mandati actio nata ex primo cōtractu. l. licet, §. ea obligatio. pro quó executio dari non potest, etiamsi cōstaret de solutione ei facta à debitore per opocham de recepto: quia illud fuit ad liberandum debitorem, & nomine mandantis: ergo non ad se ipsum obligandum, l. non omnis, ff. si cert. pet. vbi Doctores. Nec minus debet executio dari per illam in iudicio factam confessionē, quando quidem debitum neget, & quantitatem receptā in negotiatione consumpsisse excipiat, ex doctrina Ant. de Butr. in d. c. si cautio de fide instrument. n. 11. ad finē, qui hanc cōfessionem considerat in finibus confessionis, vbi aliquis confitetur recepisse, & apocham de recepto dedisse: quia nihil aliud ex ea confessione probatur, quàm ex instrumēto ipso. Vnde ex confessione non fit fundamentū intentionis agentis, secundū Innocentium, quem ipse Antōn. de Butrio citat. Et ad hoc vt confessio in iudicio facta paratam habeat executionem, videbatur, oportere esse debitor, quod deberi dicat qui confitetur, & quòd ita intelligi debeant iura de hoc disponentia, & dicta l. 5. tit. 21. lib. 4. Recopilatio. cum ita loquantur & disponant leges, à quibus assumptum est fundamentum, per l. 2. tit. 13. par. 3. ibi: *A que le pregūtasse si le deuia alguna cosa, e marauedis, y el demandado respondiesse luego llanamēte, que ge la deuia*, sic l. debitoribus, ff. de re iudicat. ibi: *His qui fatebuntur, se debere*, & l. si debitori, ff. de iudic. ibi: *Si fateatur se debere, paratumque dicat soluere*, & in l. si reus paratus, ff. de procuratoribus, ibi: *Pecuniam soluere*, tenet Azo in summa, C. de confessis numer. 4. Speculat. de confessionibus, §. 1. nu. 2. ad fin. Et quòd multum necessarium sit in confessione illud verbū, *Debeo*, ad hoc vt executio locum habeat, & non sit idē recipi, vel exigi, † probatur per l. Titius, & l. quidā, ff. decōstituta pec. iūcta l. publica, §. fi. ff. depositi, quę cōclusio optime cō 196 firmatur per ea, quę tradit Bar. in l. 1. de etate, §. qui interrogatus, ff. de interrog. act. ibi: *Ratio apparet in promptu, quia licèt sit verum, tamē id de quo est confessus, nō sufficit ad condēnationem,*

& Raphael Fulgos. ibidem, *vltergo dicere*, inquit, *quod tenebitur quasi ex contractu, & non habetur adhuc pro condemnato, sed pro obligato, quia confessus est, se hæredem, non autem debere*: confessionē enim incidenter factam ad alium finem non ita præiudicare ait glossa solemnis, in c.
597 ex pœnitētibus 50. distinctione. † Et DD. in c. at si clerici de iud. Alciat. in l. 1. §. si quis ita in fine, ff. de verborum obligatio. maximè præcedente negatione debiti, vel protestatione, vt in nostro casu, argumen tex. in c. Lotharius 31. q. 1. glos. 1. in l. Iulian' vers. Vel dic. ff. de condict. indebiti. Bald. in c. cū in iure n. 4. de offic. de legat. Bald. item & Cin. in l. 2. C. de donat. ante nuptias, *Præmissa*, inquit Azo in summa, C. de confessis d. n. 4. *vera sunt, cum quis simpliciter cōfitetur, se debere, vel rem agentis fuisse. Si verò confiteatur debuisse, vel rē agentis fuiesse, opponit tamen præscriptionem, vel pactum, vel solutionē, non est statim condemnatio facienda, sed dabitur reo dilatio ad probandum*, l. siue, l. siquidem, C. de exceptio. idē Speculat. 3. p. tit. de confessis, Bald. in l. vni. C. de confes. nu. 5. Salicet. in l. generaliter, C. de nō numerata pecun. n. 10. vbi latè: sed de iure Regio per l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. confessio clara sine stipulatione, vel verbo, *Promitto*, vel, *Debeo*, executioni mā-
598 dabitur, † secundum Azeued. ibidē n. 54. quod anteà tenuit Ias. in §. fuerat de verbor. obligat. instit. nu. 18. & in l. si duo patroni, §. Marcell' ff. de iur. iuran. vbi DD. & in l. 1. ff. de his, quæ in testam. delentur, & Roderic. Xuar. qui plures allegat in l. post rē iudic. 2. extēsione, & Bal. Nouel. de dote, 6. p. priuilegio 1. quod antiquitus, & hodie stante d. l. 2. disponitur in instrumento dotali, quòd mādabitur executioni, si cōstet de dote recepta, licèt deficiat stipulatio, & reddēdi obligatio, † vt per Bal. Nouel. & 599
Roder. Xuar. vbi supra, & est text. expressus in l. 17. tit. 11. p. 4. & est cōmunis opinio teste Alex. in l. iuris gētiū, §. quod fere, ff. de pactis.

Ex quibus deducitur, quòd prædicta iudicialis cōfessio cū prædicta qualitate nō habet executionē paratam: & ideò ad primum & secundū fundamentum pro contraria parte adductū responsum habes, maximè quia ad exigendam pecuniam à procuratore prędicto receptam cōpetit parti mandāti actio mandati, & dicto procuratori vel negotiatori contraria actio mandati ad exigendas expensas à se factas in negotiatione, competitque ei retentio, text. expressus in l. idéque, §. idem Labeo, ff. mandati. *Et verum est reputationes quoq; hoc iudicium admittere*, ait dictus tex. *Et sicut fructus cogitur restituere is qui procurat, ita sumptum, quem in fructus percipiendos fecit, deducere eum oportet*, & in l. si verò nō remunerandi, §. si mihi mādaueris, ff. mandati, ibi: *Aliquid tamen impendero, erit contraria mandati actio*; & l. actoris, ff. de procurator. ibi: *Propter impensas, quas in lite fecit, potest desiderare, vt sibi ex iudicati actione satisfiat*. Et ad retentionē est tex. in l. quæ omnia, §. si de procur. ibi: *Itē si retētione aliqua procurator vti velit*,

non

*nō facile ab ea listransferenda erit*, vbi glossa, *Retētione*, ait, *impensarū in lite factarum, quia nō negatur receptio, sed competit retentio loco pignoris, & sic non proprie est, exceptionem opponere*, argumento l. quòd si nolit. §. idem Marcellus, ff. de ædelit. edict. & l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. ait Guidon de Sussa in tractatu de guarentigiato instrument. in princ. nu. 10. Et quòd talis procurator, vel negotiator teneatur tantum reddere rationem de recepto, de quo impēdia, & expensæ deduci debeant, probat l. qui proprio. §. procurator. ff. de procuratoribus, vbi habetur: *Procurator, vt in cæteris negotijs gerendis, ita & in litibus exercendis ex bona fide rationem reddere debet: itaq; quod ex lite consequutus erit, siue ex lite principaliter ipsius rei nomine, siue extrinsecus ob eam rem debet mandati iudicio restituere. Item contrà, quod ob rem iudicatam procurator soluit, contrario mandati iudicio recuperare debet: litis impēdia bona fide facta, vel ab actoris procuratore, vel rei, debere ei restitui, æquitas suadet: adeò vt de natura huiusmodi contractus sit, vt procurator, vel exactor restituat, quod virtute mādati exegit, rationemq; reddat, & quòd expēsæ, & salaria deducātur, vt notatur in l. sumptus. ff. de pactis. &c.*

Qua resolutione retēta restat nūc responsio ad doctrinam Bart. in d. l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. de iure iuran. & dicimus, quòd eius conclusio est falsa, & communiter reprobatur, secundum Salicet. ibidē in fine, Paul. de Castro, Fulgos. Anton. de Butr. Imol. Alexan. & Franciscum Curt. in additione ad eum in dicto §. si quis iurauerit, vbi Ias. & Decins consil. 19. col. 2. & cōsil. 421. qui omnes dicunt, hanc esse communem opinionem, & ab ea in iudicando, & consulendo non esse recedendum, & Anton. Canario de executione instrumentorum num. 59. cum sequentibus, *Aduerte clarius*, inquit, *quòd si emptor, & venditor non solum habent ius excipiendi, sed ius retinendi loco pignoris, vt in dicto §. offerri, de isto ergo iure non fuit in primo iudicio: & fortius cum instrumentum agitur, amplius hæc exceptio non cōcernit, nec eneruat vires instrumenti, & tacitè inest in obligatione in instrumento deducta, &c.* Et paulò inferius, *Sed inhæreas*, inquit, *illi rationi, quòd hæc exceptio inest, & instrumenti vires non impugnat.* Et ita ait Salicetus in d. §. si quis iurauerit, quòd prædictæ exceptiones, de quibus in hac quęstione, sunt executionis dilatorię, quem sequitur Alex. ibidem num. 3. Archidiac. in cap. si quis Episcoporum. 3. q. 6. & allegatur ad hoc elegans tex. in l. fundus, qui Lucij Titij, ff. de rescind. vendit. & in supradicta quæstione non potest acceptari cōfessio, & executioni mādari sine receptione exceptionis, & expensarū deductione, l. cum quæritur. ff. de administrat. tutor. notat Ioan. de Platea in l. 1. C. de apochis public. lib. 11. & Alexand. ad Bart. in l. si pupillus, ff. de admin. tut. Auend. de exequend. mandatis Regum. 2. p. cap. 10. num. 31. Sunt enim hæc connexa inuicem, vt separari non possint, nec debeant, in sequestris & deposi

tis

tis namq; authoritate iudicis factis, vbi habetur priuilegium summariæ cognitionis, & absque strepitu, & figura iudicij secundum Bald. in l. acceptam, C. de vsuris, & in l. si fide iussor. §. fin. ff. qui satisdare cogant. vbi Ias.) non potest sequester compelli ad reddendos omnes fructus, quos recepit, & quidquid exegerit, sed in primis citari debet ad rationes
600 reddẽdas, † vt rationibus redditis reliqua restituantur, & ita ait Rebuffus ad Regias constitutio. Gallicas, tit. de sequestris art. 7. glos. vnica n. 4. in 3. par. quòd si ante rationem redditã eidẽ sequestro præciperetur, vt omnes fruct' redderet, grauaretur: quia ab executione non est incipiendum, qui in nu. 5. ait: *Quia expensas potest*
601 *deducere*, † vt supra dictum est, per Clement. vnicam quam allegat, qui Rebuf. ibidem art. 3. glos. 2. idem disponit de salario procuratoris, vel
602 executoris. †

Nec dictis obstat illa ad modum controuersa quæstio, tot tantisque distinctionibus plena, quòd confessio cum qualitate, vel exceptione facta, posit pro parte acceptari, & pro
603 parte reprobari, † vt pluribus autoribus relatis tenet Azeued. in l. 2. tit. 7. lib. 4. Recopilat. num. 67. & Gratian. in regul. 85. numer. 1. & 2. nisi quando prædicta qualitas pro se habuerit aliquam iuris præsumptionem, per l. Aurelius, §. idem quæsijt, ff. de liberatione legata, vbi Bart. & Doctores, & Maranta de ordine cognitionum 6. par. capite de confessione numer. 27. fol. 447. Nam responde, quòd hodie iure Regio, & veritate attenta, confessio cum qualitate non potest pro parte acceptari, & pro parte repudiari, nec executioni mandari, & quòd hoc inter reorũ priuilegia annumeratur, quod reo sic confitenti debet terminus assignari ad suam probandam exceptionem, & qualitatem confessionis, & interea dum executio suspẽdatur, per text. hoc apartè disponentem in l. 8. tit. 3. par. 3. quod defendit, & verum dicit Parlador. de rebus quotidian. 2. lib. c. fin. primæ partis, §. 4. n. 11. pag. 128. quod ante eum tenuit Hugo de Celso in suo repertorio legũ Regni in verbo, *Confession*, versi. 12. quam opinionem semper tenui, & nunc teneo, & in forensibus magis receptam & practicatam vidi.

HIC Se offert illa questio etiam Cap. 14.
in forensibus valide versata, vtrum Quæst. 14.
potestas, hoc est, *Corregidor, o Alcalde mayor*, qui tempore syndicatus fideiussorem non inuenerit, posit in carcere detineri vsque quo fideiussorem idoneum adhibeat: vel iuratoriam cautionem præstare sufficiat pro iudicis priuilegio. † In qua quest. 604
Auiles in capit. prætorum, in c. 3. in dicum syndicatus nu. 21. post longã disputationem & opinionibus hinc inde relatis tenet, & resoluit pro cõmuni, quòd in prædicto casu præses nõ posit in carcere detineri, & satisfacit, præstandando iuratoriã cautione, quod tenet Azeued. in l. 23. tit. 7. lib. 3. Recopil. nu. 11. Contra quam cõmunem opinionem fortiter facit dispositio text. in l. 3. tit. 9. lib. 3. Recopil. ibi: *E despues que los juezes huuieren jurado, deuenles tomar fiadores*,

&

Et idem disponitur per titulum correctorum, in quo eadem dispositio, eademq; verba reperiuntur: & quòd iudex non teneatur in plus quàm facere potest, nec incarcerari, nec detineri possit pro debito, vel condena-
605 tione ciuili, † & quod in hoc priuilegiatus reperiatur, probat tex. in l. filius familias. §. iudex. ff de iudic. & tenet Paris de Puteo in tract. syndicatus in verbo culpa nu. 1. & in verbo nisi potestas nu. 19. & Azeuedo in d. l. 23. tit. 7. lib. 3. Recopil. nu. 11.

Quæst. 113 ET in dubium vertitur, si aliquis in criminali causa condemnatus fuerit in pœnam pecuniariam, qui in principali causa criminali fideiussorem dederit, & hic nobilis fuerit, vtrum pro
606 condenatione incarcerari possit? † Et videbatur incarcerádus, quia hoc debitum dicetur ex delicto descendere, licèt causa immediata sit illa promissio, & fideiussio, argumento l. 1. §. ex incendio. ff. de incendio, ruina, & naufrag. Et qui iudicialiter fideiubent, vt in nostro casu, eadem sententia & processu contra reum fulminato, absque nouo processu, & sententia, ad solutionem compelluntur, tex. glo. & Bart. nu. 2. in l. 1. ff. iudic. soluend. post Odofredum, cuius opinio communis est, vt per Roder. Xuarez in l. 2. tit. *de los emplaçamientos*, versic. sed pone quæstionem nu. 6. Hippolyt. de Marsil. in rubr. de fideiussoribus num. 366. & rationem reddit Collectaneus in c. 1. de iudicijs col. 2. & in cap. constitutus de fideiussor. Rebuffus ad Regias constitution. Gallicas tit. de literis obligatorijs art. 5. glos. 9. nu. 8. & in tit. de sententijs executorijs art. 1. glos. 16. nu. 26. vol. 1.

Sed contrarium puto verum, & sic quòd talis fideiussor nobilis incarcerari non possit pro dicta condemnatione pecuniaria: nam l. 6. tit. 2. lib. 6. Recop. in his verbis, *Por deuda que decienda de delito*, modo interpretentur Latino sermone, *Ex delicto*, vel *de delicto*, significant causam propinquam, eo modo, vt delictum sit causa propinqua, & nō fideiussionis verba, ita concludunt communiter Doctores per tex. in l. qui liberis. §. hæc verba ff. de vulgar. vbi Aretinus, & complures, quos more solito congerit Tiraquel. de cessante causa limitatione 10. nu. 26. & 30. & 31. tex. in l. actionum genera, versic. ex facto. ff. de action. & oblig. *Ex facto*, inquit, *actio est, quoties ex eo teneri quis incipit, quod ipse admisit, veluti si furtum, vel iniuriam commiserit, vel damnū dederit*. Hæc Vlpianus. Item Caius Iurisconsultus in l. ex maleficijs. ff. eodem tit. *Ex maleficijs, ait, nascuntur obligationes, veluti ex furto, ex iniuria*: quæ omnia vnius generis sunt: nam hæc tātum ex re consistūt, id est ex ipso maleficio. Et maxime pro hac parte facit illud, quod in superioribus resoluimus nu. 224. cum sequentibus, quòd nobilis non possit expressè priuilegium suæ nobilitatis renunciare, qui minus poterit tacitè, † cum nemo videatur tacite iuri 607
suo renuntiare. l. legitimam cū materia. ff. de petitione hæredit. nā priuilegium proueniens ex nobilitate naturali non perditur, † secundum 608
Azeu. in l. 1. tit. 1 lib. 6. Recop. n. 43. de

de qua quæstione latius infra num. 1413. cum sequentibus circa fideiussorem de saneamiento datum post condemnationem.

Quæst. 114 NEC me latet, quòd priuilegiũ concessum à Principe de extrahẽdis aquis intelligitur reseruata commoditate alterius habentis anterius pri-
609 uilegium aquã extrahendi: † ita Baldus in tit. de pace Cõstant. in verbo detrimentum in vsibus feudorũ, tex. in l. si quis diutinã. C. de aquæd. lib. 11. & meritò, quia priuilegia publicæ vtilitati damnosa, vt iã diximus,
610 non sunt recipienda, † l. nec damnosa. C. de precibus Imperat. offerend. l. 2. C. de priuileg. scholar. lib. 12. & sunt restringenda: ita Azeued. in d. l. 1. tit. 1. lib. 6. Recop. n. 25. & 26. quod amplia, etiamsi proprio motu Princeps concesserit facultatem aquæ du
611 cendæ: † ita Felin. in c. cęterum col. 5. de rescriptis, quem refert & sequitur Ripa in l. quominus. ff. de fluminibus num. 12. & ideo lex, quę habet clausulam derogatoriam ad futura priuilegia, vel rescripta, non videtur illi derogatum per contrariam dispositionem, nisi sit dictum in specie, nõ
612 obstante tali lege, † tex. in cap. eam te de ætate & qualitate, c. fin. de rescript. lib. 6. In priuilegio tamen, vel rescripto Principis, quod Princeps appellat priuilegium, vel eo ipso, quòd concessio reperitur sigillata sigillo priuilegiorum, nõ est opus clausula, *Non obstante*, quia ipso facto apparet, quòd Princeps vult infringere
613 iura, † argumento l. quidam consulebant. ff. de re iudicata cap. veniens de filijs presbyterorũ, sequitur Felin. in rubr. & in c. 1. de rescriptis, & facit, quia certa scientia Principis habet vim clausulæ derogatoriæ, † Fe- 614
lin. in cap. cum inter col. 4. de exceptio. quem refert & sequitur Ripa in d. l. quominus. ff. de fluminibus nu. 32. Et si vis scire, quãdo sit opus clausula, *Non obstãte*, & quomodo sit accipienda, † vide Felin. in cap. non- 615
nulli in principio de rescriptis, & de clausula, *Ex certa scientia, motu proprio, de plenitudine potestatis, non obstãte, & supplens omnes defectus*, vide Grammaticum consil. 150. ciuili per totum, & col. 2. cum pluribus sequẽtibus. Et facultas ducendi aquam ex flumine non nauigabili nunquã perditur per non vsum, quia non competit per modum iuris debiti, sed per modum facultatis: & ea que competunt per modum facultatis, præscribi non possunt, † l. 2. ff. de via publi- 616
ca: ita Ripa in d. l. quominus nu. 98. qui Bartolum explicat in hoc pluribus distinctionibus.

Deinde quando aliquod concedi tur exemptionis priuilegium calceolarijs, seu sutoribus, extenditur ad eorum ministros ex ipsa vi concessionis, † secundum Bald. Perusinum su- 617
per statutis in verbo calceolarius. Extenditurq; priuilegium, seu rescriptum ad genus fœmininum, licèt in masculino genere sit concessum, † se- 618
cundum Ioan. Andr. Abb. Curtiũ, Immolam, & omnes in cap. significauit de rescriptis, Decium consil. 453. num. 1. Gratian. in regula 209. num. 1. Præterea si concessum fuerit à Principe priuilegium, vel exemptio, vt decima, aut gabella non soluatur

uatur de aliquarum rerum venditione, talis exemptio, & priuilegium extenditur ad censûs impositionem super illa re, de qua census impositione nulla decima, nec gabella debe-
619 tur, † quod tenet & defendit Azeuedo in l. 2. tit. 15. lib. 5. Recop. n. 2 qui ita iudicatum fuisse ait.

Et licèt naturali iure cõmune sit in mari piscari, l. nemo. ff. de rerum diuisione, l. 10. tit. 28. part. 3. adeò vt ne extero quidem id interdicendum
620 sit, † quòd si piscari prohibeatur, iniuriarũ agere potest, l. itẽ apud Labeo
621 nẽ. §. si quis in mari. ff. de iniur. † tamen cum hoc ius piscãdi in mari de regalibus sit, vt in tex. quæ sin regalia in vsibus feudorũ. l. eos. C. de aquęductu lib. 11. potest à Principe prohi
622 beri, ne quis illic piscetur, † d. l. quominus. ff. de fluminibus, Bart. Ias. & latius Ripa ibidem nu 8. poteftq; ius hoc prohibendi, ne alius piscetur, vẽ
623 di à Rege, vel priuilegio concedi, † l. eos. l. vsum. l. diligẽter. C. de aquæduct. tradit eleganter Cassaneus in consuetud. Burgund. rubr. 13. glos. 1. §. 2. facta prius populus notificatione, quorũ interest, vt ipse ait, & Isernia in dicto tit. quæ sint regalia in vsibus feudorum, Auend. in capit. pretorum cap. 12. num. 15. quod debet intelligi, quod per huiusmodi venditionem, vel acquisitionem per priuilegium Principis non totum ius piscandi acquisitum dicatur, sed ius præoccupationis piscandi, vt nullus piscari possit ea parte, & locis, quibus is piscari noluit. Nõ autem vt eo non piscãte, & sine eius damno alius piscari prohibeatur: ita intelligitur l. si quis quam. ff. de diuers. & temporalibus præscript. secundum Rodericum Xuarez allegatione 16. & nuncupatim Ripa in l. 1. nu. 12. ff. de interdict. quæ lex si quisquam ait, *Si quisquam in fluminibus publicis diuerticulo pluribus annis piscatus sit, alterũ eodem iure vti prohibet*: quod probat etiam tex. in cap. significante de appellatio. vbi notatur, maximè cum semper priuilegia huiusmodi intelligantur, & interpretentur de iure tertio non quæsito: † ita Bald. in l. 2. ver- 624
sic. sed contra prædicta. C. de iuris & facti ignorantia, Felin. in cap. quæ in ecclesiarum de constitut. Ripa in dicta l. quominus num. 9 ff. de flumi nibus, intelligendumq; est priuilegium huiusmodi, nisi vtriq; sufficiat piscatio, vt illius cui conceditur ius, ex piscatione aliorum nõ minuatur, l. Lucio. ff. de aqua quotidiana, & æstiua, l. 2. §. ductus. ff. de seruitut. rustic. prædiorum, faciunt quæ tradit Alex. in l. ex facto. §. 1. ff. de vulgar. & consil. 24 lib. 4. & Ias. in d. l. quominus, & Ripa num. 53. vbi alia ad hoc congerit, inspiciendusq; est sem per priuilegiorum tenor ad eorum veram interpretationem, atq; explicationem, † cap. porro de priuilegijs 625
c. recepimus. c. sane. c. cum plantare in fine. c. petistis eodem tit. c. licet de decimis. Nec ad res, vel personas ibi non expressas extendi debet: † tex. in 626
l. ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de verborum oblig. d. c. sane de priuilegijs, & verba priuilegij debent æqui tati conformari, † glos. 3. in cap. para 627
tus 23. q. 1. Oldrald. cõsil. 268. Nec à forma verborum sine certa scientia

est

est recedendum, l. non aliter, ff. de legat. 3. l. 1. §. si is qui, ff. de exercit. l. quod constitutum, ff. de re militari. tradit Dinus in c. certum de regulis iur. lib. 6. Bart. in l. contra legem, ff. de legibus, glos. verbo in sæcularibus in cap. ad abolendam de filijs presbyterorum, cap. ad audientiam de decimis, vbi glos. fin.

Quæstio. SED Cùm inter minorum priuilegijs illud reperiatur, quod illorũ bona immobilia nullatenus vendantur, nisi necessaria interueniente causa æris alieni, aut pro sororis dote soluenda, aut alia huiusmodi causa,
628 † iuxta l. ob æs alienũ, C. de prædijs minorum, l. quæ tutores, C. de admi nistrat. tutorum, l. 18. tit. 16. part. 6. & multoties viderim, hac sola causa interueniente, & cùm vtilitatis in formatione iudicum decreta ad venditionẽ polata, & minores hisce decretis suis immobilibus rebus priuatos, addendum huic tractatui decreui, quæ requisita exactè sint necessaria ad prædictorum bonorum immobilium venditionem, quibus deficiẽtibus inanis atque inefficax sit venditio, à minoribusq; cum fructibus
629 retractari possit. † Et in primis causa venditionis in minorũ bonis immobilibus debet esse adeò vrgens, atque necessaria, quòd si ex alia parte, & ex alijs bonis solui posset, nulla esset venditio. l. magis puto, §. non passim, ff. de rebus eorum, vbi Vlpianus ait: *Cuius officio in primis cõuenit, hoc excutere, an aliunde pecunia possit ad extenuãdum æs alienum expediri*, idem dicta l. ob æs alienum, C. de prędijs minorum, l. 1. §. quod si forte, ff. de rebus eorum, tenet Capitius decis. 113. Item non sufficeret, quòd ad sit causa vtilitatis circa minorem, etsi dicatur, rem immobilem sterilem atque inutilem esse, vel pessimam, & quod vtilius esset minori, eam vẽdere: quia tali casu nisi pura necessitate cogente, nec iudex, nec tutor poterunt alienationem fecere, text. elegans in d. l. magis puto, §. si æs alienum, ff. de rebus eorum, & apertius in l. si fundus, eod. tit. Capitius in d. decis. 113. item etsi interueniat causa admodum vrgens ad venditionem, & illã præcedat testium depositiones affirmantes, quòd aliunde debitum solui non possit, requiritur etiam ad vẽditionis validationẽ, quòd iudex specifice de illo debito & necessitate sit informatus cũ causę cognitione, aliàs nulla erit venditio. text. literalis in d. l. magis puto, §. in primis, qui est videndus, tanquam pulcherrimus ad hoc: qui iudex præ dicto modo informatus, & quòd nulla alia adsunt minora bona ad persoluenda debita, debet interlocutoriam pronuntiaris sententiam, tex. in authentico de Ecclesiasticarũ rerum immobilium alienat. collat. 5. vbi notat Angelus æquiparando res minorum & Ecclesiarum, ad hoc est tex in d. l. magis puto, §. non passim.

Item requiritur vltra prædicta, quòd res immobilis minus damnosa minori vendatur ad eius æris alieni persolutionem, & quod ratione vnius parui debiti non vendatur aliqua res magni valoris, dicta l. magis puto, vers. quęrere ergo debet, & §. item

item prætor, versic. sed si alia possessio, & versic. aut si distrahẽdum, quibus requisitis, & circunstantijs interuenientibus validatur venditio supra dicta cum iudicis decreto, l. lex quæ tutores. C. de administratione tutorum, ibi, *Interpositioneq; decreti*, dicta lex ob æs alienum. C. de prædijs minorum, l. 18. tit. 16. part. 6. l. nõ est vobis. l. si quidem. C. eodem tit. & requiritur tutoris vel curatoris præsentia in huiusmodi decreto, l. fin. C. si propter publicas pensitat. l. 60. tit. 18. part. 3. ibi: *Delante de juzgador*, requiriturque, quòd per spatium 30. dierum preconicetur, l. etsi sine. §. 1. ff. de minoribus, tradit Speculator in tit. de emptione, & vendit. §. nunc dicendum, versic. si igitur tutor. Bart. in l. licitatio. ff. de publican. & vectigalibus in principio. d. l. 60. titul. 18. partita. 3. requiriturque, vt prædicta res immobilis in eo, quod valuerit, vẽdatur, d. l. si quidem. C. de prędijs minorum, & quod post vẽditionem de pretio soluatur debitum minoris, & eius necessitati satisfiat cum iudicis mandato. d. l. magis puto. §. nec tamẽ. ff. de reb. eorũ. d. l. 60. tit. 18. par. 3. quę testiũ, & tabellionis pręsentiã requirit: & etiã requiritur, quòd iudex ad interpositionem decreti in tali venditione exactè causam alienationis, & alia requisita perquirat, iuxta doctrinam Baldi in rubr. C. qui admitti per l. fin. C. de edicto diui Adriani tollend. facit l. 1. C. de prædijs decurionum lib. 10. vbi Bart. & quòd si aliquod de prædictis requisitis defecerit, nulla sit venditio, tenet Bald. in repertorio super Innocentio in verbo cõtractus per plura iura, & per l. cũ his. §. si prætor. ff. de trãsactio. l. non est vobis. l. etsi is cũ glossa verbo rescissa. l. si quidem. l. ob ęs alienum. C. de prædijs minorum, l. magis puto. §. si æs alienum, versic. proinde. Et quòd competat minoribus actio realis ad rescindẽdam venditionem, etiam cum fructibus, si prędicta requisita atque solemnitates, vel aliquę eorum deficiant, † probat 630
tex. in d. l. magis puto. §. manet actio l. 1. in primo responso. ff. de rebus eorum, l. etsi pręses. C. de prædijs minorum, maxime si iudex protulit sentẽtiam super venditionem causa matu rius non considerata, sed aliqua leui causa ductus, & sine temporis cursu expectatione: quia nullum est decretum, † secundum doctrinam Bartoli in l. prolatam, nu. 10. C. de sentent. 631
& interlocut. omnium iud. quem sequitur Imola, & Panormit. in c. 2. de re iudicata, & in cap. ecclesia sanctę Mariæ de constitut. l. si finita. §. non autem statim. ff. de dam. infecto, plura per Ias. in l. iudices, nu. 3. C. de iudicijs, vbi in terminis nostrę quęstionis allegat Pet. Anchar. Alex. Curmanum, Paul. & Aretin. vltra quos poteris videre in proprijs terminis Thomam Serratium in cautela 60. num. 8. & 9. & Alciat. regul. 3. præsumptione 9. num. 23. Et quod in superioribus diximus de re vendita cũ fructibus restituenda, intellige facta compensatione cum reddita pecuniæ à minore receptę, & retentę; † 632
casus est in l. si fundus. §. quemquam versic. ego autem notaui. ff. de rebus eorum, de cuius opinionis veritate videas

videas Couar lib. 2. variarum c. 3. n. 9. per totum, & Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. 2. part cap. 4. nume. 1. ad fin.

EX Qua quæstione alia consequitur admodum à Doctoribus cōtrouersa, vtrum possessor bonę fidei alicuius rei cōdemnatus ad rei cum fructibus restitutionem post contestationem teneatur compensare cū dictis fructibus impensas vtiles & necessarias, quas alias retentione, vel
633 petitione consequi; deberet? † Et quod teneatur compēsare huiusmodi impensas cum dictis fructibus, est tex. in l. in fundo, & l. sumptus, ff. de reiuendicatio. l. 41. tit. 28. p. 3. Sed de huiusmodi quæstionis veritate, quia controuersa, & extra nostram materiam, vltra Boerium decis. 44. nu. 19. & Afflictis decis. 87. ad finem videas Anton. Gom. in 1. tomo variarum cap. 12. numer. 4. Palac. Rub. in rubric. de donat. inter vir. & vxor. §. 62. à n. 16. Tiraquel. in l. si vnquam C. de reuocand. donat. verbo reuertatur nu. 235. Greg. Lop. in d. l. 41. tit. 28. par. 3. in glossa verbo, *Que se descuenten*, Pinel. in l. 2. C. de rescind. vēdit. 2. par. c. 4. à n. 62. cum seqq. Molinam de Hispan. primogen. lib. 1. c. 26. à nu. 14. Ioan. Garc. Gallecum de expensis & melioratio. c. 23. à n. 54. cum seqq. Azeued. in l. 6. tit. 7. lib. 5. recopil. à num. 9. qui alios plures referunt authores, & aiunt, quid in praxi receptum sit, tam in fideicommissis, & maioratibus, & in his qui rei dominium habent, quàm in emphyteuta vel vassallo, & habente vtile dominium tantùm, ad quos recurre, cum casus obuenerit, quorum dicta, quia latè præcedunt, recensere nolui.

ET Quamuis sint plurima fisci priuilegia, ad quæ recensenda vnus erat integer tractat⁹ necessarius, vnū recensere, in votis est, videlicèt, quòd etiam si fiscus legitime defensus, hoc est, interuenientibus pro eo legitimis personis, & quando omnia, quæ produci debebant, fuerunt in iudicio producta, nulla fraude vel collusione interueniente, sicut priuatus à sententia contra se lata appellare debet, † per l. illud, ff. de appellatio. quod tenet Bart. in l. vnica, C. de sententijs aduersus fiscum latis retractandis libr. 10. nu. 1. qui explicat, quando sententia sit rectè & legitimè contra fiscum lata, † vbi Ioan. de Platea col. 1. versicul. quantum ad primum: fiscus tamen in hoc casu priuilegiatus reperitur eo modo, quòd sententia contra eum lata retractatur per in integrū restitutionem hodie intra triēnium, † iuxta decisionem prædictæ l. vnicæ, C. de sentent. aduersus fiscum: quod tenet Bart. Ioan. de Platea, & scribentes ibidem, quod intellige, si rectè & legitimè fiscus sit defensus, vt supra diximus, & habetur in l. 19. titul. 22. part. 3. vbi notat Gregor. Lopez: sin autem legitima defensio deficiat, hoc est, procurator, vel aduocatus fisci, qui præcisè in eius causis requiritur, per l. 3. §. diuus, ff. de iure fisci, sētentia contra fiscùm lata est ipso iure nulla, iuxta tex. in l. si fiscus, ff. de iure fisci, & in dicto §. diuus, vbi etiam ad causas publicas

Quæst. 116
634
635
636

publicas hoc priuilegium extendi-
637 tur: † quod tenet Platea vbi supra,& Bartol. numer. 2. Et est notandum, quòd in priuato nulla reperitur specialitas,nec sententia retractatur per procuratoris, vel aduocati absen-
638 tiam, † l. velamento, C. de post.

Quid autem sit, si fiscus sit legitimè defensus, & omisisset instrumentorum & iurium ad se pertinentium productionem? Quo casu sententia non erit ipso iure nulla, sed intra triennium, iure nouiori attento, per in integrũ restitutionem re-
639 tractabitur speciali iure, † vt tenet glossa dictæ l. vnicæ, C. de sentent. aduersus fiscum, l. Imperatores, ff. de re iudic. vbi Doctores dicta l. 19. titulo 22. partit. 3. vbi latè Gregor. Lopez, quod secus est in priuato, per l. sub specie, C. de re iudicata, l. sub prætextu, C. de transaction. dicta l. 19. vbi glossa. Sed si priuatus probauerit, quod non habuit facultatem producendi instrumenta ante sententiam, tunc intra triennium
640 restituetur ex clausula generali. † Ita Innocent. in cap. vltra tertiam de testibus, l. 1. §. fin. ff. ex quibus causis maiores, de quo late Baldus, & Salicetus in dicta l. sub prætextu, C. de transaction. Cin. in l. consentaneum, C. quomodo, & quando iudex, Raphael Cuman. & Imola in l. Imperatores, ff. de re iudicat. Angel. & Guillielm. de Cun. in l. de his, ff. de transaction. Speculat. in titulo de executione sententiæ. §. fin. versic. illud tamen, & est glossa verbo, *Contra el Rey*, in dicta l. 19. titulo 22. part. 3. & adde, quòd sententia lata contra fiscum, vel rem publicam corruptione pecuniæ, vel præuaricatione, vel dolo, est ipso iura nulla, † l. venales, C. quando 641
prouocare non est necesse, l. 1. & 2. C. de pœna iudic. qui male iudicauit: quod etiam in priuato locum habebit, secundum Bart. in dicta l. vnica, C. de sentent. aduersus fiscũ num. 5. & in l. 1. ff. de conditione ob turpem caus. & in l. diũus, ff. de re iudicat. tex. est etiam in dicta l. 19. titul. 22. part. 3. vbi glossa. Sed si præuaricatio interueniat per gratiam, vel ambitionem, tunc poterit sententia retractari per restitutionem in integrum intra dictum triennium, † 642
secundum Ioann. de Plat. & Bart. nu. 6. in dicta l. vnica, qui Bart. vbi supra extendit ad priuatum, per l. seruo inuito. §. cum prætor, ff. ad Trebel. & dicit menti tenendum, licèt Alex. in additionibus ad eum distinctione vtatur in hoc articulo, quem videas, quia optime loquitur; & Ioã. de Plat. in d. l. vnica col. 2. post medium: & nota d. l. 19. tit. 22. part. 3. per quam iure nouiori tollitur illa Doctorum controuersia, an restitutio, quæ fisco in supradictis casibus conceditur, sit intra triennium, vel quadrienniũ petenda: & intra triennium petendam esse ait, vt ibidem notat Gregor. Lopez in glossa, verbo, *Fasta tres años*, de quo remedio, & priuilegio causis fiscalibus, & publicis, ecclesijs, & pupillis concessis, & quid in priuatis: † vltra Doctores vbi supra est videndus Ioan. 643
Gutierr. de iuramento confirmato. 3. par. c. 7. per totum, & Doctores in

l. si ex falsis. C. de transaction. & vide Menochium, qui plurima refert lib. 2. de arbitrarijs centuria. 1. casu 15. & l. 1. cum sequentibus. C. si ex falsis instrumentis; & per totum titulum 26. partita 3. vbi Gregor. Lopez, & scribentes vbi supra, & in l. fin. dicto titulo C. si ex falsis instrumentis; vbi probatur, quòd sententia ex falsis instrumentis, vel ex falsis causis, vel testibus lata, non
644 debet executioni mandari. † Sicuti non transit in rem iudicatam sententia lata contra matrimonium ex
645 peculiari priuilegio, † per cap. lator de sentent. & re iudicat. Maranta de ordin. iudic. 6. parte, versicul. decisoria iudicij numero 135. folio 535. & in numero finali. Nec in rem iudicatam transit sententia lata in vim iuramenti propter defectum probationis, quæ retractari potest per instrumenta vel testes no
646 uiter repertos, † de quo latè per Innocent. in cap. tua nos de cohabitatione clericorum, Bartol. in l. omne delictum. ff. de re milit. quæ communis est opinio secundum Iason. in repetitione legis admonendi. ff. de iure iurando, num. 303. cum sequentibus, & secundum Gratian. in reg. 122. nu. 12.

Quæst. 117 Cap. 15. ET Est animaduertendum, quòd si priuilegium à Principe concessum aliquam in se habeat qualitatem, & hæc ad obtinendam exemptionem requiratur, vtens illo priuilegio debet illam qualitatem
647 exactè obseruare, & probare: † ita Hippolyt. in rubrica de probation. num. 436. in fine, Alexand. consilio 77. num. 5. lib. 7. Gozadin. consil. 35. num. 16. Parisius consilio 17. numer. 26. volumine 1. Socin. Iunior consilio 40. numer. 30. lib. 2. Hieronymus Gratus responso 43. num. 4. lib. 2. Tiraquel. de vtroque retract. lib. 1. §. 8. gloss. 7. num. 1. Euerard. loco 27. numer. 7. qui omnes affirmant, quòd quando lex disponit cum qualitate agendi ex legis beneficio, debet eam probare, † quæ 648
prædicta qualitas debet interuenire in tempore actus. l. 2. §. aduersus. ff. ne quid in loco publico, Auendan. de exequendis mandat. regul. 2. par. cap. 12. num. 13. Mexia ad legem Toleti, quem refert Bobadilla in sua politica. 2. tomo, lib. 3. cap. 4. numer. 39. dicentes, quòd qualitas excludens, vel admittens aliquem, debet interuenire in tempore actus. † Et in ho- 649
noribus hoc priuilegium conceditur, quòd honoribus maioribus functi ad minores deuocari non possunt † l. maiores, C. quemadmo- 650
dum ciuilia munera iudicantur lib. 10. quod in multis poterit exemplificari.

SED si quotannis aliqua fiat an- Quæst. 118
nonæ, vel eleemosynæ distributio Principis, vel alicuius priuati priuilegio, vel mercede, talem habet interpretationem, quòd moniales, & nobiles semper sunt præferendi cæteris vicinis rusticis, & plebeis: † 651
de quo latè per Ripam in tractatu de peste titulo de remedijs præseruatiuis cap. 2. numero 158. cum sequentibus, vbi agit de erogatoribus, & distributoribus eleemosynæ, vtrum licitè possint inter consangui-

sanguineos pauperes, etiam foren-
652 ses, distribuere, † quem vide, quia
latè de hoc. Ex quo infertur, quòd
nobiles & digniores priuilegiantur
in eo, quòd officia, & dignitates rei
publicæ, potius sunt illis conceden-
653 da, quã plebeis, † l. honores in prin-
cip. §. his qui, ff. de decurio. l. ad sub-
eunda, C. eodem tit. libr. 10. text. in
authentico de defensoribus ciuitatis,
§. 1. versf. Interim, ibi: *Sed in vicem
vniuersi nobiliores*, vbi glos. verbo,
Nobiliores, text. in authen. vt iudic.
sine quoquo suffragio, §. eos autem,
ibi: *Honestiorum quosdam ad admi-
nistrationes dirigere*, tenet Otalora
de nobilit. cap. vltimo quartæ partis
principalis nu. 8 Palac. Rub. in rubr.
de donatio. inter virum & vxor. §.
9. numer. 6. l. 2. tit. 9. par. 2. vbi notat
Greg. Lop & Thom. Gram. consil.
6. nu. 11. tex. in l. 1. tit. 4. lib. 2. Recop.
tradit Molina de Hispan. primogen.
lib. 2. c. 5. num 69. & ideò nobilis in
beneficijs consequendis & dispen-
sationibus æquiparantur literatis, &
654 cæteris paribus sunt præferedi, † tex.
in cap. de multa de præbend. l. si so-
cietatem, ff pro socio. l. prouiden-
dum, C. de postulando, vbi notant
Doctores, & notatur in cap. offi-
cij de electione, ibi: *Quendam vi-
rum nobilem*, & ideò in electioni-
bus & alijs actibus, si voces sunt
numero æquales, nobilium vox
655 præfertur, † argumento text. in l.
maiorem, ff. de pact. ibi: *Qui dig-
nitati praecellit*, refert alia iura O-
talora vbi supra numer. 9. de quo
late per Tiraquell. de nobilitate,
cap. 21. Azeuedo in rubrica titul. 2.
numer. 18. cum sequentibus, libr. 6.
Recopilat. & Bobadilla in sua Poli-
tica volum. 1. lib. 1. cap. 4. num. 12.
& 17. qui hoc verum esse, & etiam
de iure diuino testificatur proce-
dere, quam plura scripturæ loca ad-
ducens.

ET Quia multoties controuerti Quæst. 119
tur inter Doctores, quæ sit causa fi-
nalis, quæ impulsiua, & quæ fuerit
impulsiua disponentis, vel concedē-
tis priuilegium intentio, quia mul-
toties causa impulsiua habetur pro
principali & finali, & causa minus
principalis pro principaliori, † est vi 656
dendus Tiraquell. de cessante causa
limitat. 1. à numer. 21. cum pluribus
sequentibus, vbi causa quæ ex pro-
œmio siue præfatione sumitur,
præsumitur finalis, † l. vltima, vbi 657
glossa verbo, modus, ff. de heredi-
bus instituend. vbi Bart. Bald. An-
gel. & Imola, & quos refert Tiraq.
vbi supra nu. 64. & mens & volun-
tas disponentis ex proœmio maxi-
mè colligitur, † l. item quia, §. fin. 658
ff. de pact. l. cum hi in principio, &
Bart. ibi, ff. de transactio. tenet Ti-
raquel. vbi supra num. 65. vbi pluri-
ma ad hoc congerit: & in num. 44.
& 67. tenet cum Bart. Imola, Rom.
& alij, quòd ratio naturalis præsu-
mitur causa finalis, & quando non
constat aliud ex mente disponentis,
standum est verbis priuilegij, seu dis
positionis, † text. in l. non aliter, ff.
de leg. 3. l. si alij, ff. de vsu & vsufruct. 659
legat. vbi Bart. & Rainer. & Socin.
in l. in ambiguo, ff. de rebus dubijs
numer. 7.

S I autem aliquis in priuilegio, Quæst. 120
M 2 vel

vel indulto non apparente se funda-
uerit,& allegauerit, per spatium tri-
ginta annorum titulum præsumi,
quid circa hoc iure sit dispositum.
Et videtur titulum, priuilegium, &
indultum per spatium triginta an-
norum præsumi, & etiam omnia
660 solenniter acta, † per text. in l. qui
in aliena. §. 1. ff. de acquirend. hæ-
red. cum concordantibus, vbi Do-
ctores, & latè Rodericus Xuarez
in titulo *de las arras*, folio 41. & Ti-
raquellus de vtroque retractat. titul.
1. §. 1. gloss. 9. numero 156. & ad
leges connubiales gloss. 7. num. 39.
& 40. & 44. Menchac. controuer-
siar. illustr. lib. 2. cap. 63. numer. 4.
Natta consilio. 245. volumine. 1. Me
noch. consilio. 1. à num. 79. volum.
1. Aimon de antiquitate 2. part. cap.
fin. num. 58. & Gratian. in regula
144. & 196. Mascard. de proba-
tion. conclusione. 1316. volumine
3. Sicut ex diuturnitate temporis te-
661 stamentum præsumitur solenne, †
secundum Burg. de Paz in l. 3. Tau-
ri 2. part. num. 1191. & Gom. Arias
in l. 26. Tauri num. 27. Sed nihilo-
minus contrarium tenendum est,
quia si solennitas deficit in actu, &
ea non potest obtineri sine licentia,
vel dispensatione Principis, vel Pon
tificis, non præsumitur per cursum
longissimi temporis, nisi tantum tē-
pus præterierit, cuius initij memo-
ria non extet: quinimo de ipso titu-
lo priuilegij, vel dispensationis de-
662 bet constare: † ita Ioann. Monach.
Dominic. & Doctores in cap. or-
dinarij de officio ordinarij lib. 6. A-
retinus in consilio. 36. Cardinal. in
consilio. 57. Item Dominic. & cæ-
teri in cap. 2. de præbend. lib. 6. &
notatur in cap. super quibusdam. §.
præterea de verborum significat. &
in cap. 1. de præscription. lib. 6. te-
nent Doctores in l. hoc iure. §. aque-
ductus. ff. de aqua quotidiana, &
æstiu. & in l. si arbiter. ff. de proba-
tion. & in cap. mos antiquus 65. di-
stinctione cum similibus, & hoc op-
tima ratione, sane quod ea, quæ sine
authoritate Principis, aut summi
Pontificis possideri non possunt, re-
putantur impossibilia, † iuxta nota- 663
ta in l. apud Iulianum. §. constat. ff.
de legat. 1. tenet Innocent. in cap.
pastoralis de causa possessio. & pro-
prietat. Dinus in regula semel Deo,
de regul. iur. lib. 6. text. in cap. gra-
tia, vbi gloss. verbo non potest de
rescriptis lib. 6. Et solennitas manda-
ti nunquam præsumitur per diutur-
nitatem temporis, etiam per mille
annos, † tenet Bald. & Salicet. in l. 664
2. C. si ex fals. instrumentis, & in l.
1. C. de rebus alien. non alienand.
& Alexand. in l. sciendum, ff. de
verborum obligation. & in l. qui in
aliena in principio. ff. de acquirend.
hęredit. quos sequitur Balb. de præ-
script. in 3. part. primæ partis quęst.
10. num. 28. Et ita intelligitur, & li-
mitatur regula pro prima opinione
adducta, videlicet, quòd per diutur-
nitatem temporis omnia pręsumun-
tur solenniter acta, quæ etiam limita-
tur, quando titulo allegato resistit ius
cōmune, † per l. cōperit. C. de præ- 667
script. triginta, vel quadraginta anno
rū. c. 1. de pręscript. lib. 6. tenet Abb.
in c. peruenit de empt. & vend. n. 3.

ad

ad fin. vbi communem opinionem dicit: & etiam limitatur prædicta regula, quando adest contraria iuris
666 præsumptio, † vt notat Balb. vbi supra numer. 9. post Bartol. in l. cum de in rem verso, ff. de vsuris.

Quæst.121. ET Quando de priuilegio aliqua adest conditio, debet ad vnguem obseruari, quia conditio inducit formam, qua omissa, dispositio vel priuilegium non sortitur
667 effectum, †l. Mæuius, l. qui hæredi, ff. de condition. & demonstration. & quia conditio habet vim causæ finalis, l. demostratio, §. final. & §. quod autem eodem titul. tradit etiam Bartol. in l. 2. §. fin. column. 1. ff. de donatio text. in l. si super, C. de transactio. vbi Iass. Alexan. & Bald. in authent. matri & auię col. 1. vers. Quidam tamen, C. quando mulier, tutelæ offic. fungi poss. Aretinus, Alexand. & Ias. in l. moribus, §. fin. ff. de vulgari, Tiraquel. de vtroque retract. libr. 1. §. 1. glos. 21. num. 11. cum sequentibus, & latius libr. 2. §. 2. numer. 3. Quod intellige de conditione expressa, nam quando expresse non constat, quod Princeps voluerit, conditionaliter disponere, est semper eius dispositio modaliter, & non conditionaliter intel-
668 ligenda, vt in testatore, † per text. qui ad hoc citatur, in l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati, quod resoluit Bartol. in l. cum mota, C. de transactio. numer. 2. vbi tenent Cinus, Bald. Angel. & Paul. & communiter Doctores, teste Alexand. & Ias. ibidem numer. 8. & Decius num. 7. & Ias. in l. qui Romæ, §. Flauius colu. 1. ff. de verborum obligatio. Alexand. consil. 10. num. 4. lib. 1. Petr. Paul. Paris. cons. 19. num. 249. volum. 2. & in materia maioratus, Molina de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 11. numer. 9. maximè si verba priuilegij vel dispositionis sint in gerundio, & iungantur tempori præsenti, vel de præterito. Quia tunc necessariè modum & qualificationem, & non conditionem significant.
† Hæc est solemnis Bartoli doctrina 669
per tex. ibi in l. si tu ex parte, ff. de acquirenda hæreditat. & in l. 1. numer. 36. ff. de conditio. & demonstratio. tradit Paris. d. consi. 19. colu. 1. vol. 2.

SED si priuilegium concedatur Quæst.122
alicui cum facultate nominandi aliũ post se, & iste primus, cui priuilegium concessum est, mutauerit statum in peius, vel hæresin commiserit, vtrum perdat facultatem nominandi alium. † Et videtur per status 670
in peius mutationem amitti facultatem nominandi alium post se, iuxta decisionem text. in l. si cum Cornelius, ff. solutio. vbi per mutationem status in peius censetur reuocatum mandatum in mandatario, † quod 671
melius probatur in l. cum quis sibi aut Titio, ff. de solutio. vbi tenẽt Doctores, & est lex. 5. titul. 14. part. 5. quam regulam posuit Bald. in l. mandatum, C. mandati, & ibi Salicet. & omnes, & ipse Bald. in l. 3. C. de solutio. latè Doctores in l. cum, §. qui sibi, ff. de verborum obligatio. per textum ibi, vbi Ias. numero 14. Alciatus, & Zasius,

& Iason in l. rogasti. §. si fugitiuus, ff. si cert. petat. notat Ripa in l. fin. C. de reuocand. donation. quæst. 50. numer. 168. & facit pro hac parte, quòd potestas data executori vltimæ voluntatis censetur reuocata
672 per mutationem status in peius, † vt est text. in l. liberto. §. Largius. ff. de annuis legat. & ita voluit Imola, quẽ moderni sequuntur in dicta l. eum qui. §. qui sibi ff. de verborum obligation. Ias. in dicto §. si fugitiuus columna 1.

Sed his non obstantibus contrarium est asserendum, & sic quòd priuilegiatus cum facultate nominãdi aliũ post se non perdit facultatem nominãdi per status mutationẽ, quia per priuilegiũ est sibi concessa quædam libera facultas nominandi, quæ non perditur per infamiam acquisitam, nec per status mutationem, nec per condemnationem ad perpetuum carcerem: & etiamsi inte-
673 stabilis factus sit, † de quo est casus apertus in l. cum pater. §. hæreditatem, ff. de legat. 2. vbi deportatus nõ perdit per deportationem eligendi facultatem, ibi: *Eligendi facultatem*
674 *non esse pœna peremptam:* † quod probat tex. in l. ex facto. § si quis rogatus. ff. ad Trebellian. vbi omnes tradunt inferendo ad plures quæstiones. Et ratio est, quia electio, atque nominatio in vim facultatis concessæ, est res, quæ à mera voluntate dependet, & est de iure naturali, & ratione pœnæ nõ tollitur, etiamsi interueniat bonorum honoris, &
675 status priuatio, † vt resoluit Ias. in l. 1. column. 1. C. de hæred. instituend. qui sic interpretatur dictum §. hæreditatem. Nec obstat decisio text. in dicta l. si cum Cornelius, & l. cum quis sibi, aut Titio, ff. de solution. quia eius regula procedit in mandato procuratori, vel factori concesso ad pecunias exigendas, de quibus rationem domino mandanti reddere tenetur, nam mutato statu, & conditione procuratoris in peius, non habet dominus tantam facultatem, atque libertatem ad exactam pecuniam recuperandam, & ita tacitè à lege ei reuocatur mandatum: quia præsumitur, quòd dominus sciens nouam status mutationem, & exactionis difficultatem mandatum ei non concederet. Et hæc est ratio fundamentalis prædictorum iurium, † vt 676
resoluit Paulus in dicta l. si cum Cornelius, & melius Bartol. Paulus, & omnes in dicta l. cum quis, ff. de solutio. & est communis opinio teste Ias. in dicta l. eum qui. §. qui sibi, ff. de verborum obligatio. numero 14. qui omnes Doctores extendunt, quando fit status mutatio in melius, religiosam eligendo vitam, vel de seruo liber efficiatur mandatarius: nam per hoc reuocatur mandatum, quia mandatarius non haberet eandem facultatem, & facilitatem, vt conueniatur, sicuti fieret ante status mutationem. † Et ratio quare in 677
dicta lege liberto. §. Largius, ff. de annuis legatis, tacitè reuocatur mandatum testamenti executori, est, quia ibi erat exactio pecuniæ facienda per executionem testamenti,

ſtamenti, quæ facile reddi non po-
678 terat per ſtatus mutationem. † Et præcipue non perdet facultatem eligendi, & nominandi alium poſt ſe, qui poſt commiſſam hæreſim pœnitentiam agit, & miſericordiam petit, quia hunc noſtra ſancta mater Eccleſia admittit, & gratiam amiſſam recuperat, & ad habilitatem, & antiquum ſtatum, & Chriſtianiſsmum reducitur, & habetur, tanquam ſi non incidiſſet in hære-
679 ſis crimen, † vt plenè per Paulũ Pariſiũ conſilio 2.lib.4.Boerium queſt. 141. cum ſequentibus, & Simanc. de Catholicis inſtitution. cap. 46. & poteſt bona de nouo adquirere, & contractus facere, vt tenet ipſe Simancas vbi ſupra cap.9.num.113. Tellius Ferdinand. in l. 4. Tauri numer. 47. Pinel. de bonis matern. in rubric.1.part.num.3.& poteſt teſta-
680 ri, † vt notat Albericus in l. quoniã, C. de hære. Paul. Pariſ. in d. conſil. 2.vol.4.num.201.

Queſt.23. VNDE ſequitur, an illud ius eligendi, & nominandi alium poſt ſe tranſeat ad hæredes, ſi in vita electio, vel nominatio facta non fuerit.
681 † Et videtur ad hæredes non tranſire, quia ea quæ conſiſtunt in declaratione animi non ſunt tranſmiſ-
682 ſibilia, † per text. in l. idem Pomponius ſcribit, ſi frumentum. §. fin. ff. de rei vendicat. dicit communem Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirenda poſſeſsione num. 134. Plotus de in litem iurando. §. 29. numer. 9. vbi limitatio: & quia ius interpretandi, ſeu declarandi ad hæredes non tranſit, cum ex arbitrio diſponentis pendeat, † l. 683
inter ſtipulantem. §. ſtichum. ff. de verborum obligationibus, Alexand. in dicta l. inter ſtipulantem. §. 1. colum. 3. vbi Iaſ. numer. 6. & probatur in l. centeſimum. §. ſi ita ſtipulatus, vbi Iaſ. num. 3. ff. de verborum obligation. Roman. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend. poſſeſſion. num. 25. & ibi ſcribentes, & in l. edita actio. C. de edendo, Decius in cap. cum veniſſent de iudic. & hac de cauſa putat Angel. in l. ex facto. ff. de vulgar. ſucceſſores minime poſſe explicare ſtatutum ab anteceſſoribus editum. † Sed contra- 684
riũ eſt verũ, & ſic quod ius eligẽdi, & nominãdi aliũ trãſeat ad heredes, † 685
per l. ſi quis ſeruum. §. ſi inter duos, ff. de legat. 2. & quia ius contractus ad hæredes nõ nominatos tranſit, † 686
l. veteris. C. de contrahenda, & committend. ſtipulat. l. ſi pactum ff. de probation. l. ſi neceſſarias. §. penultimo. ff. de pignoratitia action. tenet Tiraquel. plura adducens in tract. de vtroque retract. titul. de retract. conuentional. gloſſ. 6. in principio, optima l. 11. tit. 14. part. 3. & eſt tex. expreſſus in l. 4. C. de contrahend. & committen. ſtipulat. l. ſi ſtipulatus fuerim. ff. de verborum obligation. vbi probatur, quòd facultas eligendi tranſit ad hæredes illius, ad quem electio pertinebat, † tenet 687
Abb. conſil. 30. lib. 2. Bologn. conſil. 6. col. 5. & Bart. & Doctores in dicta l. ſi ſtipulatus fuerim, & in l. à tutoribus. §. hæredibus, per tex. ibi. ff. de adminiſt. tutor. l. illud, aut illud. ff. de optio. legat. tradit multa Pet. Pau.

Parif. in confil. 36. n. 42. vol. 2. tex. in l. nominationẽ. C. de decurion. lib. 10. cũ gloffa verbo nominationem, vbi Ioan. de Platea, & Luc. de Pena, text. in l. obferuari. C. de decur. lib. 10. text. expreffus de iure regio in l. 26. tit. 9 part. 6. vbi gloffa, de quo eft videndus Carol. Ruin. confil. 5. nu. 11. vol. 2. Curtius Iun. confil 4. nu. 3. Teilius Ferdin. in l. 10. Tauri in fin. Pinel. de bonis maternis, l. 2. num. 9. cum fequentibus, Azeuedo in l. 9. tit. 6. lib. 1. & in l. 3. tit. 5. lib. 3. Recopil. n. fin. Anto. Gom. tom. 2. variarũ refolutio. c. 11. n. 7 poft medium, qui omnes cum Burg. de Paz in l. 1. Tauri num. 428. cum fequentibus refoluunt, quòd fi emphyteufis fit conceffa alicui pro fe, & quos nominauerit, tranfit nominatio ad hæredes

688 illius, qui in vita non nominauerit. † Et eft adeò verum, quòd nominato Titio in inftrumento videtur quidem nominatus eius hæres, per multa iura, quæ refert Burgos de Paz vbi fupra num. 433. Ex quibus deducitur falfam effe opinionem Angeli in dicta l. ex facto. ff. de vulgari tenentis, quòd fucceffores minime poterant explicare ftatutum prçde-

689 cefforum, † contra quam tenet Bart. in l. omnes populi. ff. de iuftitia & iure. 3. quçft. fextę principalis afferens, quòd ftatutum à decurionibus editum ab eorum fuccefforibus, vel à

690 populo explicari poteft, † tenet Francifc. de Ripa in d. l. ex facto. ff. de vulgari, & Carolus Ruin. in confil. 38. numer. 9. lib. 1. quam Bartoli fententiam dicit veriorem, & probabiliorem Burgos de Paz vbi fupra num. 427. afferens, quòd iudex poterit explicare expenfas, quas eius prædeceffor fua fententia taxandas referuauerit, & poterit interpretari dubiam fui prędecefforis fententiam, † 691 per doctrinam Alexand. in l. inter ftipulantem. §. 1. ff. de verborum obligation. refpondens iuribus, quibus probauimus declarandi ius ad hæredes non tranfire, quæ non obtinent, cum iure proprio hæredibus, vel fuccefforibus ius ipfum declarandi competit, † per l. ab executore, 692 ff. de appellation. In Principe autem nil dubium quin poffit interpretari priuilegia fui prædecefforis, † fecun- 693 dum Carol. Ruin. dicto confil. 38. lib. 1. nu. 9. Et eft optima l. partitæ in l. 27. tit. 18. part. 3. tenet Burg. de Paz alia iura adducens vbi fupra n. 424.

RVRSVS de priuilegio conceffo à Principe his verbis, *Con todos fus terminos, aguas vertientes y manantes, y con la iurifdicion ciuil y criminal mero y mifto imperio.* Et quid fignificet, & an in eo comprehendatur, & quid quando conceditur aliquod caftrũ, vtrum cõprehendantur defefle, vel molendina, & alia bona, quæ erant ciuitatis, vel villæ, vel particularia, & vtrum comprehendantur termini iam populati, vel eremi, quos dicimus, *Terminos redondos*, & vtrum dominus, cui conceffum eft priuilegium, poffit terminos diuidere, & quomodo poffeffores fint in fua poffefsione tuendi, & quid quando fifcus fit actor terras, & terminos pro Regis *Propios* petendo, & vtrum poffit dominium à poffidenti allegari, & alia multa Quæſ. 124

his

his similia, & in praxi mirabilia, videas per Auend. de exequend. mād. Regum 1. part. cap. 4. à num. 6. cum sequentibus, ad quem te remitto, ne eius dicta recensere, & transcribere
694 videar, † & tradit Azeued. in l. 1. tit. 10. lib. 5. Recopil. num. fin. dictum Auend. referens. Et ne ad interpretationem regalium priuilegiorum continuo ad Regem & Principem sit recurrendum, scire oportet, quòd tantum recurrendum est ad Principem pro priuilegij interpretatione, quando dubium inexplicabile fuerit, ita quòd iudex illud iure explica
695 re non valeat, † quod probatur in l. fin. C. de legibus, & in l. 1. C. de relatio. & in l. 14. tit. 1. lib. 2. foro juzgo, tradit Bar. in l. omnes populi, & Bal. in l. 1. C. de legibus, col. 1. & 2. & alij relati à Burg. de Paz in relectione l. primæ Tauri numer. 438. dispositio namque per verba quantumcunque præcisa & vniuersalia, recipit interpretationem & limitationem con-
696 gruam, † glossa verbo, stipulatus in l. stipulatus sum dam. & ibi Doctores, ff. de verborum obligatio. tenet Pet. Paul. Paris. cons. 3. num. 61. vol. 3. Dec. cons. 336. Roland. qui alia allegat in cons. 61. nu. 54. cum seqq. vol. 2. nam intentio, & anima legis & dispositionis potius considerari,
697 & audiri debet, quàm ipsa verba, † l. 3. in fine, C. communia de legat. l. penult. ff. ad exhibendum, ibi: *Non oportet verba captare, sed qua mente aliquid diceretur, animaduertere*, tenet Abb. in cap. 2. de rescript. nu. 6. Menchac. controuersiar. illust. lib. 1. cap. 30. nu. 4. cum sequentibus, fol. 91. tenet Bobadilla in sua Politica tomo 2. lib. 3. c. 15. num. 37. qui in nu. 34. cum sequentibus affirmat, quòd mulier, quæ contractationi assistit, si fallit, hoc est, *Se alça*, perdit priuilegium, & poterit incarcerari, sicuti quilibet homo, extendens ad fœminas legem, quæ de hoc in masculis tantum loqui videbatur. † Et quan- 698
do priuilegiorum verba sunt clara, non est ab eis recedendum secundū Guid. Papæ in cap. cum dilectus de consuetudo. nu. 7. sed quando sunt ambigua & obscura priuilegiorum verba, & possunt ad diuersa adaptari, illud debet accipi, vt priuilegiū & dispositio potius valeat, quā pereat, † & ita Guid. Pap. in singulari 699
514. §. de obscuris fol. 30.

DEINDE Procuratores curiæ Regiæ assistentes, quos *Procuradores de Corte* appellamus, dum in Curia assistunt, non poterunt peculiari priuilegio incarcerari, nisi in casibus expressis in l. 10. tit. 7. lib. 6. Recopil. † quod tenet Tallada de carcere cap. 11. § 4. nu. 4. & Belluga de speculo Princip. fol. 106. etiam decuriones qui pro ciuitate in curia assistunt alicui negotiationi, pro debito ciuitatis non poterunt incarcerari intra tempora suę assistētię, † & habent priuilegium reuocandi domū, iuxta l. 2. § legatis, ff. de iudic. l. 3. tit. 3. par. 3. l. 11. tit. 7. lib. 6. Recopil. tradit multa de hoc priuilegio reuocandi domū Couar. in pract. quæst. cap. 5. nu. 1. cum sequentibus. — Quæst. 125 — 700 — 701

NEC Silentio dignum est, quòd verba priuilegij debent intelligi in casu, de quo iure communi non disponitur, — Quæst. 126 — Cap. 16.

703 ponitur, † l. 1. in fine, ff. ad municipalem, tenet Bart. in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. num. 12 & 54. & Anton. de Rosel. de potestate Imperatoris in part. de concilijs fol. 110. nu. 14. in volu. 4 tractatuum Doctorũ. Et est animaduertendum, quòd licèt verum sit, quod generaliter verba simpliciter prolata intelliguntur de prima persona, & de primavice,
703 † l. boues, §. hoc sermone, ff. de verborum significat. tamen in priuilegijs verba de sua natura intelligun-
704 tur perpetua, † ita Felin in cap. 2. de tregua & pace limitatione 7. & Tiraquel. qui plura refert in dicto §. hoc sermone limitatio. 8. & Portius libr. 3. cõmunium opinionum conclus. 21. col. 4. versic. Decimo limita. & Molina de Hispan. primogen. prima parte cap. 6. num. 20. per quem tex. in d. §. hoc sermone, tenet Ias. in l. duobus. §. si ei cui, vers. Pro ista, ff. de iure iurando, quòd relictum pro dotandis mulieribus pauperibus nõ potest per executores distribui pro dotandis viduis pauperibus ad hoc,
705 vt secũdas cõtrahant nuptias: † quod tenet Boer. in decis. 131. num. 3. vbi alia huiusmodi recenset exempla, & dico in nume. 789. infra. Et adeò sunt priuilegiorum verba considerãda, quod ea in Principis priuilegio contenta debemus æquitati conformare, licèt hoc verba non patiatur,
706 † per glos. 3. in cap. paratus 23. quæst. 1. tenet Oldrald. cons. 268. Ias. in l. quandocunque, C. de testam. milit. & Thom. Gram. decis. 59. num. 48. Prænotatis etiam accedit, quòd si Princeps concedat alicui nobili, vel

vniuersitati iurisdictionẽ in aliquo castro, vel villa exercendam, si post concessionẽ incolæ augeantur, ędificiaque noua ad habitationem sint constructa, iurisdictio ad nouos incolas, ad nouaque ędificia constructa, vel in Principis vel tertij præiudicium aucta videtur, nisi ex tacito ipsius consensu id perpendatur, † 702
quod latè tradit Couarru. in pract. quæst. c. 2. per totum, maximè nu. 1. & 8 vbi l. cum fundus, ff. de leg. 2. interpretatur: qui dictus Couar. in c. 37. per totum latè agit, vtrum habens in aliquibus oppidis iurisdictionem habeat ratione eius aliquod ius in pascuis publicis, & an agri communes duobus ciuitatibus possint ab altera earum coli sine alterius cõsensu, si per hanc culturam impediatur communis pastus, † & an vicus exẽ- 707
ptus à ciuitate retineat ius pascendi, quod ante exemptionem habeat in territorio, † quem videas alia his si- 708
milia adducens.

ET cùm aliquando Princeps in Quæst. 117
priuilegio, & Romanus Pontifex in rescripto illa verba, *Ex certa scientia*, vel *Non obstante*, vel *Motu proprio*, omiserint, est aduertendum, quòd priuilegij vel rescripti geminatio habet vim clausulæ, *Ex certa scientia*, & *Non obstante*, vel *Motu proprio*, † per glossam primam in cap. rescri 739
pta 25. quæst. 2. glos. verbo noscatur, in cap. 1. de constitutio. lib. 6. & est text. cum glossa in c. si quando de rescriptis, tenet Anton. de Butr. in d. c. 1. de rescript. & in cap. quæ in Ecclesiarum de constit. Bald. in l. nec damnosa. l. de precibus imperat. offe-

offerend. Ioan Andreas, & alij in c. porrecta de confirmatione vtili, vel inutili. Anton. Corset. in tract. de verbis geminatis nu. 2. in volum. 2. tractatuũ Doctorum fol. 91. & vtrũ causa concedendi gratiam, vel priuilegium Principis, debeat esse vera, finalis vel impulsiua: Et vtrum his deficientibus priuilegium viribus
710 non subsistet; † tradit latè Couarru. lib. 1. variarum resolutio. cap. 20. à principio quamplura, iura aducẽs, atque interpretans, qui de hoc est videndus, & distinctiones, quibus ad clariorem intelligentiam vtitur.

Quæst.128. PRÆTEREA cum aliquã de nominatione & electione prædixerimus, est notandum, quòd patrono laico licet in nominatione & electione semel variare, quod pa-
711 trono clerico non licèt, † l. 6 & 7. tit. 15. part. 1. vbi Gregor. Lopez, qui Rochum de Curt. & alios refert, quod tenet Ioan. Gutier. de iuramẽto confirmat. 3. par. cap. 13. per totũ, qui in num. 13. tradit pro communi, quòd patronus laicus, qui cum iuramento promittit, non variare in electione, vel nominatione, tenetur id
712 seruare, & non poterit variare, † quã prædictam variationẽ intellige permissam, dummodo res sit integra, & ante acceptationem electi vel nominati, quia postquam res non est integra, & post acceptationem, & quã do iam est ius quæsitum nominato,
713 non est licita variatio. † c. quid autẽ, cap. querimoniam de iure patronat. cap. si tibi absenti de præbend. lib. 6. cap. decernimus 16. quæst. 7. tenet Gregor. Lop. in d. l. 7. in d. glos. verbo, *Reciba el primero*. Nec licet patrono cuiusuis priuilegij prętextu ad Ecclesiam aliquem præsentare, seu eligere absque Episcopi approbatione: aliàs electio & præsentatio nullius erit momẽti, † ex decisione text. 714
in cap. 13. de reformatione sessione 14. Concilij Tridentin. Ex quo sequitur, quòd clausula testamenti, in qua excluditur Episcopus ab executione causæ piæ ad se pertinentis nõ valet, & nihilominus poterit Episcopus ad executionem testamenti & causæ piæ se intromittere, † per tex. 715
in authen. licet, C. de Episcopis, & cleri. tenet Ripa in c. cum M. Ferrariensis de constitut. n. 81. & est tex. in cap. tua de testament. vbi latè Couar. nu 6. & est text. in c. 8. & 9 sess. 22. & in c. 4. & 8. sess. 25. de reforma tione in Concil. Tridenti. tenẽt quã plures Doctores, quos refert & sequitur Spino de testamentis glos. 4. à num. 40. tradit plurima de hoc citus Couar. in 4 decretalium 2. par. c. 3. §. 1. nu. 20 & Ioan. Gutier. in l. nemo potest, ff. de leg. 1. nu. 449 Bernard. Diaz de Lugo in reg. 240. ampliatione 2. Gratian. in regu. 156 nu. 17. Azeuedo in l. 9. tit. 6. lib. 1. recop. numer. 5. & Humada in scholijs ad Gregorium Lop. in l 1. tit. 15. par. 1. glos. 6. qui respondet opinioni Menchac. qui contra communem tenere voluit, facit text. in l. nulli, C. de Epis cop & cleric. l. 5. titul. 10. par. 6 Quæ omnia supra dicta, ne extra rem loqui videamur, faciunt, ne priuilegijs concessis Episcopis, & prælatis præiudicium fiat, quæ ita explicari, atq; interpretari debent, sicuti est interpretan-

pretandum priuilegium concessum à Principe circa iurisdictionem, in quo non videtur concessum, nec cõprehendi ius collectandi, nec nouã
716 gabellam imponendi,† iuxta opinionem Ægidij Bosij in praxi tit. de regalijs num. 16. qui nu. 18. ait, quod regalium concesio non includit iurisdictionem, nec ea, quæ soli Prin-
717 cipi sunt reseruata; † sed quando Princeps inuestiuit aliquem de castro cum mero & misto imperio & omnibus regalijs, censentur conces-
718 sa regalia, † ita Bart. in l. 1. C. de bonis vacantibus lib. 10. quem ibi sequitur Ioan. de Platea, & cõmuniter alij DD. & etiã censentur regalia omnia concessa, quãdo in priuilegio aliqua in specie conceduntur, & additur, vel subijcitur, ***Cum alijs iuribus qui-***
719 ***buscumque,*** † ita Roman. cons. 271. Matthæ. de Afflict. in titu. de capit. qui curiam vend. in princ. num. 22. non tamen censentur regalia cõcessa, quando simpliciter concessum
720 est castrum cũ omni iure † Principis, quod tenet Afflict. vbi supra 6. quæst. & Alber. in l. fin. in fine, C. de iurisdict. omnium iudic. quem sequitur Laudensis in tit. de Principe conclus. 115. & Isern. in c. 1. tit. quæ sint regalia in vsibus feudorum. Sed est animaduertendũ, quòd in supra dicto casu regalia censentur concessa, quã do persona est virtutibus prædita, & talis, in qua possit conquiescere
721 Princeps, † iuxta prædictorum Doctorum opinionem, per verba etiam quantuncumque generalia vectigalis impositio, nec pedagium videtur
722 concessum, † de quibus AEgid. Bos. vbi supra num. 23. cum sequentibus, qui in num. 29. tenet cum Bald. in l. rescripta, C. de precibus imperator. offerend. & in l. l. imperium prima lectura col. 3. de iurisdict. omni. iudi. & in l. 2. C. de seruit. & aqua, & in l. à procuratore, C. mandat. quòd licet sub nomine generali, ***Cum regalibus*** veniant regalia, vt supra dictum est, nihilominus sub verbis generalibus no veniunt alia reseruata Princi-
pi, † quod etiam tenet Præposit. in 723
d. cap. 1. tit quæ sint regalia in vsibus feudorum col. 2. & Felin. in c. cum nobis de præscriptio. col. 3. versicul. Tertia declaratio, & latius in c. quæ in Ecclesiarum de cõstitutio. & quid operetur, & importet clausula ex certa scientia, vel motu proprio, vel literis non obstantibus, vel clausula supplentes omnes defectus, ex plenitudine potestatis, † tradit latè Alexan. 724
in l. quidam consulebant, ff. de re iudic. num. 10. cum sequentibus, & Doctores in cap. si motu proprio de præbend. lib. 6.

VNDE subsequitur, quòd Princeps vel Papa conferens beneficiũ, Quæst. 129
vel gratiam in capaci ex certa scientia, videtur de incapacitate dispensare, † tex. in d. l. quidam consulebãt, 725
ff. de re iudic. in fine, vbi notat Alex. num. 6. ad idem est tex. in l. Vlpianus in fin. ff. de excusat. tutorum. Sed in contrarium, & sic quod non sit necessaria certa scientia in Principe, in l. Barbarius, ff. de offic. prætor. secundum communem intellectũ vltramõtanorum, vbi probatur, quòd Barbarius ibi ex promotione facta à Principe adeptus est libertatem, ad quod

quod etiam facit textus in Clement. summus de sentent. ex communicatio. & l. libertas aduersus, ff. de in ius vocan. vbi notat Angel. quòd Princeps concedendo rescriptum de legatorium supplicanti videtur supplicantem habilem facere ad alegã-
726 dum. † Sed quòd tam in Principe, quàm in Papa, sit necessaria certa scientia ad hoc, vt sit dispensatum cum incapaci, resoluit Alex. in d. l. quidam consulebant, ff. de re iudic.
727 num. 7. † pro qua vera opinione facit tex. in c. si eo tempore de rescrip. lib. 6. vbi Papa promouendo minorem ad beneficium, non videtur super ętate dispensare, quia ignorabat defectum ætatis, quod secus es-
728 set, si ætatem sciuisset, † vt notat glossa in cap. statutum de rescriptis lib. 6. in verbo literatum, notant Doctores in cap. ex ratione de ætate & qualitate, glossa 1. in l. vniuersis, C. de precibus imperat. offerend. & ideò ait Bald. in l. imperialis, §. si miles, C. de nupt. quòd Papa promouẽs spurium ad Episcopatũ videtur eum restituere natalibus, si ex certa scien-
729 tia faciat. † Et ad dictam l. Barbarius respondet Alex. in d. l. quidam cõsulebant num. 8. vbi Imola ait, quòd adeo verum est, quòd requiritur certa scientia in dispensatione Principis vel Pontificis, quòd oportet, vt vt in literis exprimatur, vel quòd ex tenore literarum appareat, quòd certam scientiam habuit de inhabilitate promoti, qui dicit, quòd dicta certa scientia potest per testes pro-
730 bari. †

Quęst. 130. ESTQVE Animaduertendum, vtrum priuilegium cõcessum alicui extẽdatur ad fideiussores. † Et 731 videtur extendi per l. fin. §. fin. C. de vsucapione rei iudicatæ. Sed in hoc taliter est distinguendum, quòd aut priuilegium est personale, & hoc non transit ad fideiussores, vt est priuilegium, ne cõueniatur in plusquã facere potest, & similia, vt notatur in l. exceptiones, ff. de exceptio. aut est priuilegium reale, & hoc ad fideiussores transit per text. in d. l. exceptiones, §. rei autem, & in hoc casu loquitur text. in d. l. fin. §. fin. C. de vsuris rei iudicatæ, † vt notat & resoluit 732 Bart. in l. cum filius familias, §. 1. de verborum obligatio. nume. 2. quem sequitur ibidem Imola, & Guilliel. de Cuno in l. 1. C. quando imperator inter pupil. & viduam, & Bald. in l. tam mãdatori. C. de nõ numer. pec. Bald. in l. quotiens in fine, C. de precibus imperatori offerend. vbi Cin. & Alex. in d. l. cũ filius familias, §. 1. num. 6. loquente in priuilegio dilatorio concesso crucesignatis, l. etsi fideiussoribus, ff. de re iudic. DD. in l. tam mandatori, C. de non numer. pecunia, Hippolyt. in rubr. de fideiussoribus num. 273. Vnde est, quòd fideiussor non gaudet beneficio cessionis bonorum principalis debitoris, ita Anton. Gom. lib. 2. variarum, c. 11. nu. 52. vers. Item adde, † text. 733 singularis in l. hæres à debitore, §. quòd si stipulator, ff. de fide iussor, l. 3. tit. fin. par. 5. vbi glossa fin. Baeça de inope debitore, cap. 5. num. 39. Azeuedo in l. 5. tit. 16. lib. 5. Recop. num. 10. quem vide optimam addu cente cautelã, & Ias. de actio. §. fin. num.

num.25. Matthesilanus notabili 105. Collantes in pragmatica agricultorũ lib.2. c.3.n.fin. Felicianus de censibus tomo 2.libr. 3. c.2. num.2. versiculo infertur pagin. 164. text.in §. fin. instit.de replicatio. Bart. in dict. §. quòd si stipulator. Nec creditor, qui habet priuilegium pignoris, vel hypothecæ, vel fideiussorem pro suo debito, præiudicatur, quãdo debitor bonis cedit, vel quando fit ei remissio debiti à maiori parte creditorum, quia nihilominus habet recursum contra fideiussorem, vel contra pignora, vel res hypotheca-
734 tas, † per l. rescriptum, vbi glossa verbo hypothecas, ff. de pactis, vbi notãt Doctores tex. in l.6.tit.15.p.5. Sed limita, & secus intellige in dilationibus quinquennalibus, quę à maiori pate creditorum debitoribus fiunt, quia hoc casu præiudicatur creditor habens fideiussorem pro debito suo, & priuilegium pignoris & hypothecæ, & compellitur, stare pro dilatione concessa à ma-
735 iori parte creditorum, † text. in l. fin. §. nulla, C. qui bonis cedere poss. glos. in d. l. rescriptũ, §. hypothecas, tenet Paul. in d.l. rescriptum num. 1. & Greg. Lop. in d.l.6.tit.15.p.5. glossa verbo, *O empeñadas*. In priuilegio tamen mendaciter impetrato nota
736 quòd est nullius momẽti, † iuxta tex. in l. etsi legibus, vbi Doctores & Salicet. num. 1. C. si contra ius vel vtilitatem publicam.

Quæst.131. ALIQVANDO Tamen duo in eodem libello supplicant pro priuilegio obtinendo, & imperator vel Princeps, vni tantum concessit. Et dubitatur, an prosit vtrique. In quo casu Doctores respõdent, quòd non: nam priuilegium personas nominatas non egreditur, † vt in l. priuilegio, l. in omnibus de 737 regul. iuris, ff. nisi quando priuilegium esset de causa indiuidua, vel cõmuni, vt de seruitute, vel de sportulis, quia tunc concesso priuilegio vni ex impetrantibus prodest vtrique, l. fin. C. de fructibus & litium expensis: quod notat Salicetus in l. si libellum, C. de diuersis rescriptis num. 2. ad finem. Potest tamen dubitari,

VTRVM Credatur exemplari alicuius priuilegij, vel præcisè debeat originale ostendi. In quo casu notat Azeued. in l. 22. & 23. tit. 14. lib.6. Recop. n.1. per l. sancimus, C. de diuersis rescriptis, & per alia iura; & Doctores, quos refert, quod priuilegium originale est exhibendum pro eius probatione, quod non debet esse rasum, nec cancellatum in parte suspecta, aliàs non valet, † per l.44. tit.18. part.3. cap. ex literis 738 de fide instrument. l. fin. C. de edicto Diui Adriani tollend. l. scimus, C. de testamentis, cap. cum venerabiles de religios. domibus. Et quę dicatur pars suspecta in priuilegio, vel instrumento, traditur in l. 110. titul. 18. part.3. vbi Gregor. Lopez. ex quo est, quòd exemplari potest rescriptum seu priuilegium de mandato iudicis, † per l. sancimus, C. 739 de diuersis rescriptis, secundũ lecturam secundam, quam dicit notabilem Bart. ibidem, & Bal. in l. publicati, C. de testamentis, & est text. Quæst.132.

Regius in d. l. 44. titul. 18. part. 3. in fine, quæ licèt requirat Regiam licentiam, sufficit licentia iudicis circa consuetudinem, quæ in hoc servari debet, secundum Salicet. in authent. si quis in aliquo documento, C. de edendo numer. 4. quod adeò verum est, quòd licèt notarius dicat, Hec est copia cuiusdam instrumenti manu mea meа cõfecti, cuius tenor de verbo ad verbum describitur, nõ staretur tali copiæ, si iudicis authoritas non interuenerit, ita Paul. de Castro in dicta authen. si quis in aliquo documento, num. 5. qui dicit, menti tenendum: quod limita, nisi in rescripto vel priuilegio, vel instrumento dicatur, quòd illi credatur, vel exemplo manu tabellionis scripto, quod fieri assolet, quia tunc sufficeret exemplum, licèt authoritas
740 iudicis in eo deficiat.† Sed exemplũ exempli priuilegij, vel rescripti non valet, per l. sancimus, C. de diuersis rescrip. secundum veram lecturam,
741 † ita Bart. & Doctores in d. authen. si quis in aliquo documento num. 9. ad finem, qui in numer. 10. ita distinguit, quòd si exemplum est exẽplatum cum partis citatione, & iudicis authoritate, valet exemplatum. Sed tamen si exemplum prædictũ esset sumptum absque partis citatione, vel ea contradicente, & non cognito de contradictione, tunc non posset exemplari, nec valeret exemplatum: sed si fuisset priuilegium, vel rescriptum, vel instrumentum exẽplatum manu notarij, qui fecit primum exemplum authenticum, tũc valet exemplatum secũdum, ita ipse Bart. dicto num. 10. & quid in supra dictis seruetur, tam de iure antiquo, quàm de iure Regio, vide l. 10. & 11. & 12. titul. 19. part. 3. vbi Greg. Lop. & l. 17. tit. 25. libr. 4. Recopil. vbi Azeuedo, qui refert Couar. libr. practicarum quæstionum cap. 21. & Dicacum Perez, & alios Doctores, qui dictus Couar. est videndus de hoc à num. 4. cum sequentibus, omnia iura antiqua & nouiora, & & Speculat. & plurimos Doctores recensens: & ideò instrumentum antiquatum potest renouari iudicis authoritate, † iuxta glossam verbo argum. pro priuilegijs in auth. de hered. & falcidia, §. 1. tenet Bart. in l. si quis ex argentarijs, ff. de edẽdo, §. nec iterum nu. 3. qui Bar. vbi supra nu. 4. contra alios Doctores idem esse dispositum in priuilegijs, quod in cæteris instrumentis, & veram esse glossam supra dictam in verbo argum. pro priuilegijs, pro qua adducit multa iura, quod intelligit verum vbi supra num. 5. dummodò citetur pars, quæ per refectionem, vel renouationem priuilegij, vel instrumenti potest lædi. 742

ET. Cùm appellatio sit defensio, † per c. omnis oppressus 2. quæst. 6. cap. suggestum de appellatio. l. 1. ff. eodem titul. & defensio tolli non possit à Principe, cum sit iuris naturalis per Clementinam pastoralis in fine, † de re iudic. vbi notat Abb. & Cardinalis, & Doctores in cap. 1. de causa possess. & propriet. & Oldral. alios referens in consi. 34. & Socin. consi. 64. lib. 2. & consi. 87. libr. 3. & Fortun. Garc. in l. Gallus, §. & quid si tan- Quæst. 133. 743 744

si tantum. ff. de lib. & posthum. col. 137. dubitatur, vtrum à Principe per priuilegium, vel rescriptum Pontificis possit appellatio tolli. Et cum hæc quæstio sit resoluta à Couarru. in pract. quæstion. cap. 13. à num. 6. qui defendit, dictam appellationem tolli posse priuilegio, vel rescripto, ad eũ vos remitto, qui aliquibus mo
745 re suo vtitur distinctionibus, † ideò datur intellectus illius clausulę tã in priuilegijs, quàm rescriptis ad modũ consuetæ, hoc est, *Supplentes omnes quoscumque defectus iuris*, vt per eam defectus citationis nullatenus sup-
746 pleri videatur, † iuxta ea, quæ expressim notat Staphileus de literis gratiæ & iustitiæ, fol. 145. & optimè Ludouic. Gome. in tractatu vtriusque signaturæ num. 68. quos sequitur Couar. in pract. quæst. cap. 23. nu. 6. vers. Quarto ex his deducitur.

Quæst. 134 Cap. 17. PRÆTEREA cùm iure cõpertum sit, quòd filius naturalis be-
747 ne succedit in iure patronatus, † quod post disputationem resoluit Roch. de Curt. de iure patronat. in vers. competens alicui nume. 6. cum sequentibus. Quæ opinio verior est, licèt ipse contrariam defendere conetur, & veram dicit Azeued. cons. 24. num. 39. ex opinione multorum quos refert. Est etiam animaduertendum, quòd priuilegium legitimationis à Principe, vel Imperatore concessum, non includit, nec comprehendit iurispatronatus suc-
748 cessionem, nec capacitatem, † secundum Abb. in cap. per venerabilem qui filij sint legitimi num. 26. glossa verbo diuersis in fine in cap. lege, distinct. 10. tenet Bart. & communiter Doctores in authen. ex cõplexu, C. de incestis nupt. vbi etiam Cin. & Gemin. in d. c. lege & Roch. de Curt. vbi supra num. 8. de quo tu vide l. 9. tit. 18. par. 3.

Nec omittam, quòd naturalis nõ excluditur à iure patronatus, quod prouenit ex parte matris, vel delatũ per auum maternũ nepotibus suis,
† ita resoluit Anton. de Butr. in con-
silio 30. Et ratio quare priuilegium 739
legitimationis non comprehendit ius patronatus, ea est, quia spirituali causę est annexum, in qua laicus disponere non potest, † per tex. in c.
quanto de iudic. vbi communiter 750
Doctores, cùm annexorũ & connexorum idem sit iudicium, iuxta glos. in verbo, connexa. in d. c. quantò de iudici. tex. iuncta glossa verbo annexi in cap. cum singulis de præbend.
lib. 6. † de qua regula vltra Docto- 751
res in d. cap. quanto videas Felin. in c. postulasti de rescriptis & Hippol. singulari 251. & Guilliel. Benedict. in cap. Rainuntius, verbo & hortũ num. 1. cum sequentibus, quę regula procedit, etiamsi annexum sit maioris valoris, l. etsi, §. perueniamus, ff. de auro & argento legat. & videas Menoch. libr. 1. de arbitrar. quæst. 45. & lib. 2. cẽturia 1. casu 95.

DVBITATVR Deinde, vtrum destructa domo, vel castello Quæst. 135. ędificato per Principis priuilegium, sit priuilegium destructum, & cessauerit eius dispositio. † In qua quæstione videtur, quòd priuilegiũ sit
destructum, & cesset eius dispositio, 752
per l. Abbate in fin. ff. de verborum sign.

sign. cap. 2. de noui operis nuntiat. quia domus refecta alia domus est,
752 † l. inter stipulantem, §. sacram, & §. 1. ff. de verborum obligatio. & qui refecit, nouum opus facit, per iura supradicta, omnia siquidē iura inter
754 itū rei tolluntur, † l. si legati causa, l. ciens, ff. de verbor. sign. tex. in auth. de nuptijs, §. deinceps, l. virum, §. societas, ff. pro socio, l. debitum, C. de pactis, l. 1. ff. quemadmodū seruitu. amittantur, & seruitus semel extin-
755 cta non reuiuiscit, † l. Titia, ff. de seruitut. rusticorum prædiorū, de quo est videndus Ioan. de Platea in l. 1. C. de aquæductu libr. 10. Sed contra supra dicta facit, nam qui reficit, nō
756 videtur de nouo facere, † l. 3. §. reficere, ff. de itinere actuque priuato, l. seruitutes, §. si sublatum, ff. de seruit. vrban. præd. l. & an eadem, ff. de except. rei iudic. sicuti res mutata eadē
757 est, † l. si grege, ff. de legat. 1. Nec obstant iura supra allegata, quia illa habent locum, si omnino esset destructū castellum per priuilegium Regis erectū cū intentione nō reędificādi, quę intentio cessat, reędificando, l. 2. ff. de doli except. l. placet, ff. de opetis libertorū, quia ex facto, vel non
758 facto probatur animus & euētus, † l. si clericus, C. de Episcopali audiētia, c. peruenit 18. dist. l. à Procōsulibus, C. de appellatio. l. qui leuando, ff. ad l. Rhod. de iactu. & quando dispositio est perfecta, ita quòd alteri est ius quæsitum per contractum, vel sententiam, si domus vel res est destructa, & reficiātur, adhuc durat ius
759 alteri quæsitum, † ita Bart. in l. si ita, §. fin. ff. de legat. 1. distinguendum ergo est, quo animo quis rem dissoluit. l. inter stipulantem, §. & nauis, ff. de verborum obligatio. l. quid nō, §. si nauis, ff. quibus modis vsusfructus amittatur, l. quod in rerum, §. fin. ff. de legat. 1. Et est ratio, quia si res destruatur cum spe reparationis, durat res habitu, licèt non actu: sed si destruatur sine spe reparationis, desinit esse, † notat Bald. in libr. 760
feudorum, titul. de pace constant. §. mos Romanorū, vbi tenet, quòd si ciuitas destruatur cum spe reparationis, durant eius priuilegia, quæ in suspenso extant, Innoc. & Abb. in c. cum ex iniuncto de oper. noui nūt. col. 2. Alex. cons. 43. libr. 1. nu. 2. Sit tamen perpetuò est destructa sine spe reparationis, priuilegia delentur, & extinguūtur, † quem Bal. ibi videas. 761
in 1. col. & de priuilegio cōcesso ratione turris, quę destructa est, si alij cōcedatur postquā reędificetur, an possit nocere primo, notat Afflict. de cis. 392. quē vide, & Innoc. in c. ex iniuncto, de oper. noui nunt. & in c. Abb. de verbor. signific. Bart. in l. 3. ff. de colleg. illicitis in fine, Anchar. in dicto cap. cum ex iniuncto num. 9. Anton. de Butr. num. 4. Marcus Mantua c. 1. de electione n. 17. & 18. Præterea, priuilegium cōcessum rebus transit cum illis ad successorem, † secūdum Dn. in regula priuilegiū 762
personale, de regul. iur. lib. 6. nu. 10. & per me in tractatu de Regio patrimonio 7. p. §. 1. n. 1. & deinde priuilegiū mutatur persona mutata, † per 763
l. 1. C. de imponend. lucratiuis descripti. libr. 10. l. licitatio, §. fin. ff de publican. & vectigal. tradit ipse Bal.

in rubr. C. de vsuris, quæst. 4. versic. mutatione personæ, Bart. in l. Paul. in fine, ff. de acquirend. hæredit. Castell. in l. 6. Tauri, in verbo, *De qualquier calidad*, versic. Et quod dixi de bonis, & in l. 13. Tauri, verbo, *Veinte y quatro horas*, vers. Ex quo infertur, Roder. Xuar. in l. quoniam in prioribus in disputation. quæstionis maioratus num. 23. & 24. Parladorius in tract. de rebus quotidian. c. 3. §. 1. nu. 17. in prima impressione, Azeued. in l. 10. tit. 1. lib. 4. Recopil. num. 59. Anton. Gomez in l. 70. Taur. num. 24. Didac. Perez in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordinamenti col. 89. vsque ad 91. Ioan. Gutier. in practicis quæstio. lib. 2. q. 139. nu. 3. & per me vbi supra. nu. 5. Vnde est, quod fructus decimarum est quid temporale, & vendi, & loca
764 ri potest, † vt latè per dict. Azeued. in l. 1. tit. 5. lib. 1. Recop. & post venditionem non dicitur fructus decimalis Ecclesiastica res, & perdit nomen & priuilegiorum, adeò quòd si in laicum fiat alienatio horum bonorū, nō cognoscet Ecclesiastic⁹, sed
775 laicus Iudex, † quia qualitas rei dotalis & decimalis, & aliarū similium rerū, nō trāsmittitur, nisi quādo habet eandem subsistentiam persona mu-
766 tata, sicuti non mutata, † vt latè resoluitur per iura & Doctores in superioribus relatos.

Ques. 136 DEINDE Cùm maritus pos-
767 sit agere pro vxore, † iuxta l. 34. maritus, C. de procur. & iure nouiori peculiari priuilegio sit administrator omnium bonorū vxoris, per ea, quæ tradunt scribentes in l. 55. Taur. & Azeue. in l. 2. tit. 3. lib. 5. Recop. n. 1. qui quam plures refert Doctores, & Greg. Lop. in l. 6. tit. 11. par. 6. in glos. verbo, *Que las no pudiesse veder*, col. 4. versic in Regno vero nostro, & d. Azeued. qui alios refert, in l. 3. tit. 9. d. lib. 5. Recop. num. 22. vertitur in dubium, vtrum maritus de bonis vxoris solutionem recipere possit? † & 768
videtur, non posse. Ratio est, quia coniuncta persona solutionem recipere non potest, † ita Ias. in l. nō so- 769
lum col. 1. ff. solut. matrim. & etiam maritus recipere non potest vxoris debitum sine eius consensu, per tex. expressum in l. cum maritum, C. de solutio. tenet Cassan. in consuetudinibus Burgund. tit. des doct. rubr. 4. §. 5. numer. 48. veritas tamen est in contrarium, & sic maritus poterit debita vxoris sine eius licentia & consensu recipere: quod probatur, quia (vt in superioribus diximus) maritus iure nouiori est administrator omnium bonorum vxoris, & habens administrationem coniunctæ personæ potest recipere debiti solutionem; & debita exigere,
† ita Ias. in l. 3. colu. 1. solut. matri- 770
monio, & ideò pater habens administrationem bonorum filij potest recipere debiti solutionem, secundum Ioannem de Imola, in l. qui aliena, §. quanquam, ff. de negot. gestis, † & quæ dicatur con- 771
iuncta persona, videas apostillam Abb. in cap. nonnulli, §. sunt & alij de rescript. numero 10. vers o, coniuncta persona, & verbo, coniunctæ personæ, & quod hodie vsque ad quartum tantum gradum extenditur coniuncta persona, † tenet 772
Padilia

Padilla in l. transigere, C. de transactio. n. 56. lib. 10. tit. 5. p. 3. & tenet Gratian. in regul. 21. num. 4. contra communẽ de iure antiquo relatam & sequutã, per Iaf. in l. exigendi, C. de procurator. nu. 3. qui ad decimũ gradum coniunctã personam extẽdebat, & multa specialia, quæ in cõiunctis personis admittuntur, quæ in alijs non admitterentur, tradit Hippolyt. de Marsil. in l. vnica, C. de rap tu virgin. numer. 197. cum sequenti-
773 bus. † Nec mirum, quòd maritus exigere possit vxoris debita, cùm verũ sit; quòd coniuncta persona sine licentia nec mãdato potest in iudicio
774 agere, cũ rati cautione, † iuxta l. sed & hæ personæ, ff. de procurator. l. 10. tit. 5. p. 3. vbi optimè Greg. Lop. l. 1. tit. 10. lib. 20. fori regal. l. 5. tit. 10. lib. 1. dicti fori regal. vbi tenet Montalb. impropriè tamen dicitur procu
775 rator coniuncta persona, † tex. & & glos. in l. 3. §. 1. ff. iudic. solu. tenet Iaf. in l. exigẽdi n. 9. C. de procurat. Tiraquel. de vtroq; retract. lib. 1. §. 1. glos. 1. nu. 7. Gregor. Lop. in d. l. 10. glos. 3. Sed limita, & nota, quòd ea, quæ speciale exigunt mandatum, coniunctis sunt interdicta, nisi ipsi
776 mandatum habeant speciale, † l. pater, iuncta l. illud, ff. de minoribus, tenet Cinus, & recentiores in dicta l. exigendi, C. de procuratoribus, & in cap. nonnulli, §. sunt & alij de rescriptis, latè Tiraquel. de vtroq; retract. tit. 1. §. 1. glos. 13. n. 34. & §. 36. glos. 2. n. 14. & §. 1. glos. 10. n. 95. Menesf. Padilla in l. transactionis placitũ n. 20. C. de transact. refer & sequitur Azeu. in l. 8. tit. 11. lib. 5. Recop. n. 10.

ET Quia multoties dubitatur in rescriptis & Regijs priuilegijs eiusdem temporis & qualitatis, quod eorum præferatur? Et vtrum præferatur illud, de quo acquisita sit possessio, licèt sit posterius, & quando tempus datæ attendatur; † cum casus obuenerit, recurre ad tex. in cap. capitulum sanctæ Crucis de rescriptis, vbi plenè notant Doctores, cap. quia cunctis de concessione præbẽdę, lib. 6. c. duobus de rescriptis, eodẽ lib. glos. verbo annexa, in cap. quia sæpè de præbẽdis lib. 6. notat. Dinus in regula qui prior de regulis iuris, lib. 6. num. 1. & 2. vbi apostilla, notat Abb. & Felin. in c. cum re., cap. pastoralis de rescript. Bald. & Imol. in l. si quis filio, §. eius, ff. de in iusto rupto. Barr. in l. absenti, ff. de donatio. Nicolaus de Neapoli in l. si duobus, ff. de excusatio. tutorũ, Angel. Aret. in §. filius familias, inst. quibus modis ius patriæ potest. solut. & Doctores in cap. suo tempore de rescript. lib. 6. & latisimè per Menoch. de arbitrarijs lib. 2. centur. 1. casu 48. & Boer. decis. 150. Gratian. in reg. 404. Thom. Grammat. consil. ciuili 31. numer. 25. Quæs. 137 777

ET Aliquandiu per priuilegiũ conceditur alicui vsusfructus, quandiu viueret, & in humanis ageret: & dubitatur, vtrum per religionis ingressum perdatur talis vsusfructus. † Quo casu tenendũ est, quòd per religionis ingressum non perditur talis vsusfructus, sed transibit in ipsum monasteriũ, & durabit quãdiu vsus fructuarius aget in humanis, per tex. in l. corruptionem, C. de vsufructu, Quæs. 138 778

dicit communem opinionem Soci. conſ.10.n.20. p 1. non enim ſufficit media, vel maxima capitis diminutio, vel mors ciuilis ad vſusfructus amiſsionem, ſed mors naturalis re-
779 quiritur, † per dictam l. corruptionem. Cui concluſioni aſsimilatur illa, verum filio hærede inſtituto, cui facta eſt ſubſtitutio ſub conditione, ſi decedat ſine liberis, ſi efficiatur religioſus & profeſſus faciat locum ſub
780 ſtitutioni & fideicommiſſo, † vel ſpectanda erit mors naturalis. Et quòd in prædicto caſu ſufficiat religio & profeſsio, ad hoc, vt ceſſauerit ſubſtitutio & fideicommiſſum, nec ſit ſpectanda mors naturalis, tenet Bald. in cap. in præſentia de probatio. vbi Felin. & ipſe Bald. in l. cũ acutiſsimi, C. de fideicomiſ. Socin. in l. cum auus, ff. de conditio. & demonſtratio. Quod verum eſt, vbi ille filius ingreſſus eſt religionem mendicantem, & regulam omnino incapacem bonorum: ſecus ſi talis regula, vel monaſterium bonorum fuerit capax: quia tunc mors naturalis hæredis inſtituti eſſet expectanda, ita Alexan. conſ. 13. vol. 3. Boer. deciſ. 354. num. 11. qui in num. 3. & 12. dicit hanc eſſe communem opinionem. Et ratio eſt, quia per ſimplicem ſacerdotium non perditur
781 ius ſubſtitutionis, † ſecundum Corneum in auth. niſi rogati, C. ad Trebel. Anchar. & Imol. in c. in præſentia de probatio. & Boer. vbi ſupra.

Quaeſ. 139 ET Licèt conceſſa ſit facultas hominibus alicuius ciuitatis, vt poſsint ſcindere ligna in aliquo nemore, quamuis multi alij denuo eò deuenerint, & eũ locum inhabitauerint, poterũt tamẽ omnes ligna ſcindere, † l. forma, §. quanquam, ff. de cen- 782
ſibus, Boer. deciſ. 213. num. 12. l. 1. & quæ ibi notat Ioan. de Platea, C. de priuileg. corporatorum. Vnde eſt, quòd penſio quæ alicui domui, vel loco ſemel fuit impoſita, iuxta æſtimationem illius non debet augeri, quamuis domus iſta augeatur, & ſolum tenetur poſsidens ſoluere iuxta penſionem veterem, & iuxta valorem veterem, & non tenebitur ad illud, quod adiunctum fuit, † ita 783
Bartol. & Lucas de Penna in l. in l. in his, C. de prædijs, & omnibus rebus nauicular. lib. 11.

ET Notaueram in materia reſo Quaeſ. 140
lutionem, quòd per quamcumque diſpoſitionem, quãtumuis generalẽ, non cenſetur derogatum priuilegijs clauſis in corpore iuris, etiamſi dicatur, non obſtantibus quibuſcumq; priuilegijs, † gloſ. verbo illic, & Bart. 784
in authen. qua in prouincia, C. vbi de crimine agi oportet, ita Galiaula in l. centurio, num. 78. ff. de vulgari, ex quo datur nouus & ſubtilis intellectus ad l. 20. Tauri, quæ eſt hodie l. 4. tit. 6. lib. 5. Recopil. quæ cùm ſit iuris communis correctoria, videlicet diſpoſitionis legis nõ amplius, §. cum bonorum, ff. de legat. 1. non extenditur extra caſum, in quo loquitur: remanetque dictus, §. cum bonorum in viridi obſeruantia circa illud priuilegium hæredi conceſſum, vt poſsit eligere grauamen ſolutionis certæ quantitatis vini, vel olei, vel tritici quotannis de aliquo prædio ſibi relicto, vel prædium

lega-

legatario relinquere, se à tali solutione eximendo, curamque prædicti prædij relinquendo: quod per mittitur fauore relinquentis munificentiam, † l. si quis argentum, §. si vero, C. de donatio. & ibi Bald. per eundem text. quem valde quotidianum ad hoc asserit Ias. in dict. l. non amplius, §. cum bonorum, n. 3. quod nota, quia nouum.
785

Quæst. 141 SI Principis, que priuilegio, vel munificentia, vel alicuius priuatæ personæ alicui loco pio, vel hospitali, certa quantitas relinquatur pro pauperibus ibidem alimentandis, illo loco pio, vel hospitali destructo, quantitas illa, vel relictum non amplius debebitur, † ita Geminianus in cap. licet de electione in 6. Ias. in l. inter stipulantem, §. sacram num. 3. ff. de verborum obligat. sicuti priuilegium concessum filijs propter parentes, non durat parentibus mortuis, † per l. 2. vbi glos. & Bar. C. de Episcop. & cleric. Ias. in l. filius à patre, §. filius, ff. de liber. & posthu. & ideò priuilegium immunitatis concessum propter paupertatem, cessat diuitijs superuenientibus, † l. cura, §. deficientium, ff. de muneribus & honor. Ias. in d. l. filius à patre, §. filius & concessio facta pro mulieribus pauperibus maritandis restringitur tantum ad virgines maritandas, & non extenditur ad viduas, quamuis illæ essent pauperes, quia talis dispositio refertur ad primas nuptias, † ita Bald. in procemio decretalium, & Ias. in l. diuortio, quod in anno n. 13. ff. soluto matrimonio. & per ea, quod dixi §. in superiorib.
786
787
788
789

num. 705. Et permissio vendendi facta vni non porrigitur ad alium succedentem in illa re, † l. sicut, §. fin. ff. quibus modis pig. vel hypoth. soluitur: nam omnis concessio, que ad factum refert, in dubio censetur personalis, l. idem Iulianus, §. si quis alicui, ff. de legat. 1. & omnis facultas aliquid faciendi personalis censetur, † l. locatio, ff. locati, l. inter stipulantem, §. 1. l. cum quis, l. centesimis, ff. de verborum oblig. & vtrobique scribētes, & Molina lib. 4. de Hispano. primog. cap. 5. num 38. quia prouisio facta per modum dispositionis de casu ad casum non extenditur, sed casus omissus remanet in dispositione iuris communis, l. † si mater, §. fin. ff. de vulgar. vbi Bar. & communiter scribentes, l. cōmodissime, ff. de liber. & posth. l. si extraneus, ff. de conditione causa data, causa non sequuta, Bart. in l. Gallus, §. Et quid si tantū, ff. de lib. & posth. n. 2. & 3. cum seqq. & ibi Ias n. 21. l. vel singulis, ff. de vulgar. l. pater filiū, vbi Angel. eodē tit. tex. in §. vel singulis, instit. eodē tit. hanc dicit cōmunem Petr. Paul. Paris. cons. 87. num. 50. lib. 2. & Molina de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 4. nu. 2. qui in nu. 3. ait, quòd casus contingens præter ordinationem testatoris non comprehenditur in dispositione, etiam si in eo esset maior ratio disponendi, † ex doctrina Cin. in l. quod fauore, C. de legibus, Ancharran. consil. 356. colum. 2. Dec. cons. 218. numer. 11. & cons. 36. col. 2. num. 3. & cons. 291. nu. 7. Aymon Crauet. consil. 161. num. 10.
790
791
792
793

Quæſ. 142 SED omittendum nõ eſt, quòd reſcripta & priuilegia non valeant, ſi
794 continent duo ſpecialia, † ita Bald. in l. 1. in fine, C. quando liceat ab empti diſcedere per legem primam. C. de dotispromiſsione, quem refert Iaſ. conſ. 36. col. 3. verſ. 4. volum. 3. contrarium tamen eſt verius, videlicèt valere reſcriptum & priuilegiũ continens duo, & etiam decem ſpecialia priuilegia: nam certum eſt, quòd in vno reſcripto, vel priuilegio Rex poteſt vni, vel pluribus multa priuilegia concedere etiam ſpecialia, ſicuti in diuerſis, quod quotidie fit; alioqui ſequeretur, quòd Principis poteſtas eſſet diminuta, & limitata, quod eſt erroneum, nec l. 1. per Bald. & ſequaces adducta hoc probat, ſed Bartol. & alij in l. ſi is qui pro emptore, ff. de vſucapio. dicunt in dubio Principem non velle concedere duo ſpecialia contra ius, ſed quãdo in reſcripto appatet, quòd Princeps voluerit plura concedere ſpecialia, quin poſsit, nemo inficiari debet, & in dubio iuri derogare
796 non videtur: † ideò ſpecialia duo inducere non videtur, nec præſumitur, niſi de contraria appareat voluntate. Et ſic debet intelligi dicta l. quidquid in contrarium dicatur: & hac de cauſa Principis ſententia habet vir legis & priuilegij, in caſu
796 ſuper quo lata eſt, & in ſimilibus. † per l. fin. C. de legibus, l. 14. tit. 22. p. 3 vbi Greg. Lopez l. 1. ff. de cõſtitutio. Princip. cap. in cauſis de ſententia & re iudicat. tenet Iſern. in §. prætereà de capitulis Conradi. Corne. conſ. 190. lib. 2. n. 46. Angel. & Alex. in l. 1. ff. de ferijs, Tiraquel de iure primogenituræ, quæſt. 40. numer. 162. Quæ concluſio limitatur, & locum non habet, quando eſſet lex aliqua, per quam caſus ille decidi poſſet, quia non eſt præſumendum, Regem voluiſſe derogare, quod lege ſtatutum erat: † & quòd aliquo particulari reſpectu motus fuit 797
ad illum caſum decidendum per ſententiam, ita gloſſa, Bald. Salicet. & Fulgoſ. num. 7. in d. lege fin; C. de legibus, vbi communem dicunt Imol. & Felin. in d. cap. in cauſis n. 4. & cõmunem dicit Burg. de Paz in proœmio legũ Taur. n. 450. cum ſeqq. & ad hoc quod Regis ſentẽtia habeat vim legis & priuilegij, requiritur, quòd ſit lata ad petitionẽ vniuerſitatis, vel quòd Rex voluerit, dare per eam legis formam, † ita Paul. in 798
l. 1. ff. de conſtitutio. Princip. num. 5. Iaſ. num. 10.

ET Quando ciuitas vel Eccleſia, quæ deſtruitur authoritate ſuperioris, propter delictum perdat nomen ciuitatis vel Eccleſiæ, & quid quando deſtruitur ab hoſtibus, & vtrum priuilegium exemptionis conceſſum monaſterio extẽdatur ad futuras capellas vnitas monaſterio, & an priuiulegium conceſſum decimis non ſoluendis extendatur, & trahatur ad futura prædia, & an priuilegium vel ſtatutũ, quòd quis non teneatur ſoluere collectas de rebus ſuis, extendatur ad bona poſtea quæſita: & an ciuitas quæ augetur, & ſugitur nouis muris, dicatur ciuitas totũ augmẽtum: & alia plurima huiuſmodi, † vide latè per Auiles in cap. 799 Quæſ. 143
correcto-

correctorum in proœmio in verbo, *Istas*, per plures numeros, vbi multa iura & Doctores recenset in hac materia motus illo iuris principio, quòd pacta habita in dote censentur repetita in augmento dotis, & quod iuris est de toto, censetur & de eius aug-
800 mēto, † l. etiā, C. de iure doti. de quo augmēto facit vnū tractatum Alber. Brun. in 2. volumine tract. Doctorum fol. 168. quem videas, maximè in 9 par. principali, fol. 177. colu. 2. qui Albertus Brun. in dicta 9. part. nu. 16. agit, vtrum rescripta & impe
801 trationes trahantur ad futura, † allegans cap. fin. de rescript. & Clemēti. literas eod. tit. vbi late Imol. text. in l. 3. §. illud, ff. quod quisque iuris, vbi Alex. & Doctores, in quibus priuilegijs seu rescriptis semper supplica attendenda erit. Nam responsio debet interpretari secundum suppli
802 cam in priuilegijs & rescriptis, † per l. 1. C. de diuersis rescrip. vbi latè Ias. & tenet Greg. Lop. in l. 26. tit. 11. p. 5. in glos. verbo, *La respuesta*, & nil mirū, cū sententia debeat esse conformis libello secūdum regulam vulgarē. †
803
Quæs. 144 Cap. 18. ET Quia multoties à testatore relinquitur legetum vel anniuersarium, vel quod de aliquo prædio soluatur ab hærede quotannis certa vini, vel olei quantitas, est notandum, quòd poterit hæres prædium legatario tradere, & à tali solutione se liberare, vel ei asignare aliquam vineam, vel oliuetum ex testatoris bonis, de quibus posit sibi dictum legatum quotannis assumere: & tenetur talis legatarius etiam inuitus assumere, & cu-

ram culturam habere, quod conceditur fauore & priuilegio facientis munificentiam: † ita notabiliter 804
tenet Bald. in l. si quis argumentum in fine principij, C. de donatio. per tex. ibi, & Ias. in l. 2. §. mutui datio, numer. 8. circa fin. ff. si cert. petat. in in versic. Decimoseptimo notabiliter fallit, l. cum fructu eius, cum l. sequenti, ff. de vsufructu, l. filius familias, §. 1. ff. de legat. 1. tenet Felician. de censibus tom. 1. lib. 3. cap. fin. nu. 1. Lasarte de decima, cap. 10. num. 75. Lara de anniuersarijs, lib. 1. cap. 8. num. 26. quod est menti tenendum, quia quotidianum & honorabile, vt ait Ias. vbi supra, & poterit multoties in aliquo simili Regio priuilegio exemplificari. Et cùm licita sit munificientia & donatio cōcubinæ facta, Quæs. 145 805
† per l. affectionis, l. donationes, quę in concubinam, ff. de donatio. vbi Doctores, & quos refert & sequitur Anton. Gom. in l. 53. Tauri n. 68. est aduertendum, quod peculiari priuilegio clericus non potest suę concubinæ donationem facere, † vt latè 806
tradit Palac. Rub. in repetione rubr. de de donatio. inter vir. & vxor. §. 39. Didac. Perez in l. 1. titul. 3. lib. 1. ordinam. colu. 98. Roland. à Valle consil. 68. à num. 1. cum seqq. Ioan. Gutier. de iuramento confirmat. 1. par. cap. 6. numer. 5. quod etiam est militibus prohibitum, cum fuerint armatæ militiæ, † l. 2. C. de dona 807
tio. inter vir. & vxor. l. miles ita, §. mulier, ff. de milit. testamento, tenet Cin. & Doctores in d. l. 2. & Palac. Rub. vbi supra, §. 37. verf. hæc tamē limita. Ioan. Gutier. vbi supra nu. 2.

N 4 quod

quod extendit in num. 5. & sequenti ad Doctores, & licentiatos, & ad milites nostri temporis, qui parati sunt ad prælium & destinati in certo loco pro eius defensione, & ad cōmendatores quatuor ordinum militarium ex dicto peculiari priuilegio, per quã
808 plura iura & Doctores adducens, † qui limitat in num. 11. in donatione facta concubinæ militis, vel clerici ob benemerita, dummodo proben-
809 tur, & adequentur donationi: † & licèt Rex sit caput militū, & quatuor ordinum militarium, tamen poterit cōcubinæ donare, quia hoc in Rege est priuilegium facere, quod est ei
810 permissum, † secundū Palac. Rub. vbi supra versi. Ex quo infertur. Sed si concubina clerici fuerit iam emēdata, factaque bonæ famæ, nec concubinatus durabat tempore donationis, valet donatio à clerico milite, &
811 Doctore in eam facta, † per glos. verbo, cadere, in l. miles ita, §. mulier, ff. de milit. testam. quæ est communiter ab omnibus approbata, ita Capitius in decis. 102. Gomez de Leon in sua centuria cap. 45. nu. 2. Palac. Rub. in repetione rubr. §. 39. vers. Vnum non est omittendum. Et in casu in quo non est permissa prædicta donatio in concubinam facta à clerico milite, vel Doctore, vt supra dictum est, si facta fuerit applicabi-
812 tur fisco sęculari, † secundum Anto. Gom. in l. 53. Tauri nu. 68. in fin. per l. mulierem, ff. de his quibus vt indignis, l. hereditas, C. eod. tit. vbi DD. & secundū Palac. Rub. dicto §. 39. vers. Vnde non valebit donatio, & Ioan. à Garron. in l. 1. C. de secundis nupt. nu. 28. Gam. in decis. 58. 1. p. vbi additio Mene. & Pereg. de iure fisc. lib. 2. tit. 9. de concubinis, de quo late est videndus Padilla in rub. C. de fideicōmiss. n. 18. & dictus Ant. Gom. in l. 9. Tauri n. 21. agentes de tacito fideicommisso, de quo vltra eos est videndus Azeued. in l. 6. titu 8. lib. 5. Recopil. à numer. 16. cum sequentibus, & frater Manuel Rodriguez in sua summa cap. 121. & Bernard. Diaz de Lugo in sua praxi canonica, c. 58. vbi additio Ignatij de Salzedo.

860 qui appellauit, † ex doctrina prædictorum Doctorum, & ex decisione tex. in l. si instituta. §. fin. ff. de inofficioso testament. l. Imperatores, ff. de tut. & ratio. distrahend. tenet Palac. Rub. in d. cap. per vestras. §. 39. Couarru. in pract. quæstio. c. 6. num. 5. cum sequentibus, Rebuffus ad Regias constitutiones, tit. de senten. præiudicialibus à num. 103. cum sequentibus, & in glossis sequentibus, & in procemio dicti tituli num. 108. & in artic. 1. gloss. 2. nu. 22. & artic. 3. gloss. 7. Matth. de Afflict. in decisione 70. & 71. Ægid. Bossi. in pract. tit. de alimentis præstandis pag. 375. Molin. de Hispan. primogen. 2. p. lib. 2. cap. 16. à num. 25. cum sequentibus, Menoch. de arbitrar. lib. 2. centuria 2. casu 169. à num. 11. cum sequentibus. Quæ alimenta in omnibus casibus, in quibus præstari debent, petenda sunt, & præstanda in domicilio præ-
861 stare debentis peculiari priuilegio, † glos. celebris in verbo alteruter in l. cum hi. 5. in causa. ff. de transaction. quam sequitur Bart. in tract. de alimentis nu. 24. & in l. 1. ff. de alimen. & cib. legat. nu. 4. & Paul. de Castr. in d. §. in causa, & Menoch. lib. 2. de arbitrar. centur. 2. casu 170. n. 8.

Quæst. 159 PRÆTEREA cùm aliquando priuilegiũ concedatur alicui pro se, & sua domo, animaduertendum est, quod tale priuilegium etiam familiæ concessum intelligimus: cum nomine domus familiã semper cõprehendamus, † iuxta illud Lucæ c. 862
1. *Cui nomen erat Ioseph de domo Dauid*. Et illud, *Et regnabit in domo Iacob in æternum*. Et iuxta illud Vergilij.

*Cũ domus Assaraci, Othyam, clarasq; Micenas*
*Imperio premet, & victis dominabitur Argis,*
*Sergestusq; domus tenet, à quo Sergia nomen.*

Et ita in Hispania familiam pro domo dicere consueuimus, vt tenet Ioan. Garcia de nobilitate glos. 18. n. 41. qui in glos. 48. num. 19. tenet cum Alciat. Alex. Imol. & alijs: quod ad hoc, vt priuilegiati iustè conqueri possint, debet præcedere realis perturbatio, & nõ sufficit verbalis. † Ex 863
quo nota, quòd licèt iurisdictio delegata non sit prorogabilis de vna persona in alias in priuilegio, vel rescripto nõ expressas, † per tex. in c. P. & 864
G. de officio de legat. vbi tenent Doctores: in tantum quòd si rescriptum est impetratum contra Titium, qui tẽpore impetrationis erat mortuus, non transit in eius successores, † vt 865
in l. Neratius. ff. de regul. iuris, notat Abb. in cap. significauit de rescriptis num. fin. & Matth. de Afflictis decis. 227. num. 1. & 2. tamen iurisdictio delegata extenditur ad citationem personæ non cõprehensæ in rescripto, & ad alia annexa, † secũdum Pau. 866
de Castro in l. venditor, ff. de iudic. Abb. Sicul. & alios in dicto cap. P. & G. quia hæc citatio, & annexa videntur in consequentiam commissa, per l. 1 C vbi in rẽ actio. & quia ratione connexitatis extenditur ius exorbi-

867 exorbitans,† vt in l. 2. C. de consortibus, eiusdem tit. & in Clementina si religiosus de procurat. ita Afflict. vbi supra num. 3. & ratio potest esse, quia licèt in priuilegio & rescripto non possit fieri extensiua interpretatio, potest tamen fieri interpreta-
868 tio comprehensiua, † ita Innoc. in cap. Episcop. de rebus Ecclesiæ non alienand. vbi tenet Abb. nu. 3. Barbacia num. 4. Veroius num. 10. & est communis opinio, secundum Felin. in rubr. de rescriptis num. 5. & ideò si causa cōmittitur intra certũ diem terminanda, per lapsum diei expirat iurisdictio, nisi de partium consensu
869 prorogetur, † per text. expressum in cap. causis de offic. & potest. iud. deleg. vbi notant Doctores. Adde tamē, quòd licèt regulariter priuilegium, vel rescriptum, prius in data
870 præualeat secūdo & posteriori, † per text. in cap. capitulum sanctæ crucis de rescript. cap. duobus eodem tit. lib. 6. vbi tenent communiter Doctores, benè Ioan. de Selua de beneficijs, 3. par. 3. q. 3 & est text. in l. 27. tit. 18. par. 3. latè Grati. qui ponit regulam cum ampliationibus & limitationibus in regula 404. & tradit plurima Menoch. de arbitrarijs lib. 2, centuria 1. casu 84.

Est notandum, quòd quando priuilegium vel rescriptum est eiusdem diei, illud præfertur, ex quo primo
871 fuerit possesio illata,† C. duobus, §. fin. de rescript. lib. 9. tenet Guid. Pap. consf. 189. ad finem vers. alia etiam ratione, quod procedit, quando ambo impetrantes sunt pares in tēpore, & verè ignoratur, quale priuilegium vel rescriptum sit prius, & quale posterius concessum sit, quia tunc præfertur qui in possessione repertus sit, text. in cap. à sede primo responso de præben. lib. 6. tenet Decius in l. cum quid prima lectura, ff. si cert. pet. num. 19. Ias. in cons. 102. num. 2. vers. Secundo moueor. lib. 2. Ruin. cons. 19. nu. 9. libr. 1. Nata cons. 351. lib. 2. Felin. in c. capitulũ sanctæ crucis de rescriptis n. 16. quem videas, Menoch. vbi supra nu. 10. & 13. cum seqq. quibus illud simile est, quod secundum Luc. de Pen. in l. 1. C. de præfectis prætorio libr. 12. quando quis primo loco fuit promotus ad offitium, & secundo loco alius etiam promotus est, is, qui habuerit primo literas, & possessionem, præfertur, † argumento l. 1. C. de Consulibus, lib. 12. quæ est cōmunis opinio teste 872
Barbac. & Felin. in c. sciscitatus de rescript. & Boer. in decis. 150. nu. 6.

ESTQVE In hac priuilegio- Quæst. 160
rũ materia vnũ speciale, quòd Princeps de iure aufert priuilegium vni, & alteri confert,† per cap. conquæ- 873
stus, vbi notant Doctores 9. quęst. 3. c. frater 16. quęst. 1. tenet Guid. Pap. in cōs. 65. n. 4. vers. de iure enim Princeps, & licèt instrumēta cōmunia debeāt esse apud antiquiorē & digniorē, vt in superioribus resoluimus, peculiari priuilegio est in hoc notādũ, quòd si duo sint fratres, & vnus maior natu, penes quē sunt instrumēta, licèt minori postea succedat fiscus, non erũt penes fiscũ instrumenta, licèt fiscus sit dignior. Sed si dignior factus est vilior propter maleficium, instrumenta sunt ei auferenda, &

penes

874 penes consortem deponenda. † Et ratio est, quia instrumenta penes viles personas non debent stare, ne eli
857 datur ex hoc illarum veritas: † ita tenet Bald. in l. procurator. C. de edẽdo, & Bonifacius in glossa Peregrina in parte diuisio, versic. nec diuidentur, verbo honoratior, folio. 133. col. 2.

Quaest. 161 SED est vlterius notandum, quòd iudex executoralis, cuius sententia non poterit præiudicare debitori, nec ei auferre ius suum, vel
876 priuilegium, † secundum Bald. in l. 1. num. 2. C. si seruus extero, quem refert, & sequitur Lasarte de gabellis, cap. 15. numer. 9. post medium, quoddã statutum ad hoc propositũ adducens, eodemq; modo, qui priuilegium, vel rescriptum consequitur, non poterit priuilegio, vel rescripto renuntiare, si illud in iudicio pro
877 duxit, absque aduersarij consensu: † ita Felin. in cap. prudentia in fin. de mutuis petitio. l. si iudex circunuento, ff. de minoribus, vbi Bald. quem refert & sequitur Tiraquel. de retractu lignagier. num. 26. Ioan. Gutier. in pract. quæstio. lib. 2. q. 22. num. 5. ad finem, & in num. 6.

Quaest. 162 QVIBVS conuenit interpretatio, l. 12. tit. 8. lib. 5. Recopil. vbi habetur, quòd bona morientis ab intestato absq; hæredibus ascendentibus & descendentibus, & collateralibus fisco applicantur: nã intelligẽda est, absq; correctione l. 6. tit. 13. part. 6. quæ disponit, quod ad hoc, vt fiscus habeat hæreditatem moriẽtis ab intestato, debent deficere hæredes vsque ad decimum gradum, aliàs fiscus excludetur, † secundum Greg. 878
Lopez in dicta l. 6. in verbo, *deceno grado*, vbi latè. Deduciturq; ex supra dictis, vtrum deficiẽtibus hæredibus vsq; ad decimum gradum, admittatur fiscus excluso viro, & vxore, eorumq; priuilegio à iure quæsito per l. primam, & authenticam prętereà, C. vnde vir, & vxor, & per l. 6. & 7. tit. 13. part. 6. de quo passim tradunt Doctores. † In quo articulo tenet 879
Tellius Ferdinandez in l. 32. Tauri, num. 4. & in l. 3. Tauri. 3. p. num. 13. quòd fiscus admittatur excluso viro, & vxore, quem sequitur Olanus in concordia antinomiarum litera V. num. 12. & in correctione legũ partitarum in partita 6. numer. 118. Sed veritas est in cõtrarium, & sic, quòd in tali casu maritus, & vxor fisco pręferantur; ne detur correctio legum in casu adeò speciali, & fauorabili, quod tenet Didacus Perez in l. 20. tit. 18. lib. 8. ordinament. pag. 371. col. 2. & Matienç. in l. 12. tit. 18. lib. 5. Recopil. glos. 2. num. 2. & ibidem Azeued à num. 2. & Ioann. Gutierr. in pract. quæstion. lib. 2. q. 113. & Ioan. Garc. Galleg. in tract. de nobilitate §. 1. glos. 3. num. 28. qui Palac. Rub. citat, expresseq; traditur in d. l. 6. tit. 13. part. 6. in fine, vbi Gregor. Lop. & facit lex. 6. in fin. tit. 4. lib. 5. Recopil. de cuius legis dispositione, & de l. 12. tit. 8 lib. 5. Recopil. & de earum concordia est videndus Azeuedo in l. 12. numer. 4. qui optimè loquitur,
† quæ Ioan. Garc. & aliorum opinio 880
fulcitur, quia lex generalis noua non corrigit legem specialem antiquam, vel habentem priuilegium speciale

881 in eadem materia, † per glossam ver bo non compelli, in l. sciendum, ff. qui satisdare cogan. quam dicit notabilem Bart. ibidem num. 12. & est communis secũdum Ias. ibi num. 4. & in l. bonorum, C. qui admitti nu. 13. & est glos. similis in l. 3. C. de silentiar. lib. 11. & est text. singularis in l. in fraudem. §. fin. ff. de militari testamen. tradit Ripa in l. 1. ff. soluto matrim. num. 14. & 15. & latius ipse in l. fin. C. de reuocand. donation. n. 170. & Costa in cap. si pater de testamentis lib. 6. in verbo *habens*, num. 9. & Menoch. de adipiscenda possess. remedio 3. nu. 79. facitq; pro prædicta vera quæstione, quòd priuilegiũ in casibus non priuilegiatis, iure communi in dote, vel respectu mariti, &
882 vxoris non procedit, † secundũ Menoc. de præsumptio. lib. 3. presumpt. 14. num. 2.

Quæst. 163 NOTA tamen, quòd si à Principe priuilegij causa, vel à testatore legati causa aliquid relinquatur cum grauamine eligendi vnum consanguineum, cui posteà relinquatur, nõ censetur grauatus ad electionẽ proximioris, sed potest eligere remotiorem, dummodò sit ex cõsanguineis:
883 † ita tenet Pelaez de Mieres de maioratibus. 1. part. q. 72. alios referens per l. vnum ex familia. §. si de falcidia. ff. de legat. 2. l. filius familias. §. cum pater, ff. de legat. 1. quem sequitur Ioan. Gutier. in pract. queſtion. lib. 2. q. 67. num. 3.

Quæst. 164. NEC prætermittẽdam decreui illam difficilem quæstionẽ, huc vsq; nondum decisam, vtrum priuilegiũ, & gratia à Principe cõcessa per l. 6. tit. 7. lib. 5. Recop. vbi habetur, quòd successor in maioratu non teneatur vxori, vel eius hæredibus præstare medietatem æstimationis expensarum in reparatione domorum, & aliorum ædificiorum maioratus factarũ, loquatur, & restringatur eius dispositio tantum ad maioratus successorem, vel habeat etiam locum in bonis, quæ marito supersunt ex acquisitis constante matrimonio, vel cõtrà, eius hæredibus, à quibus vxor suam medietatem estimationis illius quantitatis, quam maritus in dictis ædifficijs maioratus consumpsit, petere possit. † Quam quæstionẽ post 884 longam pro vtraque parte disputationem cogitandum reliquit Burg. de Paz Iunior in q. 8. & Ioann. Gutierr. in pract. quæstion. lib. 2. q. 82. numer. 3. Sed maturius considerans semper tenerem, dictam l. 6. titul. 7. lib. 5. Recopil. tantum intelligẽdam esse respectu successoris in maioratu, & non respectu mariti, vel eius hæredum, à quibus vxor optimè poterit recuperare medietatem esti mationis illius quantitatis, quæ ex bonis constante matrimonio lucratis maritus maioratus possessor consumpsit in reparatione domus, vel in alijs ædificijs in bonis maioratus factis. Primò, quia de iure regio bona cõstante matrimonio queſita communicantur inter virum, & vxorem, † per l. 1. tit. 3. lib. 3. fori 885 Regal. l. 2. & 5. tit. 9. lib. 5. Recopilation. text. in cap. significauit de donation. inter virum, & vxorem, vbi scribentes. Et casus omissus à nostra l. 6. noua est intelligendus secun-

886 secundum ius antiquum,† l. si vero, §. de viro. ff. soluto matrimon. & lex noua simpliciter, aut generice loquens est accipienda, & intelligenda secundum interpretationem, &
887 distinctionem legis antiquę,† l. sciendum in principio, ff. qui satisdare cogant. l. decurionibus, C. de silentiarijs lib. 12. tenet Molina de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 23. num. 20. Facit præterea pro hac parte, quia successor in maioratu tenetur de æstimatione expensarum in bonis maioratus consumptarum satisfacere cre-
888 ditoribus illius, qui eas consumpsit:† iuxta opinionem Burg. de Paz Iun. in q. 7. à num. 45. cum sequentibus, quam disputat & defendit Ioan. Gutierr. in pract. quæstion. lib. 2. q. 84. contra aliorum distinctioné. Et hæc pars, quam defendo in principali quæstione, videtur defensa, & etiam sequuta à dicto Burg. de Paz in d. q. 8. in fin. qui omnes supra relati Doctores, & quos refert Ioann. Gutier. dicta q. 84. num. 4. concordi iudicio tenent, quòd quando maritus maioratus possessor fecit prædictas expésas ex bonis dotalibus suæ vxoris, poterit vxor, vel eius hęredes, si mortua fuerit, à marito viuo, vel eius hæredibus petere æstimationé ædificioru, vel expensarú in rebus maioratus fa-
889 ctarú,† quod tenet Burg. de Paz in d. q. 7. nu. 51. & Ioan. Garc. Galleg. de expensis & melioratio. c. 13. nu. 48.

Quæst. 165 Adde etiam, quòd licèt Princeps non possit priuilegium concedere, nec quicquam disponere contra ius gentium, vel naturale, aut diuinum,
890 nec contra vtilitatem publicam,† vt latè per Salicet. in l. omnes. C. si contra ius, vel vtilit. public. Matth. de Afflictis in decis. 391. nec contra iura spiritualia secundum Panormit. in c. 1. nu. 7. & 8. de sponsalibus, quæ opinio est magis cōmunis teste Anton. Gom. in l. 49. Tauri n. 2. Couar. in 4. de sponsalibus 2. p. c. 3. §. 8. n. 6. Greg. Lop. in l. fin. tit. 3. part. 4. glos. magna post principiú, Ioan. Gutier. in pract. quæstion. lib. 2. q. 1. nu. 6. benè tamen poterit, legem diuinam, & iura naturalia distinguere, limitare, & declarare:† ita habetur in glos- 891
sa magna in principio in l. fin. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam, & etiá glossa magna in l. 1. ff. de constitutio. Princip. vbi tenet Bart. nu. 3. & in l. omnes populi, ff. de iustitia, & iure nu. 22. Anton. Gom. plures Doctores allegans in l. 3. Tauri nu. 24. Ioan. Gutierr. in pract. quæstion. dicta q. 1. num. 18.

QVIBVS accedit, quod quádo Princeps priuilegium concedit, Quæst. 166.
est interpretandum, quòd regulariter nō videtur tollere, nec derogare
statutum ciuitatis,† tex. in cap. 1. de 892
constitut. lib. 6. & in cap. si propter tua de rescript. eodem lib. tenet Innocent. in c. veniens de præscriptio. & in c. 1. de præbendis lib. 6. Curt. Senior consil. 103. nu. 6. & 10. lib. 3. quod procedit, licèt princeps dicat, *Non obstantibus quibuscunq; legibus*, nam adhuc prę sumitur noluisse tollere ciuitatis statuta, etiamsi in dicto priuilegio adiecta sit clausula motu proprio, secundú Geminianum in c. si cui de præbend. lib. 6. col. 4. versic. licet motu proprio, Imola in c. cōstitutus,

tutus vers. per prædicta de rescript. vbi Felin. & ipse in c. cum olim de re iudicata, Ripa in c. aures n.32. de rescript. quod tenet Menoch. de præsumption. lib.6. præsumpt.39. à n.1. vsq; ad 5. qui in n.6. limitat prędictã quæstionẽ, quando in priuilegio adiecta fuit clausula, *Pro expressis haben tes, &c.* Quia tunc tẽporis priuilegiũ concessum cõprehendit statutũ ciui
893 tatis,† qui Menoch. quã plures DD. refert, quos apud eum videre licet.

Quæst.167 Cessionarius prætereà, & fideiussor, cui à creditore sunt actiones cessæ, gaudet omni priuilegio prælationis, quod cedens habet contra debi-
894 tores, & alios creditores,† per l. mandati actio. C. mandati, l. si prior. §. actio. ff. qui potior in pig. habe. tenet Paul. de Castr. in l. Modestinus, ff. de solutio. n.2. & latè Ioan. Gutier. allegat.4. à nu.4. cum seqq. & Felic. de censibus lib.3. c.3. n.5. Si in priuilegio tamen alicuius ciuitatis Princeps illius limites declarauerit, & distinctè affirmauerit, & contrariũ per publicum instrumentum affirmatũ reperiatur, magis creditur testimonio Principis, quàm instrumento pu
895 blico,† secundũ Andr. de Isern. in §. scimus quo tempore miles in vsibus feudorum: notat Ias. in cons.65. lib. 3. Et tradunt plures Doctores, quos latè refert & sequitur Aymon de antiquitate tempor. 1. p. nu.1. cum pluribus sequentibus fol.25. quia per priuilegia Principum constat de limiti-
896 bus,† vt probatur in §. dictum insti tuta quibus mod. ius pat. potest. soluit. notat Bald. in l.1. C finium regũdorum, maximè quando priuilegiũ est antiquum: nam in probandis rebus, & factis antiquis leuiores probationes, & testes de auditu sufficiũt,† 897
iuxta notatè in l. cũ aliquis. C. de iure deliber. & in c. cũ causam deprobation. l.1. §. idem Labeo, ff. de aqua pluuia arcenda cũ concordantibus.

ET vnum circa locorum pascua Cap. 20
est notandum, quòd quoties pascua nõ sufficiunt, communio pascuorũ, quæ est inter aliquas ciuitates, & loca dissoluitur:† ita Abb. in c. dilecti 898
n.7. de arbitr. Roderic. Xuarez allegatione 15. in fine. Et alij, quos refert, & sequitur Couarr. lib.1. variarum resolutio. c.17. nu.11. vers. his verò.

ET nunquam obliuiscaris, quòd Quæst.168
quod ea semper Principis est mens, quòd quando priuilegiũ incipit esse nociuũ, ipso iure reuocatũ censetur,† 899
C. suggestum de decimis, l. ex facto, ff. de vulgar. l. nemo, vbi Ioan de Platea, C. de dignitatibus lib.12. l.43. tit. 18. part.3. ibi: *Que se torne en daño de muchos comunalmente, tal priuilegio como este dezimos, que de la Era quẽ començò a tornarse en daño de muchos, que se pierde, y no deue valer.* Et ratio est, quia noua causa superueniens tol
lit priuilegium,† vt per Tiraquel. in 900
l. si vnquam. C. de reuocand. donat. verbo donationem largitus, nu.279. Quia etiã leges ex causis iustis posteà emergentibus mutari debent, c. non debet de consanguinit. & affinit. l.11. tit.1. part.1. ibi: *E non deue auer verguença en mudar, e emendar sus leyes, quando entendiere, o le mostraren razon por do lo deua hazer.* Publica namq; vtilitas est finis legum, & aliarum dispositionum Principum,† vt 901
patet

patet ex proœmio partitæ.1.cum pu blica vtilitas semper præferatur priuatæ, per authent. res quæ C. cōmunia delegatis; & vbicunq; Princeps concedit priuilegium in his, quæ recipiunt causæ cognitionem, vel par tem multum lædunt, debet pars cita
903 ri, † vt notat Bart. in l. 2. notabili 2. C. de temporibus appellat. & alij quos citat Tiraq. in tit. res inter alios acta, versic. quinto hinc est, & dicit ad pro positum Bald. in extrauag. ad reprimend. in verbo videtur circa finem, quod Princeps per priuilegium non potest tollere præscriptionem præteritam, per quam ius parti quæsitum
904 fuit, † notat Balb. de præscript. 5. p. quintæ partis principalis q. 8. nu. 1. Quod confirmatur ex dictis per Aymon de antiquit. tempor. 4. p. n. 210. quod latè firmat Bald. in l. Imperium, in lectura. 1. col. 3. nu. 10. ff. de iurisd. omni. indic. & alij, quos refert Pinel. de rescind. vēdit. 1. p. c. 3. n. 4. Et hinc est, quod ius acquisitum per præscri ptionem difficilius amittitur, quā ius
905 acquisitum per priuilegium, † secun dum Innocent. in c. accedentibus, versic. vnde si fortè de priuilegijs, Felin. in c. accedentes de præscription. limit. 4. Aymon de antiquit. tempor. 4. p. n. 211. quem vitiosè retulit Auēdan. de exequend. mand. regū. c. 1. n. 24. versic. interest tamen. Itē, quia multoties in priuilegijs à Principe concessis, & in legibus Regalibus inueniuntur illa verba, *Nullatenus, nullo modo, deinceps, vlterius*, est notandum, quod talia verba omnem ca-
906 sum, & causam comprehendunt, † per tex. in c. Constantinus 3. q. 1. vbi probatur, quòd per talia verba est sublata potestas dispensandi ab inferioribus, glos. in Clement: hi qui de ætate, & qualitate, l. fin. C. de testam. milit. ibi: *Nullo modo concedimus*, & talia verba significant priuationē ipso iure secundum Bald. in c. cum accessissent col. 3 de constitut. versi. alterius esset, vbi Barbac. & ipse Bal dus in c. si diligenti de foro compet. & in l. fin. C. si quibus ex causis maiores, Tiraquel. in l. si vnquam. C. de reuocand. donat. in verbo reuertatur n. 106. Et quod per illam dictionem vlterius, ipso iure tollatur ius pe tendi, † tenet Bald. & Barbac. Cor- 907
set. & alij, quos refert, & sequitur Ti raquel. in dicto verbo, *Reuertatur*, dicto n. 106. & faciunt per nos tradita in tractatu de Regia gabella. 4. p. 5. 2. à nu. 54. & per Azeued. in l. 3. tit. 4. lib. 1. Recopil. nu. 4. Ex quibus datur intellectus ad l. fin. tit. 15. lib. 4. Recopil. ibi: *No lo puedan pedir mas*, & ad l. 2. tit. 20 dicto lib. 4. ibi: *Que no puedan suplicar*: & ad l. 10. tit. 7. lib. 5. ibi: *No pueda auer otro pleyto*: & ad l. 1. tit. 8. dicto lib. 4. noue Recopil. ibi: *Y no dende en adelante*, quæ omnia verba priuationem important, † vt 908
in simili statuto tenet Rebuffus ad Regias constitutiones Gallicas, tit. de mercatoribus minutatim venden tibus art. 1. glos. 19. tom. 2. qui alia iura allegat. Et datur etiam intellectus ad l. 1. tit. 2. lib. 5. Recopil. ibi: *Ni se entienda ser mejorada tacita ni expressamente por ninguna manera de contrato entre viuos.* De qua per Morquechū de bonorum diuisione lib. 4. c. 13. à num 38. cum sequentibus.

Quæst. 169 GRATIAM tamen obtinens, seu remissionē de homicidio, quod aliàs perpetrauerat, si cōtingat, aliud homicidium reiterasse, de quo habuit similiter à Principe gratiam, & remissionē, non facta mētione præcedētis homicidij, nō erit à secundo homicidio liberatus, & nihilum sibi gra-
909 tia, aut remissio suffragatur, † secundum Guilielm. de Cun. in l. 3. C. de Episcopal. audient. sequitur Andr. Barbac. In c. super literis de rescript. 24. col. subdens ex hoc Bononiæ vidisse quendam decapitari, quia non fecerat mentionem in remissione secundi homicidij de gratia, & remissione obtenta de præcedenti homicidio. Idem refert, & sequitur Ias. Mayn. in l. præscriptione. C. si contra ius, vel vtilit. publicam, & in l. nec damnosa, per text. ibi. C. de precibus Imperat. offerend. & Felin. in cap. postulasti de rescriptis, & Thomas Grammat. in voto 10. num. 12.

Quæst. 170 SED si per priuilegium, vel gratiam Principis concessus fuerit alicui vsusfructus alicuius prædij, vel cuiuslibet rei fructiferæ, talis vsusfruct' finitur per spatium centum annorū,
910 † l. an vsusfructus, ff. de vsufructu, vbi Angel. & Doctores, l. 26. tit. 31. part. 3. Quod limitat Greg. Lopez in dicta l. 26. in glos. verbo, *Ciē años*, quando in priuilegio, vel gratia adiectum fuerit illud verbum perpetuo, qui ponit alias limitationes.

Quæst. 271 VERBA etiam priuilegij, vel
911 scripturæ debent esse manifesta, † & non obscura, l. 3 tit. 4. par. 1. ibi: *E poresso non lo deue hazer en manera que no muestre bien y abiertamente lo que dixere.* Vnde est, quòd quando verba priuilegij, vel scripturæ sunt ita obscura, quod nullum habent intellectum, nec valet priuilegium, nec scriptura, † glos. in cap. 1 de summa 912
Trinit. & fide catholica, in verbo simplex, vbi tenet Abb. colum. 4. & Bald. in l. voluntatis, C. de fideicommis. quos refert, & sequitur Greg. Lop. in dicta l. 3. tit. 4. par. 1. in glos. verbo, *Que no muestre bien.* Ex quibus deducitur illa quæstio per Doctores valde controuersa, videlicet, quòd si concessum fuerit alicui, vt vendat rem immobilem inalienabilem, dummodo ex illius pretio alia prædia emat, tenetur illa emere in ciuitate sua, & non satisfacit emendo in alio territorio, † ex opinione Ale 913
xand. quem refert Ias. in l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisdar. cog. nu. 2. tenet Boer. decis. 99. nu. 4. quia promittens dare fideiussorem, tenetur dare de illa ciuitate, vel loco, ita Bart. Angel. Bald. Cuman. & Paulus de Castro in dicto. §. si necessaria, & Boer. dicta decis. 99. num. 4. Sed Ias. vbi supra num. 7. & 8. tenet sufficere; quòd prædia emat in alio territorio, & loco eiusdem prouinciæ, dummodò non multum remoto, qui dicit ita consuluisse ipsum Alexand. in consil. 57. volum. 3. col. 2. quam opinionem tenet Azeuedo in l. 1. tit. 10. lib. 9. Recopilat. n. 6. quod comprobatur, quia licèt regulariter promittens dare fideiussorem voluntarium, teneatur dare illa ciuitate, vel loco, iuxta opinionem Bart. & aliorum scribentium, Oroscius tamen in dicto. §. si necessaria, tenet esse communem

munem traditionem, quòd sufficit dare fideiussorem idoneum ciuem, aut exterum, dummodò sit eiusdem
914 prouinciæ, & eiusdem territorij, † quem sequitur ipse Azeued.in d.l.1. nu.8.qui Azeued.in l.3.tit.16.lib.5. Recopil.nu.3.& 13.tenet cum Roderic. Xuarez in l.2. tit. *de los emplaçamientos*.§.2.nu.11. quòd qui non habet fideiussorem, quem præstare tenetur in sua ciuitate, sufficit præstare fideiussorem alibi, dum tamen non sit in loco multum remoto, nec extra prouinciam, & qui tenetur, *se arraigare*, sufficit, si bona habeat in alia
915 ciuitate alterius territorij, † secundũ Ias.in l.sciendum.ff.qui satisdare coga.n.2.Socin.nu.12.Azeuedo in dicta l.1.tit.10.lib.9.Recopil.nu.3.& 13. & qui non reperit fideiussorem in loco, vbi præstare tenetur, poterit alibi præstare, dummodo inret non reperiri in sua ciuitate, l.de die. §.iubetur.ff.qui satisda.cogatur, ita Castillo in l.66.Tauri, in glossa verbo, *de se arraigar*, versic. sed pone obligatus: in fideiussore autem necessario nulli dubiũ, quin possit dari in aliq loco, & territorio eiusdẽ prouinciæ, per l. si fideiussor. §. si necessaria in principio. ff. qui satisda. cogat. vbi communiter Doctores, & quæ sit necessaria, quæ voluntaria satisda-
916 tio, † traditur in l. de die.§.tutor, vbi glossa, & Doctores.ff.qui satisda. cogat. & per Xuarez dicta l.2. titulo *de los emplaçamientos*, §. 2. num. 18. Lasarte de decima præstanda cap. 18.num.19. Sed peculiari priuilegio concessum est in materia Regiarum gabellarum, quod sufficit, si fideiussor præstetur ex toto Regno, † per l. 917
2. titul.10. lib.9. Recopil. vbi tenet Azeuedo, & Castillo in dicta l.66. Tauri, verbo, *de se arraigar*, & Lasarte vbi supra dicto cap.18. num.18. & 19. vnde veram puto considerationem dicti Azeued. in dicta l. 1. num 9. videlicet, quod si virtute alicuius licentiæ, vel priuilegij concessum fuerit possessori alicuius maioratus aliqua prædia vendere, & ex pretio alia prædia, vel redditus Regios emere, quod possit emere prædia vel redditus, licèt sint extra ciuitatem, vbi maioratus constitutus est, & in alio territorio eiusdem prouinciæ, quam considerationem veram existimo, nisi aliud in Regia licentia, vel priuilegio dispositum sit. † 918

ET quamuis de iure communi Quæs.172. numerus duodecim liberorum excuset à muneribus personalibus, patrimonialibus, & Regalibus iuxta tradita per Gregor.Lop. in l.2. titul. 17.part.6. in glossa verbo, *cinco hijos*, ex opinione Bart. Alexan.& Angel. iure tamen Regio attento talis liberorum numerus non excusat à muneribus Regalibus, nec à gabellę solutione, † per l.1.tit.18.lib.9. Recop. 919
quæ expressa est pro hac opinione, quam tenet Auendan. de exequen. mand.Reg.in 1.p.c.19.n.26.& Azeued.in dicta l.1.num.18.& 19. Quod existimo verum, nisi aliter speciali priuilegio, & Regia concessione, vel gratia fuerit dispositum contra dictæ legis dispositionem, quod concedi aliquando testantur supra relati Doctores Regnicolæ. Sed & illud etiã animaduerto, quod priuilegium mi-

noris, pro quo quis fideiussit, prodest fideiussori, quoties fideiussor ipse habet regressum contra mino-
920 rem, † vt habetur in glossa fina. in l. 2. C. si aduersus donationem, vbi tenet Albericus, & Azeued. in l. 2. titulo. 17. lib. 9. Recopilationis numero. 30.

Quaest. 173 CÆTERVM cum de priuilegiorum explicatione sit noster sermo, notandum est, quòd iudex, aut officialis, qui à residentiæ ratione aufugit ab ecclesia, extrahendus
921 est, nec eius immunitate potitur, † per l. vnic. C. vt omnes iudic. tam ciuil. quam criminal. tenet Paris. de Puteo de syndicatu verbo officialis, cap. 8. numer. 6. & 7. folio 32, & in parte probatio in syndicatu fol. 216. in fine, & Paz in praxi. 1. tomo. 5. p. cap. 3. §. 3. num. 179. Auiles in capit. prætorum, cap. 1. in verbo *daduas*. nu 25. Castillo Bobadilla in politica. 2. part. lib. 2. cap. 14. num. 77. & lib. 5. cap. 1. numer. 120. facit text. in cap. vxor 17. q. 4. Pro quo etiam facit, quòd ad reddendam rationem tutelæ, & alicuius administrationis est quilibet remittendus ad locum,
922 vbi administrauit, † per l. 1. & 2. C. vbi de ratiocin. agi oport. l. 32. tit. 2. part. 3. vbi Greg. Lop. l. 12. in fin. eodem tit. & part. tenet Auiles vbi supra cap. 27. in glos. verbo, *entreguen*, nu. 22. & Gomez de Leon in sua centuria. c. 69. Facit prætereà, quod illi, qui tenentur reddere ratione Regi, vel Imperatori de aliquibus redditibus, vel tributis Regalibus, possunt ab
923 ecclesia extrahi, † per l. 5. tit. 1. p. 1. de quo vide Greg. Lop. in l. 2. d. tit. 11. p. 1. in glos. verbo, *por deuda*, in fine, qui tenet, quòd de iure Canonico debitor Regiorum tributorum gaudet immunitate ecclesiastica. † Ex qui- 924
bus puto sustentabilem esse opinionem, quòd illi, qui ratiocinia dare tenentur de aliqua administratione, ab ecclesia extrahi possunt, † quod aper- 925
te probatur in d. c. vxor 17. q. 4. vbi etiã probatur, quòd quilibet potest huic priuilegio ecclesiasticæ immunitatis renuntiare: † quod tenet Mõ- 929
taluus in l. fin. tit. 5. lib. 1. fori Regalis in fine, per dictum cap. vxor, vt latius habetur infra nu. 1038.

ET cùm in multis regionibus, Quaest. 174
& locis, sicuti in mea ciuitate Ronda sit priuilegium concessum, quòd ciues nati, & baptizati in dictis locis præferantur in ecclesiasticis beneficijs, est notandum, quòd si parentes ciues ratione belli, vel pestis à sua aufugerint ciuitate, & alio in loco cõmorati fuerint, in quo filius dicto tẽpore natus, & baptizatus fuerit, talis filius non propterea desinit esse ciuis illius loci, & ciuitatis, in quo parentes ante fugam degebant, & consequentur omnia priuilegia beneficialia, & cætera, quæ talibus ciuibus cõcessa sunt, † per l. assumptio 927
§. filius. ff. ad municipal. l. huiusmodi. §. legatum. ff. de legat. 1. vbi tenet Iason notabili 4. & Rebuffus ad Regias constitutiones Gallicas, titulo de Registis, seu libris baptismi, articulo 1. numero 17. volumine. 2.

E X Quibus infertur quæstio Quaest. 175
admodum notabilis, vtrum priuilegium *de labrança, y criança*, ciuibus,

uibus, & habitantibus in aliqua ciuitate concessum, extendatur ad res *de labrança, y criança*, quæ extra illam ciuitatem coluntur, & colliguntur per ipsos ciues, & habitatores ciuitatis. † In qua quæstione
928 pro parte affirmatiua primò facit text. in l. eius 27. §. si quis negotia, ff. ad municipal. vbi si quis in colonia colit agrum, si in municipio vendit, & emit, dicitur ciuis illius municipij, & priuilegium ciuibus concessum comprehendit comitatenses, † Barthol. in l. 2. numero. 4.
929 ff. de verborum signification. qui est videndus, vbi additio multa iura allegat, Felin. in cap. Rodulphus numer. 10. de rescriptis, qui plures Doctores, & consulentes allegat. Facit præterea, quòd natus in castro subdito ciuitati Perusij, licèt castrum sit in ducatu, dicitur ciuis Perusinus, & ideo natus in aliquo vico ciuitati subdito dicitur ciuitatis illius vicinus, & eius priuilegijs fruetur: †
930 ita Barthol. in l. 1. numero. 5. ff. ad municipal. per text. in l. qui ex vico eiusdem tituli, vbi aperte probatur, quòd appellatione ciuium veniunt omnes de territorio, l. qui in continentibus, ff. de verborum signification. Bart. in l. non dubito, ff. de captiu. glossa in cap. 1. de vsuris lib. 6. Cardinal. in dicto cap. Rodulphus, Bart. consilio. 196. l. nulli, §. quòd si ex vico, C. de Episcop. & clericis, vbi Doctores Alexand. in dicta l. 2. ff. de verborum signification. & in rubrica. ff. soluto matrimonio column. 4. & consilio. 26. volum. 6. tradit multa de hoc Gomez de Leon in sua centuria cap. 20. & Menochius consilio. 80. volum. 1. à nume. 9. cum sequentibus, text. in l. ciues, C. de incolis lib. 10. de quo vltra Menochium dicto loco videas multa in volum. 2. communium opinionum in nouis lib. 17. pagina. 315. column. 1. in fine, & Burgos de Paz in l. 1. Tauri. 1. part. numer. 388. Mascard. de probatio. volumine. 3. conclusione 1131. l. 2. titulo. 2. partita. 4. in fine, vbi glossa final. Deinde facit pro parte affirmatiua, glossa in cap. ius qui ritum, verbo quod nulli. 1. distinct. vbi appellatione Romanorum omnes subiecti Imperio Romano comprehenduntur, † quam glossam latè exornat Felin. in dict. cap. Rodulphus nu 931
mer. 10. facit etiam, quod priuilegium loco datum, personis etiam videtur concessum, † cap. per exemptionem cum materia, vbi Geminianus de priuileg. lib. 6. Roman. consil. 932
180. vol. 1. Aretin. in c. nullus de foro competenti, Decius in l. in omnibus nu. 16. ff. de regulis iuris. Et vlterius facit, quòd priuilegium concessum loco, ciuitati, & vniuersitati, dicitur reale, † Dinus in cap. priuilegium 933
nu. 7. de regulis iur. lib. 6. Bart. in l. fin. numero. 5. ff. de seruitute legat. Bald. in l. omnia, in principio. C. de Episcopis, & clericis, Anchar- ran. consil. 327. col. 2. versic. 1. Aretin. in dicto cap. nullus de foro competenti, Roman. consil. 108. Bellon. consilio. 20. numer. 9. & Zasius libro. 2. singul. respons. cap. 4. in fine. Sed priuilegium reale de sui natura transit ad alias personas, † l. forma §. quam-

§. quanquam. ff. de censibus. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotidiana, & æstiua: ergo debet trãsire ad ciues alicuius ciuitatis, qui ab alio loco acquirunt res *de labrança, y criança.* Menoch. de præsumption. lib. 3. præsumpt. 103. nu. 24. fol. 392. Fulciturque pars affirmatiua, quia quando Princeps concedit alicui officium ta bellionatus alicuius ciuitatis intelligi
935 tur cõcessum in toto territorio, † quę est communis opinio relata à Ias. in l. beneficium. ff. de cõstitut. Princip. nu. 15. Sed pro contraria parte negatiua, & sic quod dictum priuilegiũ, *de labrança, y criança*, non extendatur ad res quæ in alio loco colliguntur, primo facit l. 14. & 17. tit. 18. lib. 9. Recop. ibi, *que moran y viuen*: & ibi, *y cosas que en la dicha villa, y sus terminos tuuieren, y trataren, y no fuera dellos*: & ibi, *de la cria, y labor que en el termino dellas se hiziere.* Secundò pro parte negatiua facit tex. in c. Rodulphus de rescript. vbi appellatione ciuitatis Sagiensis non contine
936 tur diœcesis Sagiensis, & è contra. † Tertiò facit, quod appellatione ciui-
937 tatis non continetur territorium, † glos. in c. ego Ludouicus distinct. 63. c. fin. 12. q. 2. l. 2. ff. de verbor. signific. l. si cũ dies. §. si arbiter. ff. de recept. arbit. Quartò pro hac negatiua parte facit tex. in l. forma. §. si vero. ff. de censibus, vbi tributum debet solui,
938 vbi terra, quæ colitur sita est. † Quintò facit, quia quando priuilegium assimilatur rescripto gratię est odiosum, & per consequens restringen-
939 dum, † regula odia de regulis iuris lib. 6. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centuria 1. casu 201. num. 6. cap. quamuis de præbend. lib. 6. Decius in c. super literis de rescript. numer. 5. Sextò facit text. in cap. 1. de priuilegijs lib. 6. vbi si quis est exemptus, ne conueniatur coram ordinario alicuius loci, si delinquit, vel contrahit in alio loco territorij, non est, nec censetur exemptus. † Septimò 940
facit, quod priuilegiatus non debet excedere metas, nec limites priuilegiorum. C. porro, cap. parentibus de priuilegijs, † glossa verbo. exce- 941
dant in cap. 1. de priuilegijs lib. 6. Sed nihilominus primam affirmatiuam opinionem veriorem, & ęquiorem censemus, eaque retenta facilis est responsio ad fundamenta pro parte negatiua adducta: & ideo ad primũ fundamentum d. l. 14. & 17. titul. 18. lib. 9. Recopilation. respondetur, quod prædictæ leges sunt locales, & speciales, & non loquuntur de priuilegio ciuibus concesso, & ad nostram quæstionem adaptari non possunt, sicuti manifestè ex eorum verbis patet: disponunt enim in dissimili casu, militatque in eis dissimilis ratio. Et etiam respondetur, quod verba priuilegij debemus æquitati conformare, etiamsi aliter sonent, † Iason in l. beneficium, 942
ff. de constitution. Princip. numero. 22. & æquitas suadet, quod priuilegium ciuibus concessum extendatur ad res *de su labrãça, y criança*, quæ extra ciuitatem colliguntur. Et ad secũdum fundamentum allegatũ pro parte negatiua, videlicet de tex. in c. Rodulphus de rescriptis, † respõde, quod loquitur de rescripto ad

lites

lites concesso, quod debet restringi, per tex. in c. sedes eodem titulo. Et etiam ad tertium fundamentum negatiuæ partis respondetur, quod iura pro eo allata non procedunt in beneficio Principis, quod latissimè est
944 interpretandum, † per dictam l. beneficium, ff. de cōstitution. Princip. sed in priuilegio tertio damnum allaturo. Respondeturq; quarto fundamento partis negatiuæ de tex. in l. forma. §. si vero, ff. de cēsibus, quod procedit, quandò terra quæ colligitur, & dominus terræ tributarius, sunt extra ciuitatem liberam, nam secus erit (vt in nostra quæstione) si persona est in ciuitate libera, & terra, quæ
945 colitur, est in alio loco: † tunc enim solui debet tributum, vbi habitat dominus tanquam incola illius ciuitatis, quòd si libera est, nullum soluere tributum tenetur, l. incola. ff. ad municipal. Et eodem modo respondetur quinto fundamento, quòd priuilegium ciuibus cōcessum, de quo in nostra quæstione, non assimilatur rescripto gratiæ, quia fuit cōcessum ob ciuitatis honorem, & remunerationis gratia, vt habetur in huiusmodi priuilegijs, quæ viderim, vbi verba, *Por hazeros merced, y por los servicios de vos recebidos.* Sextoq; partis negatiuæ fundamento respondetur, quod text. in dicto cap. 1. de priuilegijs lib. 6. ideò non extenditur ad territoriū, ne lædatur iurisdictio
946 ordinaria Episcopi Pictauiēsis. † Et eodem modo responde ad septimū fundamentum dictæ partis negatiuæ, quod in nostra prædicta quæstione non excedit quis metas priuilegij, quia non resultat damnum priuatim tertio, sed potius commodum ciuibus priuilegiatæ ciuitatis, quæ ciuibus ampliatur, & illustratur, † quæ fuit causa finalis priuilegium concedendi: & ideo priuilegium, *De labrança, y criança*, ciuibus concessum extendendum putaui ad res *De labrança, y criança*, quas ciues colligunt in alio loco, quę nec formam, nec nomen mutant: & adeò vera est isthæc affirmatiua opinio, quòd si dictum priuilegium, *De labrança, y criança*, ciuibus concessum, non extenderetur ad res, *De labrança, y criança*, quæ alio in loco à ciuibus coluntur, & colliguntur, pene frustraretur dicta dispositio, & priuilegium: cum plerumq; ciues terram colunt, & sua habent armenta extra terminos ciuitatis, in qua habitant, & lex atque dispositio licèt pœnalis, exorbitans, & odiosa, extenditur ad alium casum, ad quod si non extenderetur, frustraretur eius dispositio, † per text. in cap. si 948 ciuitas de sentent. excommunicat. lib. 6. vbi Doctores, & frater Manuel Rodriguez in sua summa cap. 90. titulo de donatione in principio.

ET cùm de explicatione priuilegiorum sit noster sermo, & quotidie debitores, qui sua debita soluere non possunt, vtantur illo dilationis priuilegio sibi concesso à lege fin. C. qui bonis cedere poss. & à l. 5. & 6. titulo. 15. partita. 5. de quo passim Doctores, operæpretium putaui, examinare illam quæstionem, valde frequentem, & à nemine ex nostris

Quæst. 176 Cap. 21.

947

nostris agitatam, vtrum si debitor petens dilationem laicus sit, & ex creditoribus aliquis sint laici, & aliqui clerici, vel ecclesiastici, illa dilatio petéda sit, & causa agitanda coram iudice laico, vel coram ecclesiastico.† In
949
qua quæstione tenendum videtur, iudicem ecclesiasticum esse competentem, & coram illo clericum conueniri debere. Primò, quia iudex secularis incapax est ad cognoscédum de clericis, & ecclesiasticis rebus etiá ex prorogatione, & renuntiatione
950 partium, † ex text. in c. 2. 3. & 4. c. cæterum. c. cum non ab homine. c. nouit. c. qualiter de iudic. tex. in c. 1. 3. & 4. & cap. cú sit generale. c. quod clericis. c. si diligenti. c. significasti cum alijs concordantibus de foro cópetent. l. fin. ad fin. tit. 5. par. 5. l. 56. & 57. tit. 6. part. 1. Secundò, quia licèt magna sit inter Doctores contentio, an incapacitas laicorum erga ecclesiasticos sit de iure diuino, an de positiuo, & hæc contentio sit in duas có-
951 munes opiniones diuisa:† iuxta tradita à Cardinal. in c. perpendimus de sentent. excómun. & à Doctoribus in c. ecclesia sanctæ Mariæ de cóstitutio. Abb. in c. at si clerici de iudic. num. 23. Nauar. in c. nouit eod. tit. 3. notabili, Couar. in pract. quæstio. c. 31. in princ. Roland. à Valle in consil. 23. n. 18. vol. 2. & Lelio Iordan. de maioribus Episcoporú causis, cap. 8. Osio de hæresibus nostri temporis lib. 2. tit. de legitimis iudicib. fo. 157. Martin. Ledesm. in 2. 4. q. 20. art. 4. conclu. 6. Bursat. 397. n. 10. vol. 4. Innocen. in cap. 2. de maiorit. & obed. Bald. Angel. Alberic. & Fulgos. n. 31 in l. iubemus. C. de sacrosan. eccles. Aluaroto in rubr. de iudicijs, & in c. cum non ab homine eodé tit. n. 39. Menoch. de recuperanda possess. remed. 15. n. 210. Duaren. de sacris ecclesiæ ministerijs lib. 1. c. 2. Palac. in 4. dist. 23. disput. 3. conclu. 3. Aluar. Valasc. consultatione 100. n. 8. Tamé concordia communis est, quòd in téporalibus laicus iudex est incapax de iure positiuo: in spiritualibus autem de iure diuino, vt resoluit Coua. vbi supra, Roland. consi. 523. à nu. 6. Lancellot. Conrad. in templo iudicú lib. 2. c. 1. latissimè Ioan. Garc. Gallego tract. de nobilit. glos. 9. n. 8. & 27. Tertiò facit, quia iudex secularis, qui cognouit de causis ecclesiasticis, excommunicatur, & officio priuatur,† 952
tex. in authent. statuimus, C. de Episcop. & clericis, tenet Rebuffus ad Regias constitution. in proœmio glos. 5. n. 33. & Bobadilla plures allegans in polit. tom. 1. lib. 2. c. 18. n. 8. qui in n. 9. cum seqq. Extendit hanc cóclusionem, vt secularis non possit cognoscere contra clericos licétiosè etiá de consensu Episcopi,† argum. glo. 953
verbo discuti in c. si Imperator. 96. dist. glos. in c. quanquá, verbo diuino de censibus lib. 6. Ias. in l. est receptum col. 2. vbi Orat. n. 112. ff. de iurisd. omn. iud. Quartò præterea facit, quia licèt sit verum, quòd iudex incópetens fit competés, vel ex prorogatione per l. 1. & 2. ff. de iud. c. 1. c. significasti de foro competen. vel ex reconuentione, l. cum Papinianus, authentica & consequenter de sentent: & interlocutio. omn. iudic. cap. 1. & 2. de mutuis petitio. vel ex incidentia,

954 dentia, l. quoties. C. de iud. † Iudex tamen secularis non tantū est incompetens, verumetiā, vt dictū est, incapax est, qui non potest fieri capax ex incidentia, vel prorogatione, vel alia iusta causa, vt aliqui existimāt, quia nō
955 est modus tollendi incapacitatē, † c. tuam de ordine cognitio. tenet Couarr. in 4. Decretal. c. 8. §. 3. n. 4. quod secus erit in iudice ecclesiastico, qui per incidentiā, & annexitatē cognoscit de causa profana, & pœna impo-
956 sita. † Ita Contrad. super cons. 169. Federic. de Senis, & Alexandrinus in c. gemma n. 3. de sponsalibus, tex. in c. de prudentia de donat. inter vir. & vxor. vbi glos. verbo assessorie, Petr. Gerar. in singul. 96. quē refert, & sequitur Couarr. in 4. decret. c. 8. §. 12. n. 3. ad fin. 2. p. Paul. de Cast. in l. ordinarij, C. de reiuend. n. 4. col. 2. Cagn. in l. diffamari, C. de ingen. & manumis. n. 10. referens Felin. in c. cū sit generale de foro cōpet. n. 6. Et quintò facit pro hac prima opinione, quòd laicus, qui conuenit clericū, & ecclesiam corā seculari iudice, perdit
957 causā, † c. inclita. 11. q. 1. vbi Archid. facit authent. statuimus. C. de Episc. & cler. tenet Villalob. in ærario mille cōmun. opin. in verbo clericus n. 97. qui dicit commune opinionē, refert plures DD. Bobad. in polit. to. 1. lib. 2. c. 18. n. 20. Septimò facit, quòd de vniuersa ecclesia male iudicat, qui
958 querit iudicē laicū in causa ecclesię, † c. placuit 1. & 2. 11. q. 1. Sed pro parte contraria, & sic quòd in quæstione proposita iudex secularis cognoscat de causa dilationis debiti contra creditores seculares, & ecclesiasticos, primò facit, quia de facto rei ecclesiasticæ potest laicus cognoscere, † iuxta 959
cōmunem opinionē ab omnibus approbatā, presertim à Bart. Ias. Alex. in l. quoties. C. de iudic. Menoch. de recuperāda possess. remed. 19. n. 338. qui dicit magis cōmunem, & receptā de retinēd. possess. remed. 3. n. 336. Villalob. in ærario mille cōmun. opinio. in verbo iudex secularis n. 107. cum seqq. & conciuis Humada in scholijs ad Greg. Lop. in l. 58. tit. 6. p. 1. glos. 2. n. 5. vers. quæ cōmunis fol. 77. quā probat Bobad. infinitos Doctores allegans in polit. 1. to. lib. 2. c. 18. n. 335. Sed in predicta quæstione tantū de facto, & sic de concedenda dilatione tractatur, ergo conuenit cognitio seculari iudici. Secūdò, hęc pars fulcitur, quia si sunt plures seculares contendentes, cū quibus vnus est clericus, potest iste clericus cum alijs corā iudice laico coueniri, † l. 1. 960
ff. de quibus rebus apud eund. e iudicatur, tradit multa Bobadilla in polit. lib. 2. c. 18. n. 179. litera. C. Et hoc ratione connexitatis, vt in glos. dictę legis primę, & cōtinentia causæ diuidi nō potest etiā ex beneficio prorogatiue, † l. nulli, C. de iud. ibi: *Ex benefi* 961
*cij prorogatiua*, hāc opinionem tenet Steph. Aufrer. tract. de potestate seculari regul. 2. nu. 15. in vol. 9. tract. Doctorum fol. 101. col. 4. ponit exēpla Menoch. de arbitrar. lib. 2. centuria 4. casu 371. num. 10. quia vbi est identitas actionis, sed personarum diuersitas, vnus tantùm iudex adeundus est, secundum Matth. de Afflict. decis. 354. nu. 13. versic. quarto, cum seqq. & quando est cōuenienda vniuersitas

uersitas laicorũ,& clericorum, cuius maior pars est laicorũ, conueniri de
963 bet corã iudice seculari:† ita Bart. in l.fin.ff.de collegijs illicitis nu.15. qui hoc tenendum dicit, dummodo con ueniatur communitas clericorũ super bonis temporalibus: ita etiam tenet Sicul.in c. ex literis de constitut. & in c. si diligenti de foro compet. & Florian.in l.repetundarum,§.hermaphroditus in fin.ff.de testib.Bald. in authent.habita, C.ne filius pro patre col. 15. versic. dicto de scholaribus, vbi Salicet.nu.39. Zabarela in c. accepimus de fide instrument. tenet dictus Stephan. Aufrer. vbi supra n. 16. qui omnes Doctores tenẽt, quòd si numerus clericorum, & laicorum sit æqualis, quilibet coram suo iudi-
964 ce conueniri debet:† quam secundã distinctionem, & opinionem tenen dam putaui, nec obերunt fundamenta proprima opinione adducta, nam respondetur, quòd in prædicta quęstione iudex secularis cognoscens de dilatione solutionis concedenda nihil auferre, videtur de rebus clerici, vel ecclesiæ: nam quod differtur
966 non aufertur, † l. à furioso iudice, ff. de iudic. estq; notandum, quòd clericus pro solutione tributi impositi super re, quæ ad eum deuenit potest
967 conueniri coram iudice laico, † tex. & ibi Doctores in l. de his clericis, C. de Episcop. & clericis, tenet per alia multa iura, & authores, Gregor. Lop. in l.51. titul.6. part. 1. in gloss. verbo, *Por razon*, & Ioan. Gutierr. in pract.quæstion.lib.1.q.4. num.2. & q.232.num.9.& Azeued.in l. 11. nu.12.tit.3.lib.1.Recop.& suadetur, quia creditor potest consequi debitũ suum super bonis emphyteuticis ecclesiæ ratione vtilis dominij:† ita Al 968
ban.consil.28. num.6. Menoch. de arbitrar.lib.2.cent.2.casu 180.n.15.

SED cum hoc priuilegium reale concessum sit clericis, & ecclesijs, Quest.171
ne eorum prædia soluere teneantur gabellas, collectas, vel alia onera similia: † iuxta tex.in c. non minus de 969
immunit.eccles.c.1.eodem tit.lib.6. c.graue de sentent.excommun.l.sacrosancta.C.de sacrosanct.eccles.l. de his.C.de Episcop. & clericis, tenet Zabarela consil.12.nu.2.& latissimè Dueñas in regula 100. num.1. est maxima inter Doctores contentio, an emphyteutæ ipsorum clericorum, & ecclesiarum hoc potiantur priuilegio, immunesq; sint à gabellarum, collectarum, & similium one-
rum impositione.† In qua quæstio- 970
ne Doctores in varias sunt diuisi sententias. Prima est Bartoli in l.priuatæ, C.de excusatio.munerum lib. 10. affirmantis, quòd huiusmodi immunitatis priuilegium concessum ecclesijs, & clericis prodest etiã eorũ emphyteutis, & Bart.sequitur Angel.& Ioan.de Plat.in d.l.priuatæ, Ias. in authent.quas actiones n.42.C.de sacrosanct.eccles. Tiraq. de retractu cõsanguinit.§.fin.glos.13.n.10. Parpalea in l. placet. C. de sacrosanct. eccles.n.74.Cassan.in consuetud.Burgun.rubr.4.§.6.nu.6. Remig. Goni de charitatiuo subsidio.q.61. nu.19. 1047
Dueñas reg.100. ampliat. 3. & Siluan.consil.9.nu.9.& nu.17. Bald in l.1.C.de iure emphyteut. column.1. Ioannes de Amicis consil.8.n.67.&

Feli-

Felician.de censib. 2.p. in præfatio-
ne nu.1.qui alios Doctores refert, &
cũ hac opinione remanet nu.2.& 3.
quam dicit in praxi receptã vidisse,
& executorias Regias in eius cõpro-
bationẽ obtentas, pro qua opinione
adducitur, quòd emphyteuta fisci
971 gaudet immunitate concessa fisco, †
l.priuate,l.penult.C.de excusat. mu
nerum lib.10.vbi notat Bart.& Luc.
de Pen. Sed fiscus, & ecclesia à pari
procedunt,præsertim in solutione ga
bellæ, & collectæ, & in excusatio-
972 ne solutionis.† Sicuti tradunt glos.&
Salicet. in l.1. C. si propter publicas
pensitationes,l.prima de priuileg.do
mus Augustæ, Bart. in l. licitatio. §.
fin.ff.de publican. & vectig. ergo &
emphyteuta ecclesiæ frui debet im-
munitate ipsi ecclesiæ concessa: vt
etiam tenet Euerard.in centuria lega
li,in loco à fisco ad ecclesiam n.2. Et
respondet Syluano cons.9.n.11.con
tra Brun.in tract.quod stãtibus mas-
culis fœminæ nõ succedant art.8. n.
110.vers.nec enim,qui volebat affir-
mare,quòd fiscus,&ecclesia nõ æqui
parantur in omnibus, sed tantum in
casibus à lege expressis. Alia autem
est opinio tenentiũ, quòd huiusmo-
di clericorum, & ecclesiæ priuilegiũ
non extẽdatur ad emphyteutas, nec
eo patiantur respectu sui vtilis domi
nij. Hanc opinionem probat Isernia
in c.1.verbo plaustrorũ n.56. & 57.
tit.quæ sint regalia in vsibus feudo-
rum,Luc.de Penna in l.vnica. C.de
impon.lucrat. descript.lib.10.Ludo
uic.Bologn.cons.54.col.2. Alex.cõ-
sil.101.lib.1.Roc. Curt.tract. de cõ-
suet.sect.6.n.3.& sect.8 n.84. Brun.
in d. tract. quòd stantibus masculis
art.8.n.109.& 110.Socin. Senior cõ
sil.119.lib.1.& 216. lib.2. Bertrand.
cons.4.lib.1.Ripa lib.2.respõs. c.22.
in fin.& in tract.de peste tit.de reme
dijs ad conseruandã vbertat. n.124.
& 128.Roland. Valle cõsil.18. n.28.
& Ioan. Anton. Nigris in extrauag.
vnica de vita & honest. clericorum
n.306.& Auend.de exequend. man
dat. Regũ lib.2. c.14.n.33. qui dicit
ita practicari,& copiosius hanc opi-
nionẽ,& partem defendit Aluar. Va
lasc.de iure emphyteut.q.17.à n.11.
cum seqq. qui innumeros pro hac
opinione refert DD. quam defendit
Ioan. Garc. Galleg. de expens. & me
lioratio.c.12.n.69.& 70. Alia est opi
nio sic distinguentiũ,quod aut pen-
sio, quam præstat emphyteuta domi
no directo,nõ correspondet ipsis fru
ctibus,sed pro recognitione præsta-
tur,& tũc emphyteuta grauatur one-
re collectarũ, & gabellarũ, & in hoc
casu procedat opinio tenentiũ,quòd
emphyteuta non gaudeat immunita
te,qua ecclesia vel clerici gaudẽt:aut
vero pẽsio,quã præstat emphyteuta,
correspondet fructibus,& tunc em-
phyteuta grauari nõ potest,& in hoc
casu procedat cõtraria opinio tenen
tiũ emphyteutã ecclesię gaudere cle
ricorum immunitate, quã distinctio
nẽ refert Brun.in d.tract. quod stãti
bus masculis art.8.nu.109.vers.dico
Igitur alios Doctores referens.Sed se
cunda opinio verior,& magis recep
ta est,teste Menoch.de arbitrar. lib.
2.centur.1.casu 180.& in 6.cent.casu
682.n.31. Et sic,quòd emphyteuta ec
clesiæ, ꝙ vtile dominiũ quod habet,
non

nõn gaudeat ecclesiastica immunitate,& onera gabellarum, & collectarum, & alia similia sustinere debet. Qua opinione retenta responde argumentis,& fundamentis contrariæ partis,quòd Bartoli opinio in d.l.priuatæ.C.de excusat.munerum lib.10. non multum ab eo probetur, cũ asserat,non seruari de consuetudine Perusij,& quod loquatur in casu onerũ sordidorum,à quibus immunes sunt
973 emphyteutę fisci,& Principis, † per l.penultima, C.de excusat. munerũ lib.10.& in hoc casu loquitur d.l.priuatę secundum ipsum Bart.in d.l.penult.& ita intelligunt Parpalea in d.l. placet.C.de sacrosanct.ecclesi.num. 16,& Ioan. Mauritius in l.vnica. C. de mulieribus,& in quo loco lib. 11. pag.287.Dueñas regul 100.ampliat. 3.& dictus Aluar. Valasc.d.q.17.nu. 15.&Menoch.de arbitrar.lib.2.in 6. centur. casu 562.n.33. Et nil mirum cũ ecclesia libera sit ab impositioni-
974 b' sordidis, † per l.placet.C.de sacrosanct.eccles. & quæ sint onera sordida traditur in l.munerũ.§.inter alia, ff.de muner.& honor.& in l. maximarum.C.de excusat.muner.lib.10. vbi Bart.Ioan.Plat.&Luc.à Pen.quę nostra opinio cõtra Felic.& alios fulcitur,quia emphyteuta semper subijt
975 onera realia,† vt resoluit Ioan.Garc. Galle.de expensis & meliorat. c. 15. n.14.quẽ videas: & quia dominium vtile,quod habet emphyteuta, nõ dicitur ecclesiasticum,sed profanum,
976 & laicũ,† per Anchar.consi.433.Menoch.de arbitrar.lib.2.centur.1.casu 180.n.8.& cent.6.casu 562.n.23. Socin.Iun.consil.17.in fin.lib.1. Alex. consil.9.nu.2.lib.5. dictus Ancharr. in c. ea quę col.17.de reg.iur.& consil.125.col.2.Barbaci.consil.14 lib.1. Curt.Senior consil.73.in fine,Brun. tract.quòd stantibus masculis artic. 8.num.106. & dictus Aluar. Valasc. de iure emphyteut.q.17. à nu.12. cũ seqq.& leges municipales,& ius cõmune locum sibi vendicant contra emphyteutas,& feudatarios ecclesię ratione vtilis dominij.† Alexã.dicto 977 consil.9.Decius in cap.quæ in ecclesiarum de constitutio.n.6.in fin. qui dicit hoc non esse contra libertatem ecclesię,tenet ipse Alex.cons. 27. n. 4.lib.6.& Pontifex maximus nõ potest de iure inferre præiudicium succedere debentibus in dominio vtili feudi ecclesiastici,† ita Carol. Ruin. 978 consil. 70. n.11.lib.5. & Menoch. de arbitrar. lib.2. centuria.1. casu.180. num.13.Et quia licèt contra ecclesiã non currat minor pręscriptio,quàm quadraginta annorum , per cap. de quarta de pręscription. de quo per Gratian. in regula 367. tamen contra vassallũ ,& emphyteutã ecclesiæ currit pręscriptio decẽ & viginti annorum.† secundũ Bart. in l. cũ spõ- 979 sus.§.in vectigalibus,ff.de Publicia. in rem action. Angel. & Imola in l. quãuis,ff.de vsucap. Alex.cons.169. col.1.lib.2. Felin.in c. ad audientiam col.penul.de rescrip.Carol.Ruin.cõsil.168.n.10.& 12.lib.1.& cons.195. n.2.lib.2.Alex.cõ.169.col.1.lib.2.& Balb.de pręscrip.1.particula quintæ part.princip.reg.3.vers. secũdo limita, Menoch.d.casu 180.n.14. & priuilegium non transmittitur, & mutatur forma & natura rei mutatione perso-

980 personæ, † per plurima iura & Doctores, quos recensuimus in tract. de gabellis, 7. p. §. 1. à num. 7. & mutata personę cōditione, censetur etiã mutata conditio bonorum, & cōsequenter extinctum dicitur priuilegium,
981 † l. Paulus, ff. de acquir. hæredit. l. cum quidam, §. si debitores, ff. de publican. & vectigal. l. fiscus, ff. de iure fisci, c. vnico, §. verum de iure patronat. in 6. tradit Anchar. conf. 108. n. 5. & Iaf. conf. 20. lib. 1. & Tiraq. de retract. consanguinita. §. 1. glos. 13. num. 12. & Menoch. de arbitrar. lib. 2. centuria 9. casu. 562. num. 45.

Quæst. 179 SED Nunc deueniamus ad aliã controuersam quæstionem, vtrum priuilegiũ Ecclesiarum & clericorũ
982 transeat ad colonos eorum. † In qua quæstione aliqui Doctores tenent, quod huiusmodi Ecclesiarũ coloni potiuntur eisdem priuilegijs, vt asserit Bar. in l. placet in fin. C. de sacrosanct. Eccles. Abb. in conf. 9. n. 1. & in c. ex parte n. 4. & 5. de decimis, & Zauarel. in Clemen. 1. eod. tit. q. 22. & 23. Grat. conf. 130. lib. 1. Ægidius Thomatis tract. de gabellis & collectis, §. videndũ n. 8. & 9. & Festasius in tract. de estimo. 4. p. c. 2. nu. 50. & 54. Porti. cõs. 154. n. 9. Dueñas reg. 100. ampliat. 2. Bursat. conf. 25. nu. 6. Osasc. in decis. 39. n. 19. Copinus in tract. de priuilegijs rusticor. lib. 1. p. 1. c. 12. qui D D. plurima fundamenta pro sua opinione adducũt. Sed cõtraria opinio magis recepta est, teste Menoch. de arbitrar. lib. 2. centuria 6. casu 562. n. 37. quam sequuntur Federicus de Senis conf. 111. nu. 10. Innoc. in c. non eo minus de immunitate Eccles. n. 3. vbi Abb. n. 14. Geminian. in c. quãquam de censibus lib. 6. in fin. Salic. in l. vniuersi, c. de vectigalibus, Aretin. in l. placet C. de sacrosanct. eccles. col. 3. vers. Capio, Isern. in c. 1. tit. quæ sint regal. in vsib' feudor. n. 57. Bened. Capra in reg. 96. n. 85. Ioan. de Plat. in l. Senatorũ C. de dignit. lib. 12. Felin. in c. eccles. sanctæ Mariæ de constitu. n. 59. Bertach. de gabel. 7. p. q. 7. Guid. Pap. in q. 108. Luc. de Pen. in l. vnic. col. 2. C. de imponẽd. lucrat. descrip. lib. 10. & in l. 3. C. quibus muneribus, vel præstatio. eod. lib. q. 17. Bru. in tract. quod stantibus masculis art. 8. n. 110. Bosius in praxi tit. de Principe n. 121. & Parpalea in l. placet, C. de sacrosanct. eccles. nu. 37. Ripa in tract. de peste, tit. de remedijs ad conseruandam vbertatem, nu. 128. & lib. 2. responsorum c. 22. & Iul. Ferret. in tracta. de gabellis, n. 537. & Remig. Goni in tract. de charitatiuo subsidio, q. 16. n. 20. Roland. in conf. 66. nu. 29. lib. 1. & conf. 61. n. 19. lib. 4. Hieron. Gabr. conf. 37. n. 5. lib. 1. Thesaurus in decis. 116. n. 8. dicens, esse veriorem, & receptiorem, Marcabrunus conf. 18. nu. 54. Bursat. hoc sentiens in conf. 42. n. 16 lib. 1. Ioan. Anton. Niger in extrauagant. vnica de vita & honesta. clericorũ, n. 307. Syluest. in summa in verbo, excõmunicatio el 9. nu. 48. qui authores etiã pro sua opinione plurima adducũt fundamẽta, quæ recensere fastidiosum esset, sentitque Felician. de censibus, 2. part. in præfatione num. 4. quòd sententia Bart. & tenentium, quòd emphyteuta Ecclesiæ gaudet priuilegijs

quod gratia super sorte concessa nõ
988 operatur quoad interesse,† l.fi.§.Lucius Titius,ff. de condict. indebiti. Sed nihilominus asseuerandum est, prædictam Molinæ opinionem veram esse, pro cuius comprobatione facit, quod assensus seu facultas Regia comprehendit omnia, quæ cõsequuntur ex actu vel contractu, ad
989 quem dirigitur,† l. tutor rerum, vbi Bart.& DD.ff.de administrat.tutor. l. si vno,ff. locati, tenet Marinus Frecia in tract. de subfeudis,lib.2.q.20. per plures numeros, & facultas Regia concessa ad antecedentia com-
990 plectitur consequentia,† l.1.§. item adquirimus,ff.de adquirend.possess. & ideò necessarium nõ est in assensu seu licentia Regia exprimi quod iura volunt, & quod est de natura
991 contractus,† tenet Isern. in c. 1.nu. 8.qui success.tene.& dicto c.1.§.sed, nec est alia iustior num 38.

Quæst.181 Statuoque, priuilegium dilatorium concessum à Principe debitori, iuxta tex.in l.quoties,l. vniuersa, C.de precibus imperator.offerendis l.32.& 33.tit.18.l.4.tit. 24.p.4. com-
992 prehẽdere redditus annuos,† vt nervosè defendit Felician.de censib.lib. 3.c.fin.nu.7.in 2.volum. contra Benedictum Bon.in tract. de censibus art.75.n.108.qui contrarium voluit. Est tamen verũ, quòd huiusmodi dilatorium priuilegium non impedit cursum redditũum, nec vsurarum, nec cõprehendit domus pensiones, quæ in hoc peculiare habent priui-
993 legium.† Ita ipse Felician. vbi supra d.nu.7. ex Marco Anton. Cucho in tractatu de moratoria præscrip.nu. 100.& 148. Nec in priuilegio moratorio comprehenditur debitum fiscale,quia nulo modo potest comprehendi persona vel causa Princi-
pis loquentis & concedentis,† l. in 994
quisitio,C. de solutio. l.qui insulam, §. colonus,ff. locati,tenet Cassan.in Catalogo gloriæ mundi 5.par. consideratio. 24. vers. 199. vbi plurima, quæ soli Principi competunt, dimunerat,† & Collantes in pragmatica 995
in fauorem rei frumentariæ, libr. 1. cap.13.num.3.

FREQVENSQVE Dubitatio Quæst.182. Cap.22.
est, vtrum si à Principe priuilegium vel gratia cõcessa sit alicui hac adiecta conditione, si sacerdos efficiatur, qua deficiente ad aliũ gratia, & priuilegium transeat, verificetur conditio, si sacerdos factus nõ fuerit, & sine filijs decesserit?† In qua quæstio- 996
ne tres sunt diuersæ DD. opiniones, quarum prima est Alex. cons. 100. lib.4.qui respõdet, extẽsionẽ admitti, & conditionẽ verificari, etiamsi Sacerdotiũ deficiat, & priuilegiatus sine filijs decesserit: quia casus assimilatur, & militat eadẽ ratio, & Alex. sequitur Dec.cons.227.n.10. Grat.cõs. 21.lib.2.Crau.cons. 59. n. 5. Cephal. cons. 166.n 49.& Tiber. Dec. cons. 91.lib.1.Boer.in decis.354.col. pen. vers.Secundo quòd si testator. Secũda opinio est Ruin.& Ias.in l. Gall. §.& quid si tantũ, ff. de lib. & posth. ille in prima lect.n. 68. iste in n. 42. qui affirmant, nõ admitti extẽsionẽ, & corruere priuilegiũ & eius effectũ sacerdotio deficiente, quos sequitur Alciat.in dicto §.& quid si tantũ in 2.lectura n.43. dicentes nõ esse effi-

cacem rationem Alexan.& sequentium. Tertia fuit opinio Galiaul. in d.§. & quid si tantum nu. 28. & 29. qui dixit, hoc totũ relinqui arbitrio iudicis, qui considerabit, an verisimile sit, Principem hunc effectum considerasse, extensionemque fieri voluisse,& hanc vetimam Galiaulæ sententiam sequitur Menoch.de arbitrarijs centuria 6.casu 509.nu. fin. qui affirmat, hãc sequutam fuisse in lib 4.præsumptionum in præsumptione 75.n.4.quia omnis status causę coniecturalis in iudicis arbitrio posi
997 nus est, † per l. voluntatis quæstio.c. de fideicommis.vbi Anton. Menes. à Padilla nu.1.2.& 7.qui aliquot casus refert &Menoch.dicto casu 509. in fin.

Quæs.183 EX Quibus consequitur, vtrum clericus, qui confessus est, se esse laicum sibi præiudicet in suo clericatus, vel fori priuilegio. † In qua
998 quæst.videtur tenendum,talem clericum sibi præiudicium parare.Primò,quia conuictus de mendacio in
999 duplo condemnatur, † authentica qui contra propriam, C. de non numerata pecunia, tenet Bart. in l. eleganter,ff. de dolo,§. idem Pomponius, & per mẽdacium posidẽtis
1000 transfertur in actorem possessio,† l. fin.ff. de reiuendicat. de qua videndus Bernard. Diaz de Lugo in regula 306. Ias. in §.omnium instituta de actio.à numer. 90. Gratian. in regul. 306. 312. Azeued.in l.10. tit. 2.lib.1.recopil. nu.fin.l.4.tit.1.part. 5.falsique pœna punitur,qui in frau-
1001 dem nomen mutat, † l. falsi nominis,ff. ad legem Corn. de falsis, vbi Doctores, & Bald.in rubr. C. de fide instrumentorum num.12.l.2. tit. 7. part.7.vbi Greg.Lop. in glos.verbo, *El nombre*, & qui cum nec clericus, nec Doctor, nec miles, nec notarius sit, agit se pro clerico, Doctore, milite, & notario, falsi pęna coercetur, † l. eos, §. qui se pro 1002
milite,ff. ad leg. Corn.de fals. Tiraquel. de nobilit. cap. 13. in fin. l. 2. tit. 7. part.7. Auend. de exequend. mandat. Regum 2.part.cap. 14.nu. 23. & agricola negans se talem esse creditore ignorante, non potitur priuilegio agricultoribus concesso, † secundum Collantes super prag- 1003
maticam in fauorem rei frumentariæ lib.3.cap.6.num.8. ad medium. Nobilisque, qui tempore cõtractus negat, se esse nobilem, potest in carcerem duci, † per l. qui cum se cum 1004
concordantibus,ff. de re iudicata, tenet Baeça de inope debitore, cap.16. numer. 96. Anton. Gom. in l. 79. Tauri num. 4. Ioan.Gutier.de iuramento confirmat.1.p.c.16.nu.25.& etiã minor, qui se maiorẽ dixerit, & ex aspectu apparet, iure minoris & restitutionis iuuari non potest,† l.2. 1005
& 3.C.si minor se maiorem dixerit, l.6.tit.19.p.6. l.1. in fin. l.40. & l.4. tit.1.p.5. de quo videas multa notatu digna per Ioan.Gutier.in authen. sacramẽta puberum à num. 55. cum pluribus sequentibus. Et præterea fœmina simulans se virum cum viri veste ad decipiendum creditorem, cum quo contrahit, Velleiani priuilegio non iuuatur,† l.fœminę,C. ad 1006
Senatusconsult. Velleian.l.si decipiẽti,ff.eodem tit. & quando filius familias

lias fraudulenter se esse, sui iuris fatetur, non iuuatur Macedoniani be-
1007 neficio, † l. eũ qui, ff. ad Senatuscon-
sult. Macedonian. & mulier, quæ
asserit, non esse rem dotalem, quæ
venditur, ad impugnãdã posteà alie-
nationem non admittitur, perditq;
1008 suum beneficium, & priuilegium: †
ita Tiraquel. ad leg. connubial. glos.
8 nu. 41. Baeça de non meliorandis
filiabus cap. 3. nu. 12. & de inope de-
bitore c. 16. nu. 94. quia veritatis ne-
1009 gatio sine dolo fieri non potest, † se-
cundum Greg. Lop. in l. 4. tit. 1, part.
5, glos. 6. Et ideo negans debitum re-
ceptum, etsi posteà solutionem pro-
bauerit, nihilominus in odiũ negan-
1010 tis non auditur, & debitum soluet: †
iuxta tex. egregium in authético de-
triente, & semisse. §. si quis auté. Sed
pro contraria parte, videlicet quòd
clericus qui confessus fuit, se esse lai-
cum, nõ sibi preiudicet, facit doctri-
na Follerij hoc tenentis in sua praxi
i, part. 3. partis, versic. & si confite-
buntur, num. 122. tenet Guid. Pap,
in singulari 537. quæ vera doctrina
est, cui non oberunt fundamenta in
contrarium adducta, quibus respon-
de habere locum in casibus, quibus
fraus, & dolus intercesserit, & con-
trahens ignorat fraudantium sta-
tum, & conditionem: ita Antonius
Gomez in dicta l. 79. Tauri num. 4.
& Ioann. Gutier. de iuramento con
firmat. dicto cap. 16. num. 25. vbi la-
tè, & ideo nobilis, qui se esse ignobi-
lem confitetur, non prohibetur sua
vti nobilitate, nec eius priuilegium
amittit, si cum eo contrahens non
ignorabat eius conditionem, & se
esse nobilem sciebat: ita Baeça de
inope debitore dicto cap. 16. num.
95. Et perconsequens filius familias,
qui sine fraude, vel sciente eo qui cũ
eo contrahit, esse talem filiũ familias
(licèt sui iuris esse affirmet) non ob-
stante tali confessione poterit se iu-
uare Macedoniani priuilegio: ita
Alexand. qui sic venit intelligendus
in consil. 122. col. 2. lib. 6. Tiraquel.
ad leges connubiales glossa 8. num.
143. Baeça dicto cap. 16. num. 95. &
de non meliorandis filiabus cap. 30.
num. 12. Et ita qui sine fraude no-
men mutat, non punitur, † per l. vni- 1011
cam, C. de mutatione nominis, secun
dum Gregor. Lop. in l. 2. tit. 7. part.
7. in glossa verbo, *El nombre*, & eo-
dem modo, qui sine fraude dicit es-
se seruum, cum sit liber, non præiu-
dicat suæ libertati, † l. interrogatum, 1012
C. de liberali causa, l. 6. titulo. 13.
partita. 3. de qua est videndus Pa-
dilla in l. cum falsa, C. de iuris, &
facti ignorantia, & Mascardus de
probationibus 1. part. conclusione
7. à numero 34. Ex quo nota, quòd
mendacium non punitur nisi in ca-
sibus à iure expressis, † cap. quisquis 1013
11. q. 3. Menoch. de arbitrar. centur.
3. casu 276. num. 8.

ESTQVE obseruandum, Quæst. 184.
quòd in generali concessione ab-
soluendi à quibusuis peccatis cen-
suris, & pœnis, non continetur ab-
solutio, vel dispensatio ab irregula-
ritate, † vt tenet Domincus, & Ale- 1014
xand. in cap. miror 50. distinctione
per text. ibi Villadiego in tractatu
de irregularitate conclusione 43. in
fin. Nauarro in manuali Latino c. 27.

P 3 n. 194.

n.194.& latius in nu.250.Ioan.Gut. in quęstionibus Canonicis tom.1.c. 3.n.3.& c.19.n.15. quæ facultas absoluendi à quibusuis censuris, & ab irregularitate, & suspẽsionibus ex delicto occulto prouenientibus excepta ea irregularitate, quæ ex homicidio volũtario oritur, & exceptis alijs ad forum contentiosum deductis
1015 Episcopo conceditur, † per tex. in c. 6. incipit, *Licèt Episcopis*, sessione 24. de reformatione in Cõcilio Tridentino pag.290. quod intellige verũ, etsi in prædictas excõmunicationes, interdicta, censuras, & irregularitates incurratur per bullas, breues, extrauagantes, motus proprios, & constitutiones Pontificũ post dictum Concilium Tridentinum cõcessas, non habentes clausulam sufficienter derogatoriam illius facultatis à dicto Concilio Tridentino concessæ, cuius decisio in suo robore remanebit, ex traditis à Nauarro lib.5.consiliorũ tit.de sentent. excõmunicatio.consf.43.fol. 627.fr. Manuel Rodriguez in sua summa c. 81. n.4. de quo dicto c.6. sess.24.Concilij Trident. videas Ioan. Gutier. vbi
1016 supra d.c.3.à n.6. cum seqq. †

Quæst.185 DATVRQVE ex supra dictis interpretatio ad l.2. vers. *En quanto toca a los entierros*, tit.5.lib.5. compilationis, vbi iubetur in funerib⁹ duodecim cereos tãtum adhiberi, nãq; Nauar. in manuali c.27.nu.120. ait, hoc statutũ esse permissum, & alia, in quibus modus ponitur, ne multitudo clericorum, & officiorum, & offrendarum in funeralibus adhibea
1017 tur, † & quòd huiusmodi statutum non sit contra libertatem Ecclesiasticam affirmat, contra quem tenet Syluester in sua summa, verbo statutum, versic. octauo cum communi, quem refert & sequitur fr. Manuel Rodriguez in sua summa cap. 74. n: 5. pag. 187. additurque interpretatio ad text. in l.4.tit.8.& ad l.6.tit.15. part.7.& ad l. 12. & 13.tit. 23. lib.8. Recopilat.

EX quibus priuilegium optimũ conceditur homicidæ casuali, qui casualiter, & sine dolo & culpa aliquẽ occiderit, in illis verbis: *Y no aya otra pena*, & ib i: *No aya pena ninguna*, vt intelligantur, quòd occidens casualiter nulla interueniente culpa ad nullius damni solutionem, vel ad satisfactionem pecuniariam vxori, vel filij occisi teneatur, † per tex. in l.fin.ff. de his qui deiecerunt, vel effuderunt, ita interpretatur Auendan. de exequendis mandatis Regũ 2.par.c.16.n.13.ex Boer.decis. 237. nu.4. secus autem erit in homicidio casuali culpa interueniente, licèt parua vel leuis, nam tunc temporis pena extraordinaria, & arbitraria veniet imponenda: & occidens in damno & interesse est condemnandus, † secundum Auend. vbi supra, Ioan. Gutier. in quæstio. Canonicis cap.6.num.130.qui per totum, c. est videndus de homicidio casuali cum Anton.Gom.in 3. tom. variarum c. 3.nu.21.ad finem, Menoch. de arbitrarijs libr.2. centuria 4. casu 324. & de pena mediatoris interficientis aliquem ex rixantibus casu: vel si rixantes casu interfecerint mediatorem, † vide latè Boerium decis. 83. 1020
cum

Quæst.186 (margin)
1018 (margin)
1019 (margin)

cum sequentibus, qui in decisione 261. agit de vxore inuenta mortua, vtrum præsumatur contra mari-
1021 tum, † & de filio inuento mortuo in lecto parentum, vel in lecto nutri-
1022 cis, an contra eos præsumatur, † vide Cassan. in consuetudinibus Burgund. rubric. 1. vers. Item quia dictũ fol. 15. colu. 3. & Anton. Gom. in 3. tomo variarum c. 3. num. 19.

Quæs. 187 Obseruandumque est, quòd habens à Romano Pôtifice priuilegiũ, vt fructus beneficij etiam absens recipiat, ac si esset præsens, non poterit ratione illius priuilegij distribu-
1023 tiones quotidianas habere,† per glossam communi consensu approbatã in cap. vnico verbo adfuerint de clericis non residentibus libr. 6. vt latè post alios probat Couar. lib. 3. variarum resolut. cap. 13. nu. 12. & Ioan. Gutier. in quæstio. Canonicis lib. 2. cap. 15. nu. 13. & ratio est, quia adeò requiritur assistentia ad lucrandas distributiones quotidianas, vt non dentur etiam studentibus Thelogiã,
1024 † vt in c. licèt de præhend. vbi DD. nec dentur his, qui sunt in seruitio Episcopi, vel Papę, vt in c. de cętero, & in c. cum dilectus de clericis non residentibus, glossa verbo exceptis in c. fin. de rescriptis, lib 6. vbi Doctores, tenet Ioan. Gutier. vbi supra nu. 12. qui dicit, ita tervidisse in praxi obseruatum, qui in nu. 14. latè agit, quæ dicatur causa finalis, & quæ impulsiua in rescriptis & priuilegijs:
1025 † & an falsitas causæ vitiet rescriptũ & priuilegium, quem videas per totum cap. 15. & in dicto. nu. 14. cum sequentibus.

Notandumq; est, quòd Princeps tutè & absque animæ periculo & in foro cõscientiæ, nõ solũ in exteriori foro poterit remittere criminis pęnã, quæ in satisfactionem rei publicę à lege instituta fuerit, vbi nec reipublicę nec alijs ex hac remissione dãnum sequitur, † secundũ D. Thom. 2. 2. q. 67. art. 4. Maior. in 4. dist. 15. q. 19. Castro de lege pęnali c. 12. vers. Contra hanc secundã, Felin. c. quàliter, § . ad corrigẽdos de accusat. n. 26. Couar. lib. 1. variar. resolut. c. 20. n. 8. Ant. Gom. tom. 3. variar. tit. de tort. reorũ n. 38. quòd, vt iam dixi, intelligitur sine damno tertij iniuriati: nam Princeps huiusmodi gratiam & remissionẽ faciens & cõcedens sine partis remissione mortaliter peccat, † vt affirmat Thom. Gram. in voto 35. n. 8. in fin. Iul. Clar. in practi. criminali, § . fin. q. 59. & de hoc vltra ordinarios est vidẽdus Boer. in decis. 217. nu. 22. Marsil. in singulari 111. Tho. Gram. voto 10. nu. 11. Palac. Rub. in c. per vestras notabili. 4. num. 11. Loazes de matrimonio in dubio. 10. nu. 6. Couar. dicto libr. 1. variarum cap. 20. num. 8. Menoch. de arbitrarijs libr. 2. centuria 3. casu 203. num. 32. Molina de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 3. num. 40. & lib. 2. c. 4. num. 52. Ex quibus venit interpretanda l. 2. titul. 25. lib. 8. Recopilation. ibi: *E si acaeciere, que alguno que nos ayamos perdonado, y tornasse despues à hazer otro maleficio: porq̃ nos despues le mãdassemos dar otra carta de perdon, mandamos que la carta segũda no valga, saluo si hiziere mẽcion de la primera, aunq̃ en ella vayã decla-*

Quæs. 187 (right margin, top)
1026 (right margin, beside "num sequitur")
1027 (right margin, beside "partis remissione")

*declarados todos los maleficios q̃ hizo.* Quæ lex intelligenda est, quãdo secundum debitum, de quo concessa est indulgentia & remissio, fuerit primo similis, eiusdemq; generis: quod secus erit, si secundum debitũ fuerit diuersi generis: nam tunc temporis valet remissio, & gratia secũda, licèt de prima & de primo delicto nulla
1028 fuerit facta metio, † ita tenet Alciat. in c. cum non ab homine de iudici. num. 43. Couar. vbi supra c. 20. nu. 8. Ioan. Gutier. in Canonicis quæstio. lib. 2. c. 15. nu. 87. cum seqq. qui in num. 90. pro hac opinione adducit tex. in cap. 2 de filijs presbyterorum lib. 6. quem videas optima in nostra materia recensentem circa priuilegium secundum non faciens de primo mentionem, quando & quomo-
1029 do valeat, † vbi more solito ingeniose loquitur, ne eius dicta transcribere videar.

Quæst. 189 Controuersaq; admodum est illa quæstio, vtrũ immunitas Ecclesiastica sit à iure diuino, velà iure positiuo
1030 instituta? † In qua Doctores in varias diuisi sunt sententias, nam Couar. in lib 2. variar. cap. 20. à nu. 2. neruosè defendit, prædictam immunitatem non à iure diuino, sed à iure positiuo institutam esse, cuius opinionem sequitur Tiberius Decian. 2. tom. criminali, lib. 6. c. 25. n. 2. post princip. & Prosper. Farin. in 1. tom. criminali, titul. de carceribus, & carceratoribus, quæst. 8. n. 1. qui pro sua opinione adducit tex. in c. 20. sessione 25. de reformatione in Concil. Tridẽt. vbi dicit, probari prædictã immunitatem tantũ per sacros Canones, & concilia institutã, & ideò à prædicto Concilio Tridentino obseruandã esse præcipitur. Sed contraria opinio, & quòd Ecclesiastica immunitas sit à iure diuino, & à Deo optimo maximo instituta & concessa, tenet Rebuffus ad Regias constitutiones Gallicas tom. 2. tit. de immunitate Ecclesiastica art. 1. glos. 1. nu. 5. & Aufrerius in decis. Tolossana quæst. 422. Turrecramata in c. sacrilegiũ, 17. q. 4. Ioan. Igneus in l. 1. in principio n. 26. cum sequentibus, ff. ad senat. cõsult. Silanian. Remigius de Goni de immunitate Ecclesiastica in principio nu. 5. Petrus Pechius in tractatu de Aresto cap. 6. num. 5. Quesada in cap. 1. diuersarum quæstionum nu. 2. Anastasius Germon. de sacrorum immunitate lib. 3. c. 16. num. 3. cum sequentibus. pag. 252. qui dicit hanc opinionem cõtra Couar. & alios esse magis receptam magisque communem, quam sequũtur plures Doctores relati à Tiberio Decian. vbi supra, licè ipse ab ea discedat, quam opinionem, videlicet immunitatem Ecclesiasticam esse institutã & concessam à iure Diuino, semper veriorem & tenẽdam mihi visum fuit, & probatur expressè in d. c. 20. sessione 25. de reformatione in Concilio Tridentino, ibi: *Ecclesiasticarum immunitatem Dei ordinat, & Canonicis sanctionibus institutam,* ponderando illã dictionẽ, *Et,* quæ ponitur inter diuersa, † iuxta l. si quis Titio, 1031
ff. de vsufructu accrescẽdo, l. si heredi plures, ff. de cõditio. institutio. tenet Bart. & Doctores in rubr. ff. de iuris & facti ignorantia Thom. Grãmati. decis.

decisione 4. nu. 3. quæ dictio, & di-
1032 uersificat genus ab specie, † nec est in conueniens, vt post expressum genus de speciebꝰ generaliter subiungatur, l. si seruus seruũ. §. inquit lex. ff. ad legẽ Aquiliã, tradit Licirier in tract. de primogenitura lib. 2. q. 3. nu. 17. Qua nostra opinione retenta, quam sequitur, & defendit Manuel Rodriguez in quæstion. regularibus 2. tomo. q. 50. articul. 1. respondetur Prospero Farinacio, qui pro sua contraria opinione adducebat dictum c. 20. sess. 25. Concilij Tridentini, quòd licèt ibidem iubeatur sacros Canones, & Concilia disponentia circa immunitatem ecclesiasticam obseruari, non ideo negatur prædictam immunita-
1033 tem, etiam esse de iure diuino, † cùm in dicto cap. 20. expresse, vt iam dixi, dispositum sit in illis verbis: *Dei ordinatione*. Ex qua vera resolutione sequitur, quòd Principes seculares in præiudicium prędictæ immunitatis ecclesiasticæ quicquam disponere non possunt, cùm sit ecclesiastica, &
1034 à iure diuino instituta, † cap. ecclesia Sanctæ Mariæ de constitution. tenet Auferius in decisione Tolosana q. 421. Turrecremata in dicto cap. sacrilegium 17. q. 4. & Rebuffus dicto art. 1. glos. 1. num. 5.

Cap. 23. EX quibus datur interpretatio ad l. 13. tit. 2. lib. 1. & ad l. 2. tit. 19. lib. 5. Recopil. vt earum dispositio ideo obseruetur, quia non disponunt contra libertatem, nec immunitatem ecclesiasticam: † quando quidem mercatores, qui ad ecclesiam cum suis bonis confugiunt, habeantur, & per prædictas leges Regias pro publicis latronibus, grassatoribus, & expilatoribus declarantur, † & per sacros Ca 1035 nones dispositum erat, huiusmodi latrones immunitate ecclesiastica non potiri, † per tex. in cap. inter alia de 1037 immunitate ecclesiastica. c. sicut antiquitus 17. q. 4. Debitores namque, qui rem non decocunt, hoc est, *no se alçan*, ab ecclesia non possunt euelli, secundum Ioan. Gutierr. in practic. quæstion. lib. 1. q. 1. Restat nunc examinare, vtrum quilibet posit hanc immunitatem ecclesiasticam renunciare. Et verum est, quemlibet eã renunciare posse, † per text. in c. vxor, 1038 vbi glossa verbo imputet 17. q. 4. tenet Mantaluus in l. fin. tit. 5. lib. 1. fori Regal. in fine, vt habetur supra in num. 916. Et ratio est, quia ecclesiastica immunitas principaliter introducta fuit ad honorem, & reuerentiam Dei, & ob proximi pietatem: † 1039 ita Ioan. Visquis in tractatu de immunitate ecclesiastica col. fin. versic. 32. Remigius de Goni de immunitate ecclesiastica regul. 1. num. 2. & Paz in praxi. 1. tom. 5. part. cap. 3. §. 3. num. 23. Et ideo est ecclesiarũ priuilegium, quarũ respectu, & causa ad personas, quæ ad eam confugiunt, extenditur secundario: † ita Fõ 1040 carran. consil. 329. in principio, Marcus mantua in singulari 271. Tiber. Decian. in 2. tom. criminali lib. 6. c. 25. nu. 1. Castillo Bobadilla in politica lib. 2. c. 14. nu. 1. tom. 1.

DEINDE si priuilegio, nec Quæst. 90. præscriptione, vel immemoriali cõsuetudine idem operante, † per cap. 1041 conquestus 9. q. 3. c. quod ad sedem de officio ordina. quæ iã prædia alicuius

cuius villæ, quæ feminantur vel colūtur, decimam non soluerint, immuniaq; fuerint, est memoriæ recolendum, quòd si aliqui agri eiusdem villæ penitus inculti de nouo redigā tur ad culturam, de his decima per-
1042 soluenda erit, † ita tenet Panormit. in cons. 71. n. 3. verf. & pro hęc puto; 2. p. Rebuf. de decima quęst. 14. n. 9. Ioan. Gutier. in quæstio. Canonicis lib. 2. c. 21. n. 8. & ideò si quis priuilegio vel antiqua consuetudine decimas perceperit, ei non debentur
1043 de noualibus, † secundum Ostiens. & alios in c. cum contingat de decimis, Rebuf. vbi supra numer. 16. & Ioan. Gutierr. dict. cap. 21. num. 81. qui de hoc est videndus à numer. 117. cum pluribus sequentibus, vbi latè loquitur, & distinguit in nostra priuilegiorum materia circa noualia, vtrum in priuilegio decimandi, vel non decimandi comprehen-
1044 dantur. †

Quæſ. 191. ET Prędictis cōducit illius quęstionis examinatio, vtrum dominis tēporalibus, & magnatibus, quibus iurisdictio à Principe cum suis iuribus fuerit concessa, priuilegium etiam concessum videatur, vt possint ipsorum tantum gratia & ad libitum venationem in suis proprijs
1045 & priuatis fundis prohibere. † In qua quæstione videtur tenendum, quòd huiusmodi prohibitio illis concessa videatur, quando quidem à iure Principi cōcedatur, vt venationem prohibere possit ex ius-
1046 ta causa, † per text. in cap. 1. §. nemo retia de pace tenenda, & eius violatoribus in vfibus feudorum, vbi? notant Præpositus, cæterique Doctores, estque magis communis sententia teste Couarr. in reg. peccatum 2. part. §. 8. numer. 1. & ex multorum sententia eam probat Caietan. in opusculo 17. responso 12. Angel. de Clauas. & Armilla aurea in summa verbo, venatio, Syluester eodem verbo, & verbo restitutio, 2. §. 16. & §. 17. Gabriel in 4. distin. 15. quæst. 5. Speculum conscientiæ lib. 1. c. 68. Ioan. à Medina de restit. quæst. 12. in principio, Nauarro in Manuali Latino cap. 17. n. 120. Soto de iustitia & iure, lib. 4. quęst. 6. art. 4. pag. 345. Ant. à Cordoua in sua summa *de casos de conciencia*, quæst. 119. in 2. dict. Petrus à Nauarra lib. 3. de restitut. cap. 1. nu. 278. Sed dominis tēporalibus & magnatibus hanc venationis prohibitionem sicuti Principibus non concedi, nec permitti tradit Medina vbi supra, versic. Sed quid de dominis, & Tiraquell. de nobilitate cap. 37. n. 150. & Soto vbi supra, vers. Hoc autem. Nihilominus tamen verum est licere dominis temporalibus & magnatibus in suis proprijs & priuatis fundis, sicut & alij priuati: item est in publicis & communibus suorum populorum ex causa iusta ad tempus, non verò in perpetuum venationem per edictum prohibere, † ita Cou. Caiet. & 1047
Medin. & omnes supra relati DD. & Ioan. Gut. in qq. Canonicis lib. 2. c. 28. n. 3. qui refert Ludou. Carb. de restit. quæst. 34. & Salon de iusti. & iur. in 2. 2. Diui Thom. quæst. 62. art. 3. in 3. controuersia pagina 150. cum sequentibus, qui dictus Ioannes Gutier.

Gutier. vbi supra à nu.32. cum seq. c tibus optime agit de interpretatione legis 17.tit.28.part.3. † cum Gouar. in regula peccatum de regulis iuris lib.6.2.p.§.8.q.6.à nu.6. & Meneses in l. per agrum, C. de seruitutibus & aqua num.7. Soto de iustitia & iure q.6.art.4 pagin.344. Petrus à Nauarra de restitutione c.1. nu.294. Molina de iustitia & iure tract.2.disputatione 51.

1048

Quæst.192 QVIBVS conuenit interpretatio tex. in c.5. sessione 25. Concil. Trident. vbi probatur, quod filij illegitimi clericorum non possunt habere beneficium in ipsa ecclesia, vbi patres eorum ministrauerunt, vtrum illius dispositio ad nepotes extendatur.

1049 tur.† Et extendi videtur per tex. expressum in l. liberorum, ff. de verborum significatione; quod tenet Rebuffus in praxi benefici. in parte de dispensatione super defectu nataliũ num.27. Sed contrarium est verius, videlicet, quod prædicta decisio c. 5. Concilij Tridentini nepotes non comprehendat, iuxta glossam verbo præbendas in cap.1. 56. distinct. & in cap. Apostolicæ 8. q.1. quas ibidẽ dicit communiter receptas Bellamera num.3. Præpositus num.20. Guevara in l.7. de potestate legati num. 313. Salcedo in additio. ad Bernard. Diaz de Lugo in pract. criminali c. 28. Ratio est, quia licet illegitimus sit

1050 irregularis, † per tex. in c.1. de filijs presbyterorum, vt tradit Rebuffus vbi supra folio 407. Et Nauarro in cap.27. num. 201. irregularitas non extenditur vltra casus à iure expres-

1051 sos, † cap. is qui in fine principij de sententia excommunic. lib.6. & quia in dispositionibus odiosis, & onus continentibus, filiorum appellatione nepotes non continentur, nec ad eos extenditur dispositio, ex vi comprehensiua, seu interpretatiua: † ita Bar- 1052
tol. in dicta l. liberorum, vbi cæteri scribentes, & in l. iusta interpretatio eodem titulo de verborum significatione, ff. & ibi Alciatus, l. quòd si nepotes, vbi Doctores ff. de testamentaria tutel. Bart. & omnes in l. Gallus, §. instituens. ff. de liber. & posthum. Tiraquel. de primogenitura quæst. 40. num.55. & 56. Curti. Iunior consilio 111. num.2. Molina de Hispan. primogen. lib.1. cap.6. num.27. qui in num.28. defendit, in maioratibus perpetuis nepotes comprehendi, & vocatos censeri appellatione filiorũ † per multa, quæ refert. 1053

Asseuerandumq; est, quòd Princeps, vel Pontifex in suis priuilegijs, vel rescriptis, nunquã censentur tollere rationabiles consuetudines, nec priuata locorum statuta, nisi expresse derogentur, † tex. in cap.1. de constitution. lib.6. tenet Parasfelus in suo compendio. §.9. num. 174. & sr Manuel Roderic. in sua summa. 1. part. cap.60. num.6. ad medium. Quæst.193 1054

NVNC addo, quid statuendũ sit, si Princeps concedat alicui priuilegium exemptionis, & excusationis gabellæ, & aliorum iurium ad se pertinentium de tota sua lana, quam vendiderit, vel in aliud Regnum vendendam portauerit, si prædictus priuilegiatus ex dicta sua lana pãnos cõfecerit, & vendiderit, vtrum ad hũc casum priuilegium exemptionis extendatur Quæst.194

tendatur, de prædictisque pannis
elaboratis gabellam, & alia rega-
1055 lia iura non soluat. † In qua quæ-
stione asseuerandum putaui, quòd
dicta exemptio & priuilegium lanę
cõcessum ad pannos elaboratos, nõ
extendatur, in primisquia forma dat
esse rei, & mutata forma substãtiali
res non dicitur eadem, sed diuersa,
1056 † l. Iulianus, §. si quis rem fecerit, ff.
ad exhibendum, & ex Sabini respon
so in l. mulieris, ff. de verborum sign.
res abesse videtur, cuius corpus ma
net, sed forma mutata, vel transfigu-
rata est, facit l. si cui lana, ff. de legat.
3. vbi probatur, quòd in legato lanæ
non continetur lana, quę est redacta
ad formam telæ, vel ad alium specia
1057 lem vsum deputata, † & probatur ex
l. Seia, ff. de auro & argento legato,
vbi probatur, quòd legatum alicuius
speciei extinguitur, si illa species in
aliam formam fuerit transmutata,
1058 † probatur etiam ex l. ex hoc edicto,
ff. de alienatione iudicij muta. cau-
sa fact. vbi probatur, quòd non dici
tur res exhiberi, si pristina causa fue-
1059 rit mutata, † & ex l. Labeo, ff. de ver-
borum significatione, vbi probatur,
quòd non tantum æstimatur pretiũ
rei substantiæ, quantum pretium,
quod in arte positum est, probat etiã
l. quid tamen, §. 3. ff. quibus mod.
vsusfruct. amittatur, vbi Vlpian. [Si
massa, inquit, vsusfructus legetur, &
ex ea vasa sint facta, interit vsusfru-
1050 ctus, † & ornamentum dissolutum,
aut transfiguratum, extinguit vsum
fructũ.] Facit illud Aristotelis lib. 2.
de natura, videlicet, [Vnamquamq;
rem id quod est ex sua forma, ęstima
ri, ac nominari.] † Comprobaturq; 1061
ex Paul. Iurisconsulto responso, in l.
sed si ex meis, ff. de acquirendo re-
rum dominio, cuius verba: *Sed si ex*
*meis tabulis nauem fecisses, tuam nauẽ*
*esse, quia cupressus non maneret, sicuti*
*nec lana vestimento facto, sed cupres-*
*sum, aut laneum corpus fieret.* Et fa-
ciunt per me tradita in superioribus
763. cum sequentibus.

ESTQVE Optima quæstio, Quæst. 191
vtrum milites nostri temporis, qui
sua officia mechanica exercentes in
aliquo sunt deputati loco, tanquam
milites præsidiales, vel *Artilleros*, po
tiãtur priuilegio, atque exemptione
militibus concessa. † In qua quæstio 1062
ne videtur tenẽdum, huiusmodi mi-
lites prædicto priuilegio non potiri.
Primò quia dicti milites magis mer-
cantiæ, quàm militiæ incumbunt, &
in hoc casu non gaudent priuilegio
militari, † l. eos, C. de officio magist. 1063
milit. l. penult. ff. ex quibus causis ma
iores, ita Ioan. Baptist. Cacialup. in
tract. de debitore suspecto fugitiuo,
5. quæst. principali num. 9. volumin.
9. tractatuum Doctorum in antiquis
fol. mihi 225. col. 4. Et secundò facit,
quia nobilis, qui mercantiam & of-
fitium mechanicum exercet, perdit
priuilegiũ nobilitatis, † l. nequis, C. 1064
de dignitatibus libr. 12. vbi Lucas de
Penna, & Ioan. de Platea, & in l. si
cohortalis in fine, C. de cohortalibus
lib. 12. l. 12. tit. 21. par. 2. vbi Gregor.
Lop. in glossa verbo, *Por su persona*,
l. nobiliores, C. de cõmercijs, tradit
Tiraquel. de nobilitate cap. 27. cum
sequentibus, Mexia in pragmatica
taxæ panis conclus. 6. numer. 23. &
Sarmien-

Sarmiento lib. 1. selectarum cap. fin. num. 2. Otalor. de nobilitate 2. part. tertiæ partis cap. 5. num. 15. Tertiò facit, quia nobilis pro debito gabellario & fiscali carcerari potest, &
1065 perdit suum priuilegium, † in casu l. 4. tit. 2. lib. 6. Recopil. ibi: *Saluo si fuere arrendador, y cogedor de nuestros pechos y derechos: porque en tal caso el propio quebranta su libertad.* Ita Baeça de inope debitore cap. 16. num. 81. Quartò etiam facit, quia clericus & alius mercator priuilegiatus ratione fori coueniendus est super rebus mercantiæ coram iudice secula-
1066 ri mercatorum: † ita Azeuedo in rubrica tituli 13. lib. 1. Recopil. num. 8. & in l. 3. tit. 18. lib. 9. d. Recopil. nu. 14. tex. est in cap. fin. de vita & honesta clericorum, & in cap. recolentes de statu monachorum, tenet Bobadilla in politica lib. 2. cap. 18. num. 123 litera. F. qui personam clerici in prædicto casu conueniendam non esse affirmat: & fulcitur, quia licet clerici ante omnem humanam legē iure diuino in his, quæ ecclesiastica sunt, à potestate, & iurisdictione se-
1067 culari eximantur, † per glos. verbo & discuti in cap. si Imperator 96. distinct. glos. communiter recepta in cap. quanquam de censibus lib. 6. verbo & diuino, & vtrobiq; Doctores, quos refert Couarru. in practicis quæstio. cap. 31. num. 1. & 2. Villalobos in erario mille communium opinionum in parte clerici el primero num. 69. tamen clerici negotiatores erunt compellendi ad solutionem gabellæ per iudicem secularem pig-
1068 nora capiendo, † secūdum Guilliel. de Cun. in l. de his q. 3. C. de Episcopis, & cleric. & in authent. clericus, C. eodem titulo, Salicet. in authent. sed periculum, C. sine censu, vel reliq. fundus vend. non pos. num. 2. Bald. in cap. cum venissent de eo, qui mittitur in posses. col. 3. & secundum Ioan. Fabrum in §. fin. instit. de satisdatione col. 2. versic. quid in necessario, ipse in authent. statuimus, C. de Episcop. & cleric. col. 7. Masuerius in authentico de remissione. §. item si presbyter, Aufrerius in Clemen. 1. de officio ordinarij regula 2. fallentia 4. Guiliel. Benedict. in cap. Raiñuntius de testam. in verbo. & vxorem nomine Adelasiam num. 322. Barbac. consilio. 1. lib. 3. Tiraquel. de vtroq; retract. titulo de retract. lignagier. §. 32. glos. 1. à num. 80. cum sequentibus, Boer. decis. 246. nu. 4. idē tenens in charitatiuo subsidio exigendo, tenet Mexia in taxam panis cōclusione 5. num. 32. & Rebuffus ad Regias constitut. Gallicas 2. tom. de mercatoribus minutatim vendentibus glos. 13. ad fin. Azeuedo in l. 11. tit. 3 lib. 1. Recop. Lasarte de decim. cap. 19. num. 84. Humada in scholijs ad Gregorium Lop. in l. 49. tit. 6. part. 1. glos. verbo, *Las franquezas*, num. 2. & per me late in tractatu de regio patrimonio 7. part. in princip. à num. 24. cum sequentibus, quam meam opinionem sequitur Azeuedo in l. 7. tit. 18. lib. 9. Recopil. num. 13. alios, & nos referens, & Benbenuto de mercatura. 3. p. numer. 9. titulo quomodo procedendum sit in causa mercaturæ num. 17. & nos in hac opinione sequitur Bobadilla in sua politica

politica lib. 2. cap. 18. num. 124. Nihilominus tamen contrarium est verum & tenendum, videlicèt quod huiusmodi milites gaudeāt immunitate, & priuilegio, & exemptione militibus antiquis concessa, dummodo tales milites, vt in nostro casu sint in expeditione, vel loco deputato pro expeditione militiæ, vel seruitio reipublicæ, vel operam dent militiæ in castro signato, l. miles, l. item miles, ff. de remilita. l. ex eo tempore, C. eodem titul. cum lege sequenti, vbi notat Bar. & Paul. & in l. 1. C. de militari testam. idem Bar. in l. veterani, ff. ad legem falcid. & in l. 1. C. negotiatores ne militent. lib. 12. tex. in l. 4. in principio, tit. 1. p. 6. Ioan. Matienç. in stylo chancellariæ tit. 1. preminentia 17. casu 20. declaratione 652. glos. 4. nu. 8. & 9. Roman. cons. 43. num. 4. Alex. in l. scriniarios, C. de testamento milit. num. 7. & Ias. in l. de quibus, ff. de legibus numer. 66. Ripa in l. Centurio, ff. de vulga. & pupilla num. 9. l. 3. §. his, ff. de muneribus & honor. tenet Greg. Lop. in l. 49. tit. 5. p. 5. glos. verbo, *de cauallero*, & in l. 2. tit. 5. vers. 6. verbo, *Cauallero*, in fine, Ioan. Garc. Gallego in tractatu de nobilitate glos. 6. num. 12. Collantes in pragmatica in fauorem rei frumentariæ, l. 2. c. 2. num. 3. post medium. Et hanc opinionem tenendo responde fundamentis cōtrariæ partis. Ad primum, quod loquātur eius fundamenta in his militibus, vel mercatoribus, qui tātum dant operam mercantiæ militia derelicta, obliuionique tradita: & non in his, qui licèt mercantiam exerceant de licentia superioris, incumbunt etiam militiæ. Et quando milites de licentia superioris vacant armis, priuilegio potiuntur militari, † secundum 1069 Gregor. Lop. in l. 23. tit. 21. part. 2. verbo, *En muchas maneras*. Et secundo fundamento respondetur, quòd secundum veriorem opionem nobiles, qui mercantiam exercent, non amittunt priuilegium nobilitatis, † 1060 quòd pro viribus & ingeniosè defendit Ioan. Garc. de nobilitate glos. 1. §. 1. num. 58. per l. 4. tit. 19. lib. 1. Recop. vbi Azeued. in principio. Nec oberit tertium fundamentum contrariæ partis, nam responde, quòd nobilis pro debito gabellatio, & fiscali non potest incarcerari, nec perdit nobilitatis priuilegium, nisi in casu dictæ legis 4. tit. 2. lib. 6. Recop. hoc est quando gabellam conducit, † ita tenet Cifontes in l. 79. Tauri in 1071 principio, Didacus Perez in l. 1. tit. 2. lib. 4. ordinamenti glos. 1. vers. Præterea, & late defendimus in tractatu de Regio patrimonio 4. par. §. 2. nu. 34. sequitur Azeuedo in l. 4. tit. 2. lib. 6. & in l. 14. & 16. lib. 9. Recopil. à n. 9. & Ioan. Gutier. in pract. quæstio. lib. 5. quæst. 13. num. 103. cum seqq. Et ita est intelligendus Bobadilla in sua Politica lib. 3. cap. 15. numer. 23. quando quidem nos allegauerit, & approbauerit, & Lasarte de decima cap. 18. à num. 61. Nec oberit quartum fundamentum, quia propterea clerici in illo casu conueniuntur coram seculari, quia quando sunt negotiatores, & negotijs sæcularibus se imimiscēt, sunt pro eis Imperatori & Principi subiecti, † ita Anton. de 1072 Rosel.

de Rosel. in tract. de potestate Imperatoris,& Papæ.§.plus videtur n. 3.fol 312.vol.14. Mench. de success. sion. creat.3.p.§.26. nu.78. Cassan. in consuetudinibus Burgund.tit. des iustices rubr.1.§.6.n.33.fol.65.Clericus namq; assumens administratio nem,& officium laicorum coram se
1073 culari iudice conuenitur:† argumẽto text. in c. sacerdotibus ne clerici, vel monachi,tenet Cassan.vbi supra rubr.1 tit.des iustices.§.5.fol.51.nu. 71. Talis enim clericus negotiator
1074 perdit priuilegium fori,† secundum Speculat.tit de reo, versic.scholaris, & in tit. de clericis coniugat. versic. septimo,Socin.reg.8. limitatione 7. per tex.in cap. fin.de vita & honest. cleric. à num.1. Baldus in Margarita verbo clericus versic. decimoseptimo. Et comprobatur prædicta vera opinio,in qua asserimus milites nostri temporis gaudere priuilegio militari, quando sunt aliquo loco, vel præsidio deputati,licèt officiũ mechanicũ,vel mercantiã exerceant de mãdato superioris,quãdo quidẽ sint parati, habeantq; propositũ ad bellica
1075 exercitia, cũ casus obuenerit,† iuxta doctrinam Hostiensis in summa tit.de censibus. §. ex quibus nu. 10. Sylua in verbo gabella el 3. num.10. Gregor.Lop.in l 5.tit.7.part.5.glos. verbo,*Seguros*, & coram quo iudice conueniantur milites, vide Rodriguez de redditibus lib.3.q.1.n.3.

Quæs.196 SED cum Regi hoc concedatur priuilegium, quod concedens, *Prometidos*, sibi quintam partem acquirat per l.22.tit.13. lib.9. Recopil. est dubium vtrum, hoc priuilegium ad ciuitates concedẽtes, *Prometidos*, extendatur. † Et tenendũ est,nõ ex- 1076
tẽdi ex opinione Castillo de Bobad. in sua polit. lib.3. cap.4.n.19.quem sequitur Azeuedo in dicta l.22. nu. 3.quod intelligo verum,nisi aliter ex conuẽtione dispositum fuerit,ex traditis per nos in tractatu de Regio pa trimonio 2.p.§.1.n.9.vbi tenui, obseruandam esse ciuitatum, & locorum consuetudinem ex iuribus, & Doctoribus illic adductis.

ET vltra dicta in superioribus Quæs.197
nu.732.cum sequentibus circa fideiussores,vtrum gaudeant priuilegijs concessis principalibus debitoribus, est item notandum, quòd fideiussores agricultorum non potiuntur priuilegio cõcesso ipsis agricultoribus, ne incarcerẽtur pro debito:† ita Co- 1077
llantes latè in comment. pragmaticæ in fauorem rei frumentariæ lib. 2.cap.13 à num. 3. & eodem modo fideiussor clerici non habet priuilegium concessum clerico,scilicet circa forum,& ne conueniatur in plus quã facere potest: † de quo latè per 1078
Castellum de Bobadilla in sua politica tom.1.lib.2.c.18 num.247.

ET cùm excusatio & exemptio Quæs.198.
à Regalium iurium solutione morte Regis concedentis finiatur, cũ adeò sit præiudicialis, vt diximus in superioribus num.119. operepretium est examinare, vtrum priuilegium, vel gratia Regis,vel Pontificis,morte cõcedentis finiatur. In qua dicendum est,quòd priuilegium,gratia, vel rescriptum regulariter nõ spirat morte concedentis,† per tex. in cap. su- 1079
per gratia de officio delegati lib. 6.

cap.

c. relatū de offic. delegat. l. 43. Tauri, quæ est l. 2. tit. 7. lib. 5. Recopil. tenet Nauar. lib. 5. consiliorum, tit. de priuileg. conf. 1. fol. 554. Ioan. Gutier. in pract. quæstionibus lib. 2. q. 74. Molina de Hispan. primogen. libr. 2. c. 7. nu. 62. Pelaez de Mier. de maioratibus 4. p. q. 10. nu. 10. Ioan. Gutier. in quęstio. canonicis, lib. 1. q. 11. n. 6. fr. Manuel Rodrig. in sua sum. c. 236. n. 3. tex. in cap. si cui de prebend. lib. 6. quod secus erit, si priuilegiū, gratia, vel rescriptū concedatur ad nutum, vel ad voluntatem concedentis, quia
1080 tunc temporis morte finitur, † text. in c. si gratiosè de rescript. lib. 6. l. 4. flocati, l. 45. tit. 15. p. 5. latè Azeued. in l. 2. tit. 7. lib. 5. Recopil. Molina vbi supra lib. 1. c. 25. n. 4. cum seqq. Couar. lib. 3. variarum c. 15. à n. 2. vbi latè de vero intellectu dict. c. si gratiosè, & dixi in superioribus nu. 319. Nec est omittendum, quòd literę cōmendatitiæ, hoc est, *Reuerēdas*, non spirāt
1801 morte concedentis, † latè per Ioan. Gutier. in quæstio. canonicis lib. 2. c. 17. eodemq; modo executor datus à Romano Pōtifice super aliqua gratia non spirat per mortem Romani Pontificis concedentis & cōmitten-
1082 tis, † tex. in c. si super gratiam de officio delegat. lib. 6. vbi DD. ita Ioan. Gutier. vbi supra, quem videas optime distinguentem, ne eius dicta trāscribere videar.

Quæst. 199 ET Quando Princeps in priuilegio facit mentionem alterius priuilegij, credendum est proculdubio
1083 præcessisse, † per glos. in c. si Romanorum 19. distinct. vbi sequitur Dominicus Cardinal. Iacob. de Sancto Gegorg. in authentica si quis in aliquo documento, C. de edendo Innocen. & Felin. in c. inter dilectos de fide instrumētorum, Ioan. Garc. de nobilitate, glos. 13. num. 3. priuilegiumq; introductum propter honestatem personæ, vel sexus, non potest renuntiatione tolli, † secundum 1084
Bald. in l. 1. n. 8. C. qui bonis cedere pos. Dueñas in regul. 312. limitatione 2. & Ioan. Gutier. in pract. quæstio. lib. 2. quæst. 26. nu. 5. & vtrum mulier possit incarcerari, & teneatur in plus quàm facere potest pro administratione tutelæ, vel quando occultat bona, vel pro Regio tributo, vel debito Regio. Et quid in matre, auia, vel nobili in prædictis casibus, † videas optimè per Bobadillā 1085
in politica sua tom. 2. lib. 3. c. 15. à n. 30. & lib. 2. q. 25. Couar. lib. 2. variar. cap. 1. num. 3. Azeued. in l. 10. tit. 3. lib. 5. & in l. 14. & 15. tit. 7. lib. 9. Recopil. numer. 12. & Ioan. Gutier. de iuramen. confirmato. 1. par. cap. 16. num. 33. & in practic. quæstionibus, lib. 2. quæst. 26.

Additurque alia non inelegans Quæst. 200
quæstio, de qua multoties dubitatur in praxi, videlicèt quid iuris erit, quando vicinus alicuius loci liberi & exempti à solutione gabellæ de rebus, *De labrança y criança*, portat armenta, quæ non sunt *de labrança y criança*, vendenda in alio loco, vel macello libero, & exempto, vtrum gabellam & iura realia soluere teneatur in suo loco, à quo exiuit? † In qua quæstione videtur, nullam 1086
gabellam, nullaq; iura Regia soluere teneri, per ea quæ dixim' in tractatu de

de regio patrimonio. 6. p. nu. 41. & ideo habens bona in loco franco, & libero, & ea vendit tradenda in alio
1087 loco franco, nullam soluet gabellã,† ex traditis à Lasarte de decima vendit. c. 4. n. 20. Sed nihilominus cõtrarium asseuero, quia talis venditor habet contra se. l. 17. tit. 17. & l. 4 tit. 20. lib. 9. Recop. disponẽtes, quòd portans ex suo loco res, quæ nõ sunt *de labrança, y criança*, nec frãcas in eo, & vendens in loco franco, & libero, tenetur soluere gabellã in suo loco, vbi est vicinus: & cõprobatur, quia si in prædicta quæstione arméta, quæ non sunt libera, nec frãca, nec *de labrança, y criança*, venderet extra suũ macellũ francum, & vt sic loquar, *en pie*, absq; dubio soluet gabellã, & ideo non est cõsiderandus in eius fauorẽ, & contra Regẽ vel fiscum talis euẽtus, & qualitas vendendi præcise in suo macello libero, & impossibilitas vendendi, *en pie*, cũ in iure non sint considerãda, nec attẽdenda ea, quę euenire possunt, nisi ea sint certa, & infallibilia, nec mutatur qualitas prędictarũ legum Regiarũ ex eo, quod
1088 contingere potest, † secũdũ Matth. de Afflictis in decis. 20. n. 2. & decis. 385. n. 7. & Tiraq. de vtroq; retract. tit. 2. §. 2. glos. 1. n. 37.

Cas. 201 PRÆTEREA cùm verùm sit ex omnium Doctorum consensu, Regẽ absq; iusta, rationabili, & necessaria causa non posse pro suo libito, & voluntate sola mutare, aut auge-
1089 re monetam, † vt tradit Diuus Thomas in suo Opusculo de regimine Princip. lib. 2. cap. 13. Couarruu. in tract. numismatum cap. 7. nu. 6. Tiber. Decian. in tractatu criminali c. 23. num. 32. & 33. Felician. de censibus tomo. 2. lib. 4. c. vnico nu. 17. Est tamen admodum controuersum, vtrum Rex, vel Princeps non recognocens superiorem interueniente dicta iusta rationabili, & necessaria causa possit monetam mutare, repugnante regno. † In qua quæstione 1090
pro parte negatiuã adducitur tex. in cap. quanto de iureiurand. vbi tenẽt Panormit. Ioan. Andr. Ancharran. Cardin. Felin. Hostiens. & Francis. de Marchis decis. 252. in 1. p. dicit communem Igneus in l. necessarios. §. non alios num. 99. in 1. part. ff. ad Senatusconsult. Silanian. Petrus Belluga in speculo Princip. tit. de mutatione monetæ nu. 7. cum seqq. Paris. de Put. in tractat. syndicatus in rubr. de excessibus Imperat. nu. 6. Matth. de Afflict. in preludio constitut. Neapolit. q. 16. Sed parte affirmatiuã, videlicet, Regem absq; populi regniq; assẽsu posse monetã mutare in prædicto casu, tenet Ioan. Faber. in principio institut. quibus modis tollitur obligatio, Isernia in cap. 1. verbo monetarum. 19. tit. quæ sint Regalia in vsibus feudorum, Ioann. de Plate in l. 2. & in l. fin. de veter. num. potestat. lib. 11. Salicet. in l. 2. C. de falsa moneta, & est tex. & per illũ tenet Pau. de Castr. in l. creditor. ff. de solution. Anania in cap. ad falsariorum de crimine falsi, Corne. consil. 135. vol. 3. dicit magis communem Boerius in decisione 327. num. 7. Couarruuias in dicto tractatu numismatum, cap. 7. n. 6. Tiber. Decian. in dicto tract. criminali c. 23. n. 32. cum sequẽtibus,

Petrus Gregorius in syntagmate iuris lib.36.tit.2 nu 26. quam opinionem nouiter sequitur, & defendit Fe lician.de censibus tom.2. lib 4. cap. vnico nu. 17. cum seqq. vbi respondet fundamentis contrariæ partis, cuius opinioni libéter assentio per fundamenta ab eo relata.

Quæst.202 ESTQVE quæstio in nostra materia, vtrum priuilegiatus, & exéptus à muneribus publicis peculiari priuilegio, si à iudice fuerit ad ea electus, vel nominatus, teneatur appellare, aut electio, vel nominatio sit inualida, nullaq; sit appellatio necessa-
1091 ria.† In qua quæstione videtur inualidam esse talem electioné, & nominationem, nullamq; necessariam esse appellationem, per tex.in l.nominationes. C.de appellat. Sed veritas est in contrariũ, & sic quod priuilegiatus tenetur suum priuilegium in prędicto casu ostendere, & à tali nominatione, & electione appellare, aliàs consentire videtur, sibiq; preiudicium parat, per tex.ad hoc expressum in l.hi qui ad ciuilia.C.de appellat.vbi notant Bart. Paul.&Salicet.in princ. qui omnes respondent dictæ legi nominationes pro contraria parte adductæ, & dicunt, quòd in casu illius defuit, & seruata nõ fuit forma necessaria in nominatione, & ele-
1092 ctione, & alia, † quæ videri poterũt, per dictumBart. ibidem n.3.Paul.n. 2.Salic.n.1.versic.quare dic.

Quæst.203 LICENTIAM tamen datã Episcopo, vel Cardinali ad testandũ,
1093 extingui per primũ testamentum,† defendit Philip.Deci.cõsil.512.Gutt. Iun.consil.89.vol.1.Ratio ab eis adducta est, quia in his, quę odiosa sunt simplex cócessio primum actum tãtum respicit,† sicuti in onerosis, cap. 1094
non potest de prębendis lib.6.l.dotis promissio. ff.de iure dotium notatur in l.placet.ff.de lib. & posthu. tenet Cald.consil.16.Felin.c.2.de tregua, & pace, odiosum quippe, & contra ius humanum est, Episcopos, & Cardinales posse testari de acquisitis in Episcopatu,† c. cum in officijs de 1095
testament. cum materia, adeò vt dictus Socin.Iun.in dicto cõsil.89.conetur probare, licentiam testandi à Romano Pontifice præstitam Episcopis, morte Pontificis reintegra cessare,† quia actus odiosus est, & ideò 1096
extinguitur morte ipsius authoris, per glos. in c. à nobis, in 1. de sent. excommunicat. verbo non nisi, quæ ibi cõmuniter est approbata, Couar. alios allegans in d. c. cum in officijs de testam. n.8. Sed contraria opinio verior est, videlicet, quòd licentia Põtificis data Episcopo, & Cardinali ad testandum non extinguatur per primum testamentum, quam opinioné tenet Albanus in tract. de Cardinalibus quæst.48. & eam defendit optimis fundamentis Tello Fer. in l. 4. Tauri à numer. 2. cum sequentibus, tenetque eam Angulo de meliorationibus, in l. 1, glos. 3. numer. 17. & cum ea remanet Couarruu. in dicto cap. cum in officijs de testament. n. 8. cum primam non fuerit ausus affirmare in iudicando, nec in consulendo. De lege tamen 13. titul. 8. lib. 5. Recopilat. approbante consuetudinem, vt clerici posint testari de acquisitis intuitu ecclesiæ, & vtrum illa

illa cōſuetudo, & dicta lex ſit intelli-
1097 gēda in foro interiori vel exteriori,† vltra Azeu. & Matien. ibidem, vide Petr. Paul. Pariſ. conſ. 33. à numer. 26. cum ſequentibus, volum. 4. & Molinam de Hiſpan. primogen. lib. cap. 10. à num. 53. cum ſequentibus, latè Ioan. Gutier. in pract. quæſtio. lib. 2. quæſt. 114. & Couar. in d. cap. cum in officijs de teſtamen. à num. 3. Salazar de vſu & conſuetudine, cap. 3. numer. 12. cum ſequentibus, Rojas in epitome de ſucceſsione, c. 34. num. 39. Didac. Perez in l. 1. tit. 3. lib. 1. ordinam. col. 115. verſ. Eſt & illud, frat. Manuel Rodriguez in ſua ſumma tom. 2. c. 70. num. 7. & Sarmient. de redditibus Eccleſiæ 2. par. cap. 6. à nu. 15. qui Doctores alia iura & authores recenſent. & plurimos adducit Huma. in ſcholijs ad Greg. Lop. in l. 53. tit. 6. p. 1. gloſ. 1. nu. 2. ex quorum Doctorum opinione venit enucleanda illa admodum controuerſa quæſtio, vtrum conſuetudo cōtra libertatem Eccleſiæ valeat, & te-
1098 neat. † In qua queſt. partem affirmatiuam, & talem conſuetudinem valere, tenet Remig. de Goni de charitatiuo ſubſidio pag. 238. cum ſequentibus, & facit doctrina Bart. in l. ad collationem, C. de aur. coron. lib. 10. Ioan. Andr. in cap. at ſi clerici de iudic. Otalora de nobilita. 2. par. cap. 1. num. 11. Dueñas regul. 100. limitatione 5. Mexia in taxam panis concluſ. 5. nu. 23. poſt medium. Negatiuam autem partem, videlicet talem conſuetudinem contra libertatē Eccleſiæ nō valere, ſequitur Abb. in c. non minus de immunit. Eccleſ. n. 17. Roland. in conſ. 71. num. 4. vol. 4. Nauar. optime in propoſito in manuali c. 27. num 119. probat tex. in d. c. non minus, c. aduerſus de immun. Eccleſ. & in c. omnia talia 12. diſt. c. vt conſtituuntur. 50. diſt. ſingularis, & expreſſus text. in c. nouerit de ſent. excommun. vbi excōmunicantur qui petunt, & faciunt obſeruari ſtatuta, & conſuetudines inductas contra Eccleſiaſticam libertatem: & iudices qui ſecundum illam iudicāt,
† & faciunt ea, quæ tradit Dueñas in 1098
regul. 143. vbi iura Regia & Doctores citat, & Folleri. in pract. criminali cap. 1. par. c. 1. num. 86. licèt Rochus de Curt. in tract. de conſuetudin. numer. 511. Silua nuptialis libr. 5. nu. 64. Abb. conſ. 25. num. fin. vol. 2. Gregor. Lop. in l. 53. titul. 6. part. 1. gloſ. 1. & ibi Humada in ſcholijs numer. 2. qui refert Paladorium & alios, teneant, quòd in doctrinis & cōtrouerſijs opinionibus, debeat ſeruari illa, quæ conſuetudine approbatur.† 1099

ET Quamuis, vt iam diximus, *Quæſ. 204.*
compertum ſit, † clericos à ſeculari 10100
iuriſdictione exemptos eſſe, fallit quando clericus ſuccedit in aliquo prædio affecto onere cenſuali, vel Regio pro ſolutionibus decurſis ratione oneris & hypothecæ, cum qua ad eum deuenit, nam tali caſu clericus conueniri poterit pro ſolutione coram ſæculari iudice, excepta perſona. † Ita Bar. in l. incola 10101
12. ff. ad municipal. nu. 5. Iaſ. in l. placet 2. lectura n. 21. C. de ſacroſanct. Eccleſ. vbi Parpalan. in verſ. Alia limitatio, & Bellug. de ſpecul. Princi.

rubric.46. §. donum num.5.in fine, Didac.Perez in l.1.tit.3.lib.1. ordinam.col.51.versic.est tamen dubiũ, Dueñas in regul.143.limitatione 14. Abbas in cap.cum homines num.9. de decimis, Ioan.Andr.in reg. non est in mora n.6.de reg.iur.in 6.Matthæus de Afflict. in decis.95. Ioann. Garc. Galleg. de expens. & melior. c.11.à.nu.49.estq; notandum, quòd fideiussor laici, qui cum eo se obligauit,iurisdictioniq; seculari se submisit,liberatur à prędicta seculari iurisdictione,si ille laicus,pro quo fideiussit

1102 sit clericus factus fuerit. † Ita Hippolyt.de Marsil.in tit.de fideius.n.113. & seqq. Cassan. in consuetudinibus Burgund. tit.des justices, gloss. Saul cum rubr.1.§ 5.nu.108.fol.54.quos refert & sequitur Castillo de Bobadilla in sua politic. tomo.1.lib.2. c.18. num.79.Et ratio est, quia ius superueniens parti pendente processu, & instantia,ei prodest,&facit suam intentionem, & iudicium conualida-

1103 ri,† l. si rem.§.fin. ff.de pignoratitia acti. l. autem.§.1. ff. de reiuendicat. & ideo illud ius,exceptiò, vel priuilegium superueniens parti prodest

1104 fideiussori, † & qualitas superueniẽs personæ conuentæ facit variare qua

1105 litatem actionis, † glossa verbo muliere in l. si post diuortium, ff. soluto matrimonio, l. legatis seruis. §. 1. ff. de legat.3. & priuilegium superue-

1106 niens eximit quem à priori onere, † l. spadonem. §. si autem quis tutor, ff. de excusat. tutor. & sacerdotium superueniens tollit munus publicũ

1107 iã iniunctũ, † l. pretor, ff.de vacatio. & excus.muner.& si paganus delinquat, & iã accusatus de crimine factus est miles, nõ agetur de crimine sub primo iudice, sed sub secundo, † 1108 facit l.hos accusare, §. 1.ff de accusa. & dignitas superueniens soluit vinculum obligationis præcedentis, † l. 1109 interdũ ff.de operis libertor. & ideò si aliquis se ad seruiendum astrinxit pro certo tempore, & antea quam impleatur, matrimonium contrahit, à tali seruitio liberatur, † l.libertę.C. 1110 de operis libertorum, l. 2. C. de obsequijs, vbi notant Bald. Salicet. & Albericus quos refert, & sequitur Baeça de inope debitore c.14.n.2.

SED cũ dispensatio quid odiosum sit, † vt tradit Abb.in cap.dilectus filius de concessio.præbend. n. 1.strictamq; interpretationem recipiat, vt tradit Hieronym.Grat. consil.45.nu.9.lib.2.& Matientius alios referens in l.10. tit.8. glos.1.n.7. lib. 5. Recopil.& sit de genere prohibitorio, nec intelligitur nisi exprimatur, † vt latè per Castillo in l.11.Tau. 1112 ri n.4.& 5. & per Couarru.in 4.Decretalium 2.part. cap.6.§.9. num.1. Et dispensatio iuri communi cõtrarietur, vt bene per Deci. in cap. si quãdo ad finem de rescript. Alciat. in l.cum quid,ff.si cert. petatur limitatione 27. Est notandum, quòd quęlibet dispensatio tam à Principe, quàm à Romano Pontifice facta semper venit restringenda, † per tex. 1113 in c.fin. de filijs presbyterorum lib. 6. l.ex facto in principio.ff.de vulg. & pupil. Et ratio est, quia dispensatio est stricti iuris, † secundũ Ias.in l.re- 1114 coniuncti.ff.de leg.3. nu.178.l.4.tit. 15.p 4. & ideo facta dispẽsatione ad

Quest.203 Cap.25. 1111

vnum

vnum effectum, vel in vno defectu
1115 ad alios non extéditur, † per Matth.
de Afflict. in decis. 320. n. 12. Burg.
de Paz in l. 3. Tauri n. 221. cum seqq.
Quod limita, quando dispensatio fit
motu proprio, vel ratione connexita
tis, & assessorij, vel in his quæ reci-
piunt interpretationem à iure com-
muni, vel quando proprietas verbo
rum extensionem requirit: aut quã-
do dispensatio est fauorabilis ex cau
sa necessaria, vel est necessaria ex
fauorabili causa, & quando alicui
data est potestas dispensandi contra
ius, tunc enim vt fauorabilis exten-
ditur. Sicuti extenditur dispensatio
in dispensato in aliqua re in gene-
re, qui poterit quibuscumque par-
tibus, seu speciebus eiusdem gene-
ris vti, † vt latè tradunt Ioan. Andr.
& Panormit. in cap. cum in cunctis,
1116 † cum vero nu. 8. & 9. de electione,
& Felin. in c. at si clerici de iudici.
num. 16. & 25. Hippol. cons. 84. n. 15.
& DD. in Clemen. 1. de ętate & qua
lit. Mier. de maioratu 1. p. q. 10. n. 14.
Panormit. in cap. quod dilectionem
num. 7. de consanguin. & affinita. &
Calderin. in c. 1. eodem tit. Dec. in l.
in omnibus causis, ff. de regul. iuris
nu. 13. & in l. fœminæ eodem tit. nu.
59. Orat. in l. beneficium, ff. de con-
stitutio. Princip. n. 19. & 20. Couar.
in 4. decretalium, 2. p. c. 8. § 8. n. 6.
Molina de Hispan. primogen. lib. 4.
cap. 5. num. 27.

Quæs. 206 SED Quando lex vel priuile-
gium derogat consuetudinẽ, est quę-
stio vtrũ videatur, futuram derogare?
1117 † de qua latè per Cou. lib. 3. variarũ
c. 3. nu. 4. & Gutier. lib. 3. pract. quæ-
stionum, Emanuel Rodrig. in quæ-
stionibus regularibus tom. 1. q. 9. art.
5. & licèt omnis consuetudo à lege,
vel priuilegio excludatur, nunquam
censetur immemorialis exclusa, † se- 1118
cundum Boer. in decis. 39. num. 12.
Otalor. de nobilitate 3. p. c. 7. nu. 11.
Couar. lib. 3. variarum c. 3. n. 5. Tira-
quel. de retract. conuentio. § 1. glos.
2. nu. 25. Meneses de seruitut. in l. 2.
num. 29. Auend. respons. 16. num. 1.
Mier. de maioratu 4. par. quæst. 20.
num. 50. Velazquez Auend. in l. 6.
Taur. glos. 11. n. 9.

QVIBVS Subsequitur illa cõ Quæs. 217
trouersia quæstio, vtrum alienatio
bonorum Ecclesiasticorum ab Ec-
clesia, vel monasterio venditorum
valeat absque solennitate, quando
Ecclesię, vel monsterio est vtilis? † In 1119
qua quæst. licèt plurimi teneãt, alie-
nationem valere absq; prædicta solẽ
nitate in casu vtilitatis, communis
opinio est in contrarium, secundum
Ias. in l. contra iuris in principio, ff.
de pactis, & secundum plures alios
relatos, & sequutos ab Anton. Gabr.
in 3. tom. commun. opini. tit. de re-
rum alienatio. conclus. 1. Sarmiento
de redditibus Eccles. 1. part. cap. 2.
per totum, & in cap. 3. Ioan. Gutie.
in pract. quæst. lib. 2. quæst. 22 nu.
num. 9. Gratian. in regul. 316. num.
22. dicentem veriorem, & com-
muniorem, qui omnes tenent, quod
quamuis prædicta alienatio fauo-
rabilis sine solemnitate sit nulla,
poterit tamen ratificari postea, &
valebit: † nam quando in aliquo 1120
actu debet interuenire aliqua so-
lennitas, habito respectu ad certum
finem

finem obtento fine, licèt non interueniat solennitas, actus valebit, si so-
1121 lennitas posteà interueniat, † cap. si qua. 11. quæst. 2. cap. cum nos de his, quæ fiunt à prælato. Iura enim no-
1122 lunt nisi effectũ ad finem, † l. 1. §. inde, ff. de noui oper. nũtiat. Nec huic veriori opinioni obeit, quòd contractus mulieris vtilis valet sine licentia mariti, vt per Anton. Gom. in l. 55. Tauri num. 2. quia lex Regia 2. tit. 3. lib. 5. Compilat. quæ antiquitus erat l. 55. Tauri, non requirit cõsensum mariti pro forma, & solennitate actus, sed pro vitando damno, & præiudicio eius, secundum dictum Anton. Gom. in d. l. 55. Tauri num. 5. ad finem. Sed verius est iure regio attento, quod licentia mariti pro forma, & solennitate, & validitate actus, & contractus facti à muliere requiritur, adeò quod ea omissa
1123 sit nullus contractus ipso iure, † vt tradit Azeuedo in l. 2. tit. 3. lib. 5. Cõpilatio. num. 29. ex Minch. Ioan. Gutierr. & alijs, quos citat: nam quando solennitas in alienatione requiritur, non sufficit vtilitas, nisi simul solennitas per legem requisita inter-
1124 uenerit, † secundum Barbosam in l. 1. ff. soluto matrimonio. 5. par. num. 9. pag. 43. Ex quo venit reprobanda opinio Emanuel Roder. in quæstionibus regularibus tomo. 1. quæst. 27. artic. 9. qui prædictam opinionem omittens, & pene nil pro sua opinione allegans, tenuit, quod valet alienatio facta in vtilitatem monasterij absque solennitate à iure requisita.

Quæst. 208. VENIT deinceps declaranda l. 1. tit. 25. lib. 5. Compilation. in versic. *Y porque por experiencia*, vbi probatur, quòd tempore caristiæ & necessitatis possint iudices tollere triticum, etiam ecclesiasticis: nam videbatur, id non posse concedi, † cum 1125 clerici, & ecclesiastici iure diuino sint exempti à potestate seculari, vt late diximus in tractatu de Regia gabella 7. part. in principio, num. 24. Sed nihilominus est tenẽdum, quòd seculares iudices propria authoritate poterunt sequestrare triticum personarum ecclesiasticarum, & militum commendatorum quatuor Ordinum militarium, seruantes formam traditam à prædicta lege Regia, non obstantibus eorum priuilegijs, nec excommunicationem, nec pœnam impositam in Bulla in Cœna Domini incurrent, cum hoc non propria faciant authoritate, sed authoritate legis Regiæ, & naturalis, id in prædictis necessitatis, & caristiæ casibus permittentis: † nam 1126 ratione publicæ vtilitatis etiam clerici, & ecclesiastici, & priuilegiati compelluntur vendere, vt notat Azeuedo in l. 11. titulo. 3. lib. 1. Compilation. & in l. 1. titulo. 25. libro. 9. numero. 19. qui Ignatium de Salced. Mexiam, & alios refert, † & 1127 Franciscus Marc. in decisione Delfinali 540. numero. 45. & in decisione 541. quam opinionem in casu prædictæ legis Regiæ tenet Ioann. Gutierr. in practic. quæstion. lib. 1. q. 13. num. 3. & latè Emanuel Roderic. in suis quæstionibus regularibus 2. to. q. 61. art. 3.

SED cùm Abbates, & monaste Quæst. 209

ria

ria plurimis Pontificum priuilegijs nitantur ab ordinaria iurisdictione exemptos, quæritur, vtrum in ciuilibus causis possint apud Episcopum
1128 conueniri. † Et quod possint apud Episcopum conueniri, probat tex. in cap. ad monasteria, cap. Abbates in princ. 18. q. 2. ne Abbas, vel monasterij prælatus contra iura vulgaria iudex sit in causa propria. Ita tradit Emanuel Roderic. in quæstionibus regularibus tomo. 2. quæstione. 62. articul. 5. qui alia iura, & Doctores pro hac allegat resolutione. Adduntque, quòd priuilegium vniuersitati concessum regulariter tanquam corpori concessum ad singulos non
1129 protrahitur, † per l. sicut. § quod vniuersitate, vbi Bart. & alij DD. ff. quod cuiusque vniuersit. quod limitatur, quãdo priuilegium est talis generis, quod non potest exerceri nisi per singulares personas, secundũ D. Tho. in 4. dist. 25. q. 1. Gom. in reg. de idiomat. q. 2. n. 4. & probatur in c. si sententia de sentent. excõmunic. lib. 6. vbi interdicta ciuitate singuli interdicti cẽsentur: † tradit Emanuel Roderic. in quæstionibus regularibus tom. 3. q. 51. art. 10. Ex quibus deducitur, quòd statutum generale includit omnes casus priuilegiatos, & speciales, nisi in eo tantũ casu, in quo pri
1131 uilegiatus quis reperitur: † ex Azeuedo in l. 8. tit. 9. lib. 5. Cõpilat. n. 2. qui Dec. Tiraq. Spinũ, & alios allegat.

Quæst. 210. QVIBVS conuenit illa admodum necessaria quæstio, scilicet quid statuendum sit, quando statuta non ambitiosa, nec cõtra legem, sed pertinentia ad ornatum, & communem vtilitatem populi facta fuerint, vtrũ valeant, & sint seruanda ante Regiã confirmationem. † In qua quæstio- 1132
ne pro parte negatiua videtur expressè dispositum in l. 8. tit. 1. lib. 7. Compilation. ibi: *Y lasen biẽ al nuestro Consejo.* Et ibi: *Alli se prouea lo que se deue mandar guardar, y confirmar.* Et ibi: *Antes, y primero.* Vbi requiri videtur Regia confirmatio statutorum ante eorum obseruantiam, & executionem. Ratio, quia nihil factum videtur, quando aliquid superest agendum, † secundum Ba- 1133
garotũ in tractatu de reprobat. test. in volum. 5. tractatuum Doctorum fol. 253. num. 5. per l. penult. C. de his quibus vt in dig. & quotiescunque in aliquo actu requiritur confirmatio superioris, actus est imperfectus, donec confirmatio sequatur,
† per tex. in cap. postquam de electione, vbi Abb. hanc opinionem 1134
negatiuã tenet Gratian. in reg. 434. quẽ sequitur Humada in scholijs ad Greg. Lop. in l. 12. tit. 1. p. 1. glo. 1 n. 6. & in glos. 2. etiã n. 6. Sed nihilominus cõmunis opinio est in contrariũ, vt tenet Greg. Lop. in d. l. 12. tit. 1. p. 1. glos. 1. & Auend. de exequend. mãd. reg. 1. p. c. 19. n. 3. Dummodò sint statuta rationabilia, & Ignat. Salced. in additio. ad Bernard. Diaz in reg. 555. Mẽch. de success. creat. 1. p. § 6. n. 15. Matien. in l. 4. tit. 14. lib. 5. Compil. glos. 4. n. 2. Burg. de Paz in l. 1. Tauri n. 350. latè. Azeued. in rubr. lib. 2. Cõpil. & in l. 8. tit. 1. lib. 7. in verbo, *Se deua mandar guardar*, & in l. 14. tit. 6. lib. 3. dictæ Compilat. vbi ipse, & Bẽbenutus ab eo relatus veriorem, &

Q 4 commu-

communiorem opinionem dicunt, & dictus Azeued. ibidem optimè declarat dictam l. 14. & 8. tit. 1. lib. 7.
1135 contra Gratian. & sequaces. †
Quæst. 211 RESCRIPTA tamen licèt concedantur præter ius, non tamen per illa intenditur iuri communi de-
1136 rogari, † per glos. in cap. paratus 13. quæst. 3. communiter recepta secundù Ias. in l. causas, vel lites. C. de trãsaction. num. 7. & in l. ex facto ff. de vulgar. & pupil. nu. 4. quod rescripto, vel priuilegio an possit ab impe-
1137 trante renuntiari, est quæstio. † Et posse ante citationem aduersarij, est vera resolutio, post citationem autem adest difficultas: nam text. in c. super eo de appellatio. probat, quod per præsentationem rescripti, aut priuilegij est iurisdictio adquisita iu-
1138 dici: † ergo per iurisdictionẽ adquisitam non poterit renũtiatio fieri. Sed vera hæc est resolutio, quod post citationem aduersarij non potest renũtiatio rescripti, vel priuilegij fieri, secundum Panorm. in c. ex conquæstione de restitut. spoliat. quam dicit communem Felin. in rubr. de rescriptis nu. 3. Et ante citationem aduersarij licèt iudici præsentatio facta sit, potest renuntiatio fieri, nec oberit tex. in d. c. super eo, cui responde, quòd præsentatio ante citationem aduersarij nihil amplius operatur, nisi quod iudex possit uti illo rescripto, vel priuilegio, non tamen est adquisita illi iurisdictio cum effectu quoad exercitiũ vsq; ad citationẽ aduersarij: argum. tex. in c. gratũ de offic. deleg.
Quæst. 212 HABENS deinde rem cõmunem cũ orfano, vidua, vel paupere, qui priuilegiũ habent, vt in prima instantia possit aduersarium in Curia Regia conuenire: poterit ratione cõmunionis, & connexitatis eodẽ priui-
legio vti: † quod tenet Greg. Lop. plures referens scribentes in l. 5. tit. 3. p. 3. Didac. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 3. ordinamen. & tanta est connexitatis vis, quòd patronus laicus, qui habet tantum quatuor mẽses ad præsentandũ, si habet ius patronatus coniunctum cum patronatu ecclesiastico, habebit sex menses ad præsentandum, sicuti ecclesiasticus patronus ratione connexitatis, † secundum glos. in c. 1. §. 1. de iure Patronat. lib. 6. communiter approbatam secundum Philippũ Francum in rubr. de appellatio. col. 9. & Rochum de Curt. de iure patronat. in verbo ius. q. 6. 1139 1140
ADDO etiam, quòd si priuilegio, lege, vel statuto dispositum sit, quòd ille qui habuerit vigesimũ quintum annũ, aliquo fruatur priuilegio, gratia, vel indulto, dubitatur, vtrum sufficiat vigesimum quintum annum attigisse, vel requiratur, quod vigesimus quintus annus compleatur. † In qua quæstione videtur requiri vigesimum quintum annum esse completum, per tex. in c. cum vigesimum de officio deleg. vbi probatur, quod ad hoc, vt aliquis possit esse iudex, requiritur, quod habeat viginti annos cõpletos, nec sufficit vltimũ attigisse. Idẽ probat tex. in l. idem. consulebãt, ff. de re iud. & l. 5. tit. 4. p. 3. tex. in c. 21. sess. 23. Cõcil. Trid. ibi, *Ad subdiaconatum ante vigesimum secundum annum, ad diaconatum ante vigesimum tertiũ, ad presbyteratum ante* Quæst. 213 1141

*ante vigesimum quintum annum non promoueatur*. Cùm accusatiuus, de quo in dicto cap. 21. perfectionem
1142 actus denotet,† per l. si qui, vbi Bar. & Doctores, ff. de conditio. & demonstratio. notatque Bart. in l. si ita libertas, ff. de manumis. vindicta. Et ideò annus impletus pro forma requiratur. Sed nihilominus vera est resolutio, quòd siue agatur de materia fauorabili, siue de materia odiosa, vel penali, vbicumque requiritur ætas ad aliquem actum, vel exercitium, sufficit, attigisse primum diem vltimi anni, quia annus cœptus habetur pro impleto, tenet glos. verbo decimũ octauum annum in Clement. fin. de ętate & qualitat. glos. in Clementin. ad nostram de regularibus, & est communis sententia secundũ Gregor. Lop. in l. 8. tit. tit. 4. part. 3. & tradit latè Ioan. Guti. in quæstionibus Canonic. c. 26. art. 3. & Çaual. in pract. qq. commun. contra communes in quæstione 523. post nu. 4. lib. 2. pag. 76. col. 2. Nec obstat text. in d. c. cum vigesimum de officio delegat. & d. l. quidem consulebant, ff. de re iudic. nam responderetur, quòd in illis iuribus ætas completa pro for
1143 ma requiritur, quę est seruãda,† per glos. verbo, impubes in l. cum prætor, ff. de re iudic. sequitur Felin. in rubric. de delict. puerorum, Philip. Franc. c. si pater glos. fin. de testa. quibus remanet responsio ad dictum c. 12. sess. 23. Concilij Tridentin. vbi nihil de ætate completa traditur, & ideò sufficit, vltimum annum attigisse ad ordines consequendos. Propterea que circa professionem tam virorũ quàm fœminarum quatuordecimus annus impletus requiritur, quia id pro essentiali forma postulat, tex. in cap. Gonçaldus 17. q. 2. c. ad apostolicam de regularibus cum concordantibus, & text. in c. 15 sessione 25. Concilij Trident. ibi: *Professio non fiat ante quatuor decimum annum impletum*, & ibi, *Professio antea facta sit nulla*. Vbi autem ætas perfecta requiritur, nec terminatur à iure, intelligitur de ætate viginti quinque annorum,† per tex. vbi notant Doctores in l. fin. ff. de his qui veniam ætatis impetra. 1144

NEC Est extra rem, quod clericus depositus, & posteà priuilegio restitutus, non restituitur in beneficio alteri collato,† secundum Abb. in cap. ex tua col. fin. de cleric. non resident. Bald. in c. Constitutus col. 2. de rescrip. nec depositus ab aliqua congregatione propter delictum, si posteà gratia, vel priuilegio restituatur, non restituitur in primum statũ in preiudicium tertij,† secundũ Bar. in l. 2. numer. 3. C. de decurionibus. & hæreticus, qui ipso iure priuatur bonis, per cap. vergentis, de hæreticis, cap. cum secundum leges eod. tit. lib. 6. si aliqua gratia, vel priuilegio restituatur, nõ recuperat bona: cum magis gratia, quàm iustitia mediante fiat prædicta restitutio, † quod tenet Couar. lib. 1. variar. c. 3. nu. 15. Villadieg. in tit. de hæreticis num. 20. de quo latè supra in n. 514. vbi de veritate habes. Et supradictis obstat maximè, nam restitutio secũdum eius naturam denotat plenariã in omnibus restitutionem tã quoad bona Quæst. 214. 1145 1146 1147

bona amissa; quã quoad fructus & 1148 actiones & honores.† l. 1. C. de sent. passis, c. quam pœnitet. 2. quæst. 3. l. patri, §. 1. ff. de minoribus, l. 8. tit. 19. part. 6. latè Ias. in §. rursus, numer. 8. institut. de actio. quibus respondeo, quòd aut restitutio fit ex iustitia, & tunc debet fieri exactè quoad bona, fructus & honores, & in hoc casu loquũtur iura pro obiectione adducta: aut fit ex gratia, & tunc nullà bonorum & fructuum fit restitutio in tertij præiudicium, ita resoluit Alciat. in c. placuit de præscriptio. n. fin. & Fortuni. Garci. in l. Gallus, §. & quid si tantum num. 23. ff. de lib. & posth. Couar. lib. 1. variar. c. 3. num. 15.

Quæst. 215. DEINDE Si priuilegio gratia vel dispositione testatoris aliqua cõcedatur capellania propinquiori tradenda, si sit clericus, vel in eo concurrat alia quælibet qualitas, in cuius defectum alius nominatur, si tempore collationis capellaniæ ille consanguineus nõ sit clericus, nec in eo concurrit illa qualitas requisita, licèt post modum concurrat, & conditio adimpleatur, non operatur effectũ in præiudicium iuris acquisiti ab alio, 1149 qui collatio facta fuit, † argumento text. in c. pro te de rescript. vbi probatur, quòd si duobus fuit facta gratia in certa Ecclesia, alteri sub conditione, & alteri purè, & interim pẽdente conditione fiat prouisio secundo, præfertur in præbẽda primo impetranti, licèt posteà adimpleatur 1150 conditio, † quam sententiam & opinionem tenet Dec. cons. 31. num. 5. lib. 1. qui dicit cõmunem, & Spino de testamentis glossa 4. de patronis, numer. 70. & Zauaual. in practicis quæstio. commun. contra communes lib. 2. quæst. 606. n. 28. & quæst. 693. num. 25. & ideò si priuilegium concedatur à Principe vel gratia facta fuerit à summo Pontifice ex aliqua causa finali, si ipsa semel sortiatur effectum, quamuis posteà cesset, adhuc valet, & durat priuilegium, & gratia, quòd secus erit, si dicta causa cesset, vel deficiat, ante quam effectum sortiatur priuilegium, vel gratia, † vt tradit Couar. libr. 1. variarũ, 1151 cap. 20. num. 5. vers. His ita breuiter, & latius Tiraquel. in tract. de cessante causa limitatione 12. num. 1. & in 1. par. nu. 89. & 92. & Ioan. Gutier. in quæstio. canonicis lib. 1. q. 15. n. 22. & Propterea si causa fuit cõmissa alicui constituto in dignitate, qui post datam & receptionem literarũ dignitatem resignauit, dubitatur, vtrum ipse an ille, in quem resignauit, possit causam prosequi, & decidere? † In qua quæstione videtur, quod re- 1152 signatus, & non resignans, cuius dignitas iam cessauit, debeat causam difinire. Hanc opinionem dicit communem Anton. de Butr. in c. solicitę de restitutio. spoliator. num. 13. Mohedan. decis. 87. Cardin. & Abb. in cap. quòd indubijs de remuneratione. Sed contraria opinio verior, & communior est, iuxta opinionem glossæ verbo, Canonico, versicul. Si tempore datæ in c. statutum de rescript. lib. 6. quam dicit communem Archidiacon. ibidem nu. 3 Anchar. num. 5. Geminian. num. 9. & ipse Gemin. in cap. licèt canon de electione lib. 6. n. 9. Zauar. in Clement.

&

& si principalis de rescriptis, quęst. 6. Abb.cons.93.lib.2.Paul.de Cast. cons 327. vol.1.Dec. in cap. quoniã Abbas de officio de legat.nu.56.vbi Felin.num.5.& Flaminius lib. de re signatione beneficiorum quæst.4 n. 66. in fin. qui ait, pro hac opinione fuisse iudicatum in sacra congregatione Concilij Tridentini, & hanc partem tenet & defendit Zauall. in practicis quæstio. commun. contra communes lib.2.quæst.666.

Quest.216. SED Multoties dubitatur, si in rescripto interueniat subreptio, vel obreptio,& causa dispensationis cõmittatur delegato, qui comprobatione,& causæ cognitione declarauit,esse dispensandum, & dispensauerit,vtrum ratione sententiæ dele-
1153 gati valeat, & teneat dispẽsatio. † Et videtur dispensationem valuisse, nã licèt causa impetrationis sit falsa, valuit ipso iure sententia delegati dispensantis,qui dispensare potuit,licèt possit reuocari, ita glos. in summa, & in cap.sine exceptione 12. quæst. 2.decis.Rotę 168. cum sequentibus, in antiquis & 511.& in nouis 59. incipit vnio.tex.in cap. ad audientiam de rescriptis,tenet Felin.in cap. postulasti.eod.tit.num. 3. vbi ait, hanc opinionem præualere, & probatur argumento,l.iusta causa,ff. de manu mis.vindicta.& l.2. C. si aduersus libertatem,& §. semel instit. qui manumit. non poss. vbi manumissio facta ex causa nõ legitima,nec vera, & per obreptionem tenet, si approbata fuerit,siue vera, siue falsa,& nõ
1154 irritatur, † ita Angel.cons.204.& videtur tex. ad literam in c. quia circa de consanguinit. & affinit. vbi probatur, quòd dispensatio facta & obtenta cum falsa causa valet, & tenet, si postea Papa confirmauerit; † de quo text. & videndus Nauarr. 1155 in manuali c.22. nu.86. est in cap. si quis autem de penitentia dist. 7. nu. 69.& Gozadin.in cons.51.& Couar. in 4 c.6.nu.13. & facti, quòd quando in priuilegijs, vel gratijs est annexa causæ cognitio, videlicet, si ita es dispensetis, statur declarationi cõmissarij factæ causa cognita, † ita 1156 post Cõpostellan.Ioan.Andr.Imol. & Felin. col.penult. vers. Fallit primo in c.ad audientiam 2.de rescrip. & facit,quòd quando alioquin Princeps concessisset gratiam causa impulsiua, quæ cum difficiliorem redderet ad concedendum non expressa,nõ vitiatur gratię concessio, † se- 1157 cundum Dec. in cap. postulasti de rescrip.num. 5.quem sequitur Paul. Paris.cons.4.lib.4.nu. 53. & Couar. lib.1.variarum resolution.cap. 20.n. 5.versic. Falsitas vero. Sed nihilominus contrarium est verum,& dispensatio obtenta cum subreptione & obreptione, & causa falsa expressa,non valet, nec tenet, licèt delegato & commissario committatur, cum illis verbis, Si ita est dispensetis, & causa cognita per sententiam dispẽsauerit. Primò quia illa verba, *Si ita est*, inducunt formam & solemnitatem nõ leuem, † ita Bald. in auth. matri, & 1158 auiæ, C.quando mulier tutelæ offic. fungi.pos.col.1.vers.quidam tamen dicunt Alex. Aretin. & Ias. in l.2. §. vltimo, ff.de vulg. & pupil. & fusius Tiraquel.de vtroq; retract. tit.2.§. 2 glos.

a glos.1. nu. 3. & in tract. de cessante causa, limitatione 1. num. 61. Gozadin. cons. 73. num. 13. Carol. Ruin. cons. 199. num. 1. Secūdò facit, quia illa verba, *Si ita est*, inducunt con-
1159 ditionem & causam finalem, † secundum Bartol. in l. demonstratio falsa col. 3. versic. Tertio modo, ff. de condit. & demonstratio. per tex. ibi, & Tiraquel. qui quam plurimos refert in dicto tractatu de cessante causa limit. 1. num. 60. & quando causa habetur pro finali in dispēsatione, si deficiat, est obreptitia, &
1160 nulla ipso facto, † per tex in cap. postulasti de rescriptis, vbi Abb. num. 1. Oldral. cons. 256. tex. in cap. quod super his de fide instrumento. c. quia circa de consanguinitate & affinita. Card. cons. 29. col. 4. Geminian. cōs. 33. Paul. Paris. cons. 51. lib. 4. nu. 18. & 27. cum sequentibus, & cons. 68. num. 213. dicto lib. 4. Gozadin. cons. 2. num. 16. & 25. cum sequentibus. Prætereà, quando causa impetrationis est conditionalis, non valet dispēsatio, quamuis causa dicatur impulsi-
1161 ua, † ita Anton. à Sancto Georg. in cap. quia circa de consanguinitate, & affinita. col. 2. per tex. ibi: [ Nā in dispensatione & qualibet gratia sem per præsumendum est, Principem
1162 fuisse motū ex causa expressa, ] † ita dictus Antonius à Sancto Georgio vbi supra, & ibi Panormit. nu. 5. & 6. & expressio falsæ causę non tollitur
1163 etiam per motum proprium, † secūdum Paul. Paris. cons 68. lib. 4. n. 217. qui citat Panormitan. Ancharan. & Dec. tenet etiam Gozadin. cons. 2. num. 16. & 25. cum sequentibus, & cons. 51. num. 42. Menoch. cons. 15. num. 14. & cons. 91. num. 42. Cassan. cons. 43. num. 2. optimè in terminis Hieron. Gratus lib. 2. responsorum in responso 1. numer. 40. & quando causa conditionaliter ponitur in supplica, licèt Princeps dicat, etiam ob alias causas concedo, vitiatur per huiusmodi obreptionem concessio, & nulla est ipso iure, † secundū Gozad. 1164
cons. 51. numer. 42. & non præsumitur, alia causa motum fuisse, quin expressa, † per l. cum de in rem ver- 1165
so, ff. de vsuris cum l. si certis annis, C. de pactis, ait Parisius dicto cons. 68. lib. 4. num. 235. nec præsumitur, Principem velle, vti plenitudine potestatis, † secundum Innocen. in cap. 1166
innotuit de electione, Bald. in l. bene à Zenone, C. de quadriēnij præscrip. Paul. in l. Princeps, ff. de legib. Dec. cōs. 383. col. 2. & 3. Nec oberit dispensatio facta à commissario, & delegato, nam quando gratia impetrata ob falsam causam (vt iam dixi) est ipso iure nulla, eodem modo est ipso iure nullus processus factus super executionem gratiæ, & dispensatio commissarij, eiusq; iurisdictio, † per cap. si super gratia de offic. de 1167
legat. lib. 6. tenet Abb. Felin. & alij, quos refert & sequitur Paris. cōs. 51. lib. 4. Rebuf. in praxi benef. de differentijs inter rescriptum gratiæ, nu. 3. pag. 107. Abb. in c. ad audientiam 2. de rescrip. nu. 14. Et adeò verum est, quod licèt impetrantes approbauerint impetrationē cum falsa causa obtentam, possunt contradicere, quando agitur de animæ periculo, † ita Paul. Paris. cons. 51. lib. 4. n. 54. 1168
&

& eadem causa sententia in causa matrimonij nunquam transit in rem iu-
1169 dicatam,† cap. lator de re iudicata, Parisius vbi supra num. 5. qui in nu. 55. per c. cum à nobis de testibus cũ Abbate & alijs in cap. quoniam cõtra falsam de probatio. ait, quòd quãuis commissarius, vel delegatus dicat, causam impetrationis esse probatam, nihil operatur ad tollendam nullitatem, quæ prouenit ex falsa causa, nec eius assertioni est standũ;
1170 † cum quibus remanet responsio ad adducta pro cõtraria parte. Et in cõprobationẽ huius veræ resolutionis poterunt adaptari ea, quæ latè tradit Ioan. Gutierr. in quæstio. canonicis lib. 1. c. 15. vbi defendit, quòd copula habita etiam post dispensationem in matrimonio facit dispensationẽ nullam ex causa obreptionis & subrep-
1171 tionis; † & interpretatur tex. in c. 5. sess. 24. Concilij Tridentini.

Quæst. 217. SED Est quæstio valde controuersa, & in praxi assidua, si in priuilegio, vel patronatu disponatur, quòd præsentetur capellanus presbyter, vtrum patronus possit, presentare & nominare capellanum non sacerdotem, dummodo sit clericus primæ tansuræ, & legitimæ ętatis, adeò vt intra annum possit ordinem Sacerdo-
1172 talem consequi. † In qua quæstione nec Quintilianus Mandosus in Annalibus casibus numer. 80. & Ioan. Gutier. consi. 1. nu. 11. & consi. 2. nu. 19. quod illa presbyteratus qualitas debet interuenire tempore nominationis: & quòd non sufficit, quòd præsentatus sit in prima tonsura cõstitutus, & ętatem habeat legitimam ad consequendum presbyteratus ordinem intra annum. Sed contraria opinio est communis & vera, quam tenet Ferretus cons. 305. Lambertin. de iure patronat. 1. par. lib. 2. fol. 79. in nouis Flamin. de resignatione beneficiorum lib. 3. quæst. 9. nu. 3. Roland. à Valle cons. 47. num. 6. vol. 1. Dec. in cons. 162. Anton. de Butr. in cap. 1. de ętate & qualit. notabili. 1. Roman. cons. 325. Imola in cap. fin. de rescriptis, Paul. de Montepico cons. 57. num. 7. vol. 1. Spino in speculo testamentorum glos. 4. principali tit de patronis num. 66. cum sequentibus, & Zauallos in practicis quæstio. communes contra commun. lib. 2. quæst. 693. à nu. 9. cum seqq. cui opinioni tanquam communiori accedo, licèt viderim, contrariam opinionem, & sic primam sequutã & practicatã à doctissimo viro Doctore Francis. del Pozo Vicario generali Malacitani Episcopatus, cuius authoritas magna est apud omnes, quæ sententia & Ioan. Gutier. vbi supra, vera est, & semper practicãda quando concurrunt in capellania iã Sacerdos, & qui nondum sacerdotium est consecutus, per tex. in cap. 8. in fin. iuncto c. 9. de rescript. libr. 6. Clementina literas eodem titul. l. Rutilia Polla, ff. de contrahen. empt. cum materia.

EST Etiam nõ inelegans quæ- Quæst. 218
stio, quid iuris, quando maritus & vxor simul instituũt capellaniam in suo testamento de bonis vtriusque, vocando suos consanguineos propinquiores, si duo in ęquali gradu consanguinitatis mariti & vxoris cõcurrant.

1173 currāt.† Et in supradicta quæstione videtur vtrumque concurrere, & capellaniam esse diuidendam. Et probatur primò, quia duo testamenta censentur, iuxta tradita ab Oldrak. cons. 174. Couar. in rubr. de testam. num. 8. Molin. referens Rod. Xuar. & alios in lib. 2. de Hispan. primog. cap. 2. num. 84. Burg. de Paz consil. 3. num. 14. Ioan. Gutier. in cap. quāuis pactum de pact. lib. 6. in principio num. 64. & vnusquisq; videtur, prouidisse suo cōsanguineo, per tex. in l. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulga. & pupil. cap. vnico de duobus fratribus à capitaneo inuesti. in vsibus feudorum. Secundò faciunt tradita à Ioan. Gutier. in cons. 2. nu. 5. & 9. Tertiò facit, quia in vocatione maioratus, quando duo reperiuntur in æquali gradu consanguinitatis,
1174 vterque admittitur,† secundū Bald. in l. ex duobus in princ. ff. de vulgar. & in authen. ex testam. C. de collat. & in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure, & ex tex. in l. diui fratres, ff. de iure patrona. l. 12. tit. 33. p. 7. & in maioratibus, quādo duo nati sunt ex vno partu, nec cōstat, quis illorum sit prim⁹,
1175 ambo cōcurrūt,† vt latè per Molinā de Hispan. primogen. lib. 3. c. 1. nu. 19. cum sequentibus. Sed nihilominus cōtrarium verius est, & sic quòd collatio capellaniæ pertineat ad cōsanguineū viri, per l. cum pater, §. à te peto, ff. de legat. 2. quia cum mari-
1176 tus caput sit vxoris, † vt in cap. fin. 32. quæst. 6. ordine subintellecto videtur vocatus cōsanguineus mariti, secundum Greg. Lop. in l. 2. tit. 15. par. 2. in glos. verbo, *El mas propinquo pariente*, vers. Sed pone retento eodem themate, quem sequitur Caual. in practicis quæst. cōmun. cōtra cōmun. lib. 1. quæst. 264. à n. 13. pag. 368. col. 2. maximè si in dispositione dicatur, ex mariti, vel vxoris cōsanguineis habita cōsideratione ab oi dine scripturæ, † vt indicto §. à te peto. 1177

Quæst. 219 NEC Omittam, quod si in priuilegio, vel lege mentio fiat de præscriptione, intelligitur de ordinaria 10. vel 20. annorum, non tamen de præscriptione longissimi temporis 30. vel quadraginta annorū, † quod 1178 tenet glos. in cap. 1. §. præterea de capitulis Conradi, quam sequuntur plures Doctores, quos refert Tiraquel. de vtroque retract. §. 1. glos. 2. num. 12. tit. de retract. conuentional. dixit communem Ias. in l. 1. C. de seruis fugitiuis numer. 43. Paul. Paris. in cons. 51. num. 123. volu. 1. quam opinionē dicit veriorem, & sic practicam Caual. in practicis quæstio. commun. contra commun. lib. 2. quæst. 496. contra Zasium cons. 51. nu. 12. vol. 2. & Burg. de Paz cons. 41. nu. 11. cui opinioni Caual. inhæreo, tāquam communiori & veriori: & eodem modo licèt regulariter vsufructuarius tenetur satisdare, iuxta text. & ibi omnes scribentes in l. 1. C. de vsufructu, l. penult. C. vt in possessio. legatorum. tamen si vsufructus relinquatur homini egeno & pauperi, nō tenetur satisdare, & peculiari priuilegio legem adimplebit præstita iuratoria cautione, † ita tenet Angel. 1179 in l. 4. ff. de vsufructu, Ias. in authent. cui relictum, C. de indicta viduita. tollend. num. 8. vbi Bald. nu. 7. dicit com-

dicit communem, eamque defendit Cauallos in practica quæstio. commun. contra commun. lib. 1. quest. 66. num. 7.

Quæst. 220 Cap. 26. RVRSVS Quando in aliqua lege, vel dispositione, vel priuilegio reperitur, quod illo posit vti, vel aliquid peti posit semper, & quando cumque, illa verba nihil operantur vltra triginta annos, & ad eos reducuntur, nec infinitatem important,
1180 † text. in cap. 1. vbi glos. verbo, quocumque de feud. dat. in vic. leg. in vsibus feudorum, vbi Isern. & scribentes, glos. in l. 1. verbo præscriptionem, vbi Corn. C. de bonis matern. tenet Bald. & alij in l. 1. ff. solut. matri. vbi Camil. num. 29. & DD. in l. 27. C. de pact. inter emptor. & vēdit. vbi Gozadin. & Cagnol. & Ruin. consil. 111. num. 2. vol. 1. & consil. 150. nu. 7. vol. 4. Gab. conf. 144. num. 26. vol. 2. Cephal. conf. 40. num. 6. de quo articulo plurima notatu digna traduntur per Ioan. Gutier. de iuramento confirmat. 3. par. cap. 1. à num. 9. vbi optimè, quibus in casibus actio per iuramentum perpetuatur, & quomodo hæc regula intelligatur, plures
1181 rimas leges Regias explicans, † & Petr. Surd. in decis. 3. Mantuana per totam.

Quæst. 221 ESTQVE His addendum, quod in dispositione priuilegiorum, & beneficiorum non censentur vocati illi, qui sunt odiosi instituēti, vel
1182 priuilegium concedenti, † per tex. in l. Lucius, §. Lucius Titius Damam, ff. delegat. 2. vbi Bar. Iacob. de Arenis, quod procedit etiam in vniuersali vocatione cum hoc verbo, Omniū, ita Bald. in d. §. Lucius Titius, vbi Imola, & Paul. de Castr. & Alexan. in conf. 213. num. 4. vol. 6. Dec. conf. 286. num. 3. & Petr. Surd. in decis. 41. Mantuana.

SED Cum iure compertum sit, quod quando periculum, & euictio instat in limine contractus, & ante solutionem, & emptori, qui soluere tenetur, mota fuerit lis super re, quā emit, poterit solutionem pretij retinere, donec præcedat fideiussio à venditore de euictione præstanda, iuxta l. si post perfectam, C. de euictio. & ea, quæ de materia tradūtur ab Anton. Gom. tom. 2. variarum, c. 2. num. 39. Gram. conf. 106. ciuili, Azeued. in l. 1. tit. 24. lib. 4. Recop. num. 162. Rebuf. ad Regias constit. Galli, tit. de dilationibus, art. 5. glos. 2. numer. penult. & fin. est notabile creditoris priuilegium à iure cōcessum, quod faciat authori suo denūtiari motam litem, qui si compareat, & iudicium assumpserit, & sit idoneus & diues, fideiussoria cautio remittitur, & absque ea solutio debiti debet
fieri primo vēditori, † ita tradit suis 1183
fe decisum Matth. de Afflict. in decisione Neapolitana 171. & Menochius de arbitrarijs lib. 2. centuria 4. casu 124. num. 4. & Petr. Surd. in decis. Mantuana 183. num. 10.

QVIBVS Conuenit interpretatio text. in l. 6. Tauri, quæ hodie est l. 1. tit. 8. lib. 5. Recop. vbi ascendentes, & descendentes in successione equiparat excepto quinto, de quo poterunt ascendentes disponere erga extraneos, & tertio, de quo descendentes disponere poterunt: quo Quæst. 222
quinto

monachi, & tunc ascendentes, vel descendentes præferuntur monasterio, & si sumus in dubio, vtrisque pertinet transactio, qui consulit, quod per vtrosque fiat transactio ad tollendas difficultates, cuius distinctionem videtur approbare Fichard. Bonacosa, & Richouius in volumi. 2. comunium opinionum pag. 120. in nouis. Et quid statuendum sit, quando concurrit in transactione, vel remissione filius bastardus, & agnatus, & quis illorum præferatur,
1186 † tradunt supra relati DD. quos videas.

Quæst. 224. VOLVIT Præterea Gomez Leon in sua centuria cap. 14. num. 7. quòd mulier non tenetur in plus quàm facere potest, aliqua adducens fundamenta incorroboratio-
1187 nem suæ opinionis, † contra quem tenet Azeued. in l. 10. tit. 3. lib. 5. Recopil. num. 10. & Castel. Bobadilla in polit. tom. 2. lib. 3. cap. 15. numer. 30. quę Azeu. opinio vera est, quia vt ipse ait, illi tantum reperiuntur priuilegiati, vt non teneantur in plus quàm facere possunt, qui in iure sunt
1188 expresi. † Et quod falsum est argumentum, non potest incarcerari, ergo non tenetur in plus quàm fa-
1189 cere potest, † licèt sit verum, non tenetur in plus quàm facere potest: ergo non poterit incarcerari, latè Baeça de inope debitore, cap. 3. nu. 2. & in cap. 17. numer. 33. ex l. parentes, ff. soluto matrimon. l. sunt qui, ff. de reiudicat. l. 1. titul. 15. par. 5. l. liber captus, C. de captiuis, & post limin. reuers. vbi Bald. & Doctores, infertur que ex notatis in superioribus interpretatio ad l. 11. cum sequentibus, titul. 1. lib. 6. Recopilat. vbi probatur, quòd ille qui subijt munus armatæ militiæ, & fit *Cauallero de contra*, habeat in bonis mille ducatorum summam, vt in illa computentur dos, si ab illo fuerit recepta ęstimata tali ęstimatione, quæ faciat emptionem, non tamen quàdo dos inęstimata recipitur. † Et ita 1190 venit intelligendus text. in l. Lutius, §. idem respondi, ff. admunicipalem, ibi: *Dotem non deberi computari*, scilicèt, dotem inæstimatam, † quod licèt non adeò distinctè tra- 1191 dit Castel. de vsufructu cap. 4. num. 57. lib. 1.

SED Cum filij nati ex matrimo Quæst. 225 nio putatiuo bona fide contracto sint legitimi, & in maioratu succedant, & præferantur filijs ex legitimo matrimonio postea procreatis, eosque excludant, & etiam substitutum, † vt latè tenet Molina de His- 1192 pano. primogen. quem refert & sequitur Castell. lib. 2. controuersiarũ iuris, c. 11. per totum, erit scitu dignũ, vtrum huiusmodi filij nati ex putatiuo matrimonio potiátur priuilegijs concessis filijs legitimis, & ex legitimo matrimonio natis, † & vide- 1193 tur, quòd filij nati ex matrimonio putatiuo non potiuntur priuilegijs concessis filijs legitimis, quia inter verum & putatiuum matrimonium multæ sunt differentiæ, & priuilegia concessa matrimonio vero, aliquãdo nõ competunt putatiuo, † vt latè per 1194 Matien. in l. 1. tit. 9. lib. 5. Recop. glo. 1. à nu. 4. Menoch. lib. 4. præsumptionum in præsumptione 77. num.

5. cum sequentibus, Barbosa in l. si cum dotem, ff. soluto matrimon. §. fin. Sed nihilominus asseuero, quòd priuilegium concessum filijs legitimis, & ex legitimo matrimonio natis, competit filijs natis ex matrimonio putatiuo bona fide contracto. Quia filij nati ex matrimonio putatiuo verè & propriè legiti
1195 mi sunt. † Iuxta communem resolutionem traditam ab scribentibus in cap. peruenit, & in cap. ex tenore qui filij sint legitimi. & à Tiraquel. in l. si vnquam. C. de reuocand. donatio. in verbo donatione largitus numer. 141. & ad leges connubiales, in gloss. 8. numer. 25. Duenas in regula 350. Pet. Pau. Paris. in cons. 15. numer. 44. lib. 2. Grammatic. consi. ciuili 56. Roland. consil. 93. num. 18. cum sequentibus, lib. 3. Paleoto in tracta. de nothis & spurijs filijs cap. 9. Couarrub. de sponsalibus. 1. part. §. 1. n. 1. & 2. Cephal. consi. 82. num. 61. lib. 1. & cons. 390. numer. 16. & 44. & 45. cum sequentibus, & in consi. 307. numer. 59. lib. 3. & cons. 444. à num. 7. lib. 4. & consi. 647. à numer. 1. cum pluribus sequentibus. Menoch. consi. 15. num. 1. lib. 1. & consi. 199. num. 35. & 39. cum sequentibus, lib. 2. & de præsumptionibus, lib. 4. præsumptione 7. in princip. Tell. Ferdinand. in l. 6. Tauri, numer. 8. & 9. vbi Ceruantes numer. 9. vsque ad 20. & Auendan. gloss. 1. à num. 2. vsque ad 6. Matienc. in l. 10. titul. 8. glos. 4. num. 3. & in l. 2. titul. 9. glos. 1. numer. 4. vsque ad Ioann. Gutierr. in pract. quæstio. lib. 3. quæst. 74. & Castell. qui plura allegat. in lib. 2. controuersiarum iuris cap. 11. num. 3. qui omnes concludunt, sufficere vnum ex coniugibus impedimentum ignorare, & facit pro hac opinione, quòd omnes effectus, dignitates, honores, spiritualia, temporalia, feuda emphyteutica, fideicommissa, successiones ab intestato, & ex testamento parentum, & consanguineorum, quæ competunt filijs natis ex legitimo matrimonio, competunt etiam filijs natis ex matrimonio putatiuo bona fide contracto. † 1196
quod tenent omnes supra relati Doctores, & in aliquo à cæteris legitimis non differunt, iuxta glossam, & Doctores in dicto cap. ex tenore, qui filij sint legitimi, Iason consilio. 165. numero. 3. Decius consilio. 153. numero. 1. & consilio. 154. numero etiam 1. Paleotus in dicto capit. 9. de nothis & spurijs filijs numero. 14. Castellus vbi supra numero. 6. Et mulier in matrimonio putatiuo habet priuilegia doti concessa, † vt ex com- 1197
muni scribentium traditione tenet Barbosa in l. si cum dotem. §. fin ff. soluto matrimonio numero. 2. qui in numero. 4. tenet cum communi, quòd priuilegia respicientia exactionem dotis habent locum in dote putatiua: † & in numero 1198
5. asseuerat, quod priuilegium tacitæ hypothecæ competit doti putatiuæ, & in numero. 8. ait, in dote putatiua habere locum priuilegium concessum a iure, per l. in rebus, C. de iure dotium, concluditque in num. 13. quòd communicatio

nicatio bonorum lucratorum constante matrimonio locum habet in
1199 matrimonio putatiuo,† quod etiam tenet & sequitur Castillo vbi supra, num.36. cum sequentibus. Qua vera opinione retenta, non obstat fundamentum in contrarium adductum, nam licèt multæ sint differentiæ inter matrimonium verum & putatiuum, hoc tamen non habebit locum respectu legitimitatis filiorum inducendæ, in quo omnino æquiparantur filij, vt tradunt Doctores in cap. translato de constitutio. & Castell. vbi supra numer. 17. versic. Nec obstat, & num.35. Si verba tamen priuilegij & constitutionis fuerint generalia, quamuis aliqua subdantur verba, quæ certas & limitatas personas respicere, videantur, nihilominus constitutio talis atq; priuilegium ita interpretari debent, vt generalia sint, & generaliter comprehendant omnes secū-
1200 dum naturam principij,† secundū Dec. in cap. 1. de constitutio. lectura. 1. num.9. & in cons. 51. col. 4. Corne. cons. 273. n. 30. lib. 4. Geminian. cons. 39. col. 1. Aldobrand. cons. 72. n. 10. de quo etiam Castel. lib. 2. controuersiarum iuris c. 22. n. 99. Ioan. Gutier. in pract. quæst. lib. 3. quæst. 17. & 18. à nu. 75. cum sequentibus, vsque ad num. 102.

Quæst. 226 SED Si Princeps aliquam rem concedat alicui cū certis priuilegijs qualitatibus & prærogatiuis, postea que illam ademerit, aliamq; in locū illius subrogauerit: asseuerandū est, rem subrogatam remanere cum omnibus priuilegijs qualitatibus & prærogatiuis suprad. ctis & concessis,† vt latè probat Molina de Hisp. 1201 primogen. lib. 4. cap. 4. num. 24 cum sequentibus, & num. 36. & Mieres de maioratu 1. part. quæst. 11. & Castell. lib. 2. controuersiarū iuris c. 26. numer. 86. Sed cum in superioribus n. 894. affirmauerim, quòd cessionarius succedit in priuilegiū prælationis, quod cedenti cōpetebat, illud inquirendū est, an cessionarius viduæ, minoris, pauperis, & aliorū priuilegiū habentiū conueniēdi aduersariū in curia Regia in prima instātia, pos sit cedentis iure vti? † Et tenendum 1202 est quòd non possit, cū sit cessio iūs personale, & tale ius personale cedēti competens non transit in cessionarium,† vt tenet Bald. in l. per diuer 1203 sas, C. mandati, n. 21. vbi Salic. n. 17. Bar. in l. si Titius, §. si quis prius, ff. de aqua pluuia arcēd. Afflict. decis. 74. & Rodrig. de redditib' lib. 3. q. 4. nu 42. qui in nu. 43 disputat, quid in casu diuerso, in quo persona nō priuilegiata cedat viduæ, pauperi, vel personæ aliàs priuilegiatæ,† vbi la- 1204 tè distinctione vtitur, quem videas, & eadem causa cessionarius non admittitur ad retractum consanguinitatis, cùm sit personalissimum,† vt 1205 resoluunt Cin. Bald. Salicet. & Paul. in l. ad officium, C. cōmuni diuidūd. & latissime Tiraquel. de vtroq; retract. tit. 1. §. 26. glos. 1. & Matienç. in l. 7. tit. 11. lib. 5. compil. glos. 1. nu. 24. vbi Azeued. alios referens n. 30. qui omnes limitant in retractu conuētionali, in quo etiam cessionarius admittitur,† quia hic retractus ce- 1206 di potest.

R 2 DEIN-

Quaest.227 DEINDE Si alicui concedatur priuilegium ratione officij, vel exercitij, si illud non exercet, non
1207 gaudet prædicto priuilegio, † per l. sub prætextu, C. de sacrosanct. Eccles. l. sub prætextu, C. de collegiat. lib. 11. vbi tenet Bart. & Abb. in cap. 1. in fin. de iudic. Felin. in rubric. de magistris in fin. Ripa in l. 1. ff. solut. matrim. num. 138. Bolognet. nu. 133. Tiraquel. alios allegans in tracta. de consanguinita. 1. par. num. 206. Riminald. in l. scriniarios, C. de testam. milit. num. 1. Barbosa in l. 1. ff. solut. matrimo. 7. part. num. 61. & 62. & ideò maritus promittens alicui tertio restitutionem dotis, potest in plus quam facere potest conueniri,
1208 † quia ab extraneo conuenitur ex propria obligatione, & nulla ei debetur reuerentia, & sic cessat ratio priuilegij, ita defendit Barbosa in l. 2. ff. soluto matrimon. 2. part. nu. 3. contra Bolognetum ibidem, numer. 76. qui dictus Barbosa vbi supra refert Crotum in dict. l. 2. ff. soluto matrim. numer. 56. tenentem, quòd si in dotis debitum fiat in extraneum delegatio, non competit marito priuilegium non conueniendi in plus quàm facere po-
1209 test. †

Quaest.228 DEINDE Cùm fructus proprie dicantur de ductis impensis gra
1210 tia ipsorum factis, † per l. fructus, l. diuortio, §. fin. ff. soluto matrimon. l. 26. tit. 11. par. 4. Paul. in d. l. fructus, num. 3. Vincent. num. 2. Paul. Paris. consil. 94. numer. 25. lib. 2. Menoch. cons. 64. numer. 32. lib. 1. erit notandum, quòd si Princeps aliquo priuilegio fructus percipi iubeat, intelligendum est, non deberi fructus nisi deductis expensis, † secundum 1211
Ias. in dict. l. fructus numer. 16. Capicius decisione 20. numer. 7. Tiraquel. de vtroque retractu, libr. 1. §. 15. gloss. 1. num. 6. Barbos. in dict. l. fructus, ff. soluto matrim. numer. 14. extendens ad rescripta cum Vincent. ibidem numer. 7. Couar. lib. 3. variarum resolutio. cap. 13. numer. 1. Quod verum est, etsi lege, rescripto, vel priuilegio iubeatur, integros fructus restituendos fore, per l. 1. C. de his quibus vt indignis, l. si à domino, §. fin. ff. de petit. hæredit. ita Bald. & Salicet. in l. 1. C. de fruct. & lit. expens. & Alexan. & Aretin. in dict. l. fructus num. 7. Ias. num. 18. Corne. cons. 289. col. vltima lib. 1. Barbos. qui alios allegat vbi supra num. 13. Et priuilegium mariti, vt non possit conueniri in plus quàm facere potest, non transit ad fideiussores mariti, † per l. & si fideius- 1212
sor, ff. de re iudicata, quod post disputationem tenet, & sequitur Barbosa in l. maritum, ff. soluto matrimon. volum. 2. à numer. 82. fol. 277. qui in nu. 107. ad finem tenet, quòd maritus negans dotem recepisse, si conuincatur, non amittit priuilegium concessum per dictam legem maritum; quia pœna non habet locum nisi in casibus à iure expressis, † authent. de non eligendo secundo 1213
nubentes, §. cum igitur, Bart. in l. etiam, §. licèt nu. 4. ff. solut. matrim. Ias. in l. sicut, §. quod autem, num. 1. & 13. ff. de re iudicat. Brun. tract. de cessione bonorum 4. par. principali

quæst.

quæst. 10. Nam licèt alicui concedantur omnia, quæ habuit prædecessor, non extenditur concessio ad ea, quæ habuit ratione priuilegij perso-
1214 nalis, † per l. quia tale, ff. solut. matri. per quam ita tenet Barbos. ibidem numero 1.

Quæst. 229 CVM Autem per l. eden, C. de locato, iuncto cap. propter sterilitatem, §. verum de locato, & l. 6. tit. 8. part. 5. sit locatori concessum priuilegium expellendi conductorem in tribus casibus ibidem expres-
1215 sis ante locationem finitam, † venit interpretanda illa controuersa quæstio, vtrum conductor, cui res locata pro securitate locationis fuerit specialiter hypothecata, possit in dictis tribus casibus ante tempus ex-
1216 pelli. † In qua quæst. tenet Corn. cõs. 103. à nu. 14. lib. 2. non posse expelli ante solutioné illius, quod interest, quam opinionem sequitur Hieron. Magonius decis. Lucensi. 75. à nu. 6. Cuman. in l. filio familias, §. fin. ff. so lut. matrim. num. 8. Alexand. 3. Ferronius in consuetud. Burdegal. tit. 3. §. 2. Siculus in cap. propter sterilitatem de locato num. 18. contra quos tenet Couar. lib. 2. variarum resolutio. c. 15. num. 4. in princip. ex rationibus ab eo adductis, quam opinionem sequitur Barbosa in d. l. filio familias, §. fin. nu. 35. ff. solut. matrim. alijs optimis rationibus motus, & pro se adducens Boer. decis. 67. num. 6. Natam cons. 25. num. 4. lib. 1. & cons. 416. num. 9. lib. 2. Sed quid erit tenendum, si in dicta locatione interueniat pactum expressum de non ex-
1217 pellendo conductorem? † In quo casu Couar. vbi supra dicto numer. 4. versic. Ex quo mihi tenet prædicto pacto non obstante, expellendũ fore conductorem, quam opinioné probat Arnald. Ferronius in consuetud. Burdegalensibus, titul. 3. §. 2. Sed contrariam opinionem sequitur Angel. in d. lege edem, C. de locato in fin. & Decius in cap. quæ in Ecclesiarum de constitutio. num. 31. & in cap. Pastoralis de appellatio. numer. 1. & in cons. 293. numer. 3. & cons. 473. nu. 4. Corn. cons. 103. nu. 17. lib. 2. Gratus cons. 1. num. 36. lib. 1. Nata cons. 25. nu. 2. lib. 1. Hieron. Magon. decis. Lucensi. 75. numer. 2. Aluar. Velasc. de iure emphyteut. quæst. 22. num. 8. Anton. Gabr. lib. 3. cõmunium opinion. tit. de locato conclus. 3. nu. 2. & hanc opinionem sequitur Barbos. in d. l. filio familias, §. fin. nu. 36. ex decis. tex. in l. 3. §. fin. ff. de actio. empt. l. stipulatus, ff. de vsuris, qui respondet fundamentis adductis à Couar. pro sua opinione, quæ Bursati & aliorum opinio verior videtur, & sequenda ratione pacti expressi, quod aliquid debet operari.

NVNC Autem in dubium vertitur, quid operetur priuilegium vel concessio facta à Principe de aliqua præbenda cathedralis Eccle- Quæst. 230 Cap. 27.
siæ. † Et resoluo priuilegium valiturum ad præbendam obtinendam, dummodò non sit de præbendis in mensibus Episcopi, vel Pontifici reseruatis: ea enim conditio concessioni, vel priuilegio Principis in esse intelligitur per text. in cap. de præbend. lib. 6. c. fin. de consuetud. 1218
lib.

lib. 6. vers. In præbendis verò, ita Æneas de Falco in tractatu de reseruatio. 4. part. principali in 5. effectu, 12. par. volum. 15 tractatuum Doctorũ, Fráciscus Marcus in decisione Delfinali 1271. Et inde est, quòd facultas concessa Episcopis circa collationẽ & nominationẽ pœnitentiariæ præbendæ iuxta tex. in c. 8. sessione 24. de reformatione in Concilio Tridẽtino, intelligitur de pœnitentiaria, quæ non vacauit in mensibus Pon-
1219 tificis, † vt resoluit Azeued. in cõs. 7. numer. 30. qui affirmat vidisse declarationem Cardinalium, quam literaliter recenset. Et ideò prouisus à Papa, etiamsi sit posterior,
1220 præfertur prouiso à priuilegiato, † ita Rotæ decis. cap. 6. de præbendis in antiquis, Selua de beneficio. 6. par. quæst. 29. in fine, Azeued. in cons. 12. numer. 30.

Rursus si priuilegium concedatur alicui, dummodò cum virgine contrahat matrimonium, illud puto con secuturum, si contrahat matrimoniũ cum illa, quæ antea ab ipso corrup-
1221 ta fuit, † ita glos. in decisione Tolosana, quæst. 219. & ideo qui contrahit cum illa, quam antea corruperat, non amittit priuilegium con-
1222 cessum clericis coniugatis, † iuxta glossam verbo, contraxerunt in cap. vnico de clericis coniugatis, libr. 6. tenet Toledo Cardinalis in sua summa lib. 1. c. 60. vers. Hinc sequitur, qui in vers. Tertium est in d. c. 60. tenet cum Archidiaco. in c. nemo 32. dist. & Panormita. in cap. debitum nu. 2. de bigamia, & cum Enrico ibidem, & Boer. in c. vt bigami de bigamia, & Gofred. de bigamia num. 5. & S. Thom. 4. dist. 27. quæst. 3. art. 1. ad 2. esse comuniorem & probabilem opinionem, quòd non dicitur bigamus, nec est irregularis, qui postea contrahit matrimonium cum ea, quam antea corruperat. † 1223

NEC Omittam, quod fortius Quæst. 231 in indiuiduis gaudet priuilegio, & prærogatiuis socij, † per l. si com- 1224 munem, ff. quemadmod. seruitut. amittantur, ideòque si minor & maior habeant causam communem, & indiuisibilem, beneficia minoris competunt etiam maiori, † per d. 1225 l. si communem, glos. in l. fin. C. si vnus ex pluribus appellauerit, glos. in verbo, Pro. in l. 5. titul. 23. part. 3. de quo latè Bart. in dict. l. si communem Abb. in cap. de quarta de rescriptis nu. 19. Anton. Gom. in 2. tomo variarum cap. 14. nu. 10. Pereira in l. si curatorem, numer. 25. in diffini. C. de in integrũ restitutio. Pirrus in consuetudin. Turonens. titul. de le retract. articul. 29. Azeuedo in l. 10. tit. 10. lib. 4. Recopilat. nu. 23. cum sequentibus, & in cons. 21. numer. 27. & in cons. 23. numer. 26. qui in numer. fin. cum Francisc. Beccio cons. 12. nu. 68. tenet, quòd priuilegium restitutionis competens minori, & personis priuilegiatis nunquam censetur derogatum, nisi de illo fiat specialis mentio, expressaq; derogatio, † per l. decurio- 1226 nibus, C. de silentiarijs, lib. 12. l. sciedũ in princ. vbi glos. comuniter approbata, ff. qui satisdare cogantur, Ioan. Gutier. in pract. quæst. lib. 2. quæst. 88. num. 3 & lib. 3 q. 22. nu. 4.

dubi-

Quæst. 232 dubitatur etiam, quãdo Princeps cõcedit priuilegium, iubens illud obseruari, non obstante contraria consuetudine, vtrum videatur, tam præteritam quàm futuram consuetudinem
1227 derogare. † In qua quæstione est affirmandum, Principem tam præteritam quàm futuram consuetudinẽ in dicto priuilegio comprehendere, & derogare, text. in l. si seruitus 22. vers. Quòd si ita, ff. de seruit. vrbanorũ prædiorum, glos. verbo, Consuetudine in Clemen. statuimus, versic. Sed puto de electione, ita Azeued. in l. 3. tit. 1. lib. 2. Recop. n. 19. & Cifontes in l. 1. Taur. Auend. de exequẽd. mandat. Regum libr. 1. c. 2. nu. 14. & Burg. de Paz dicens magis communem opinionem in l. 1. Taur. n. 464. Couar. libr. 3. variarum resolutio. c. 13. nu. 4. & 5. Ioan. Gutier. in pract. quæst. lib. 3. q. 31. à nu. 1. cum seqq. qui in num. 6. limitat, quando aliter ex legis, vel priuilegij verbis disponitur, vel deducitur.

Modò est animaduertẽdũ, quod si statutó, vel priuilegio caueatur, quòd omnis, qui venerit ad aliquam ciuitatem incolendam, sit immunis à gabella vel collecta, & alijs oneribus, & aliquis originarius illius ciuitatis, spe fruendi prædicto priuilegio, ad aliam habitandam vrbem se contulit, qui pòst aliquos annos patrias sedes recuperauit, non cõprehẽdetur in illo priuilegio & statuto,
1228 † secundum Bart. in l. cum emancipatus, §. si pater ex duobus n. 1. ff. de bonorum possess. contra tabul. Alex. cons. 34. num. 3. vers. Istam partem, volum. 5. Cassan. in consuetud. Burgundiæ rubr. 9. §. 2. in p. nepeul per scripte. versic. Dubitari potest. Mascard. de probat. vol. 3. concl. 1141. n. 4.

DEINDE Nouatio hodie debet esse expressa, iuxta l. fin. C. de no- Quæst. 233 1229
uatio. l. 15. tit. 14. part. 5. de cuius materia latè Auend. in suo dictionario, verbo, Delegatio, & Ioan. Gutier. de iurament. confirmato. 1. p. c. 63. & Albert. Brun. in tract. de augmento, vers. Tertio propius fol. 172. in vol. 2. tractatuũ Doctorum, & Anton. Gabr. in vol. 3. communium opinionum in nouis pag. 178. cum sequentibus, quæ nouatio legitime facta cõprehendit pignora, & hypothecas cursusque vsurarum, pœnasq; stipulationum, quæ omnia nouãtur: † ve- 1230
rum tamen priuilegia à iure concessa non comprehenduntur in nouatione, & in suo robore remanent, nisi specialiter de his fiat expressa mentio, & derogatio in nouatione, † per l. aliam, ff. de nouatio. l. 2. §. 1231
parui quoque, ff. de priuilegijs creditorum cũ concordantibus, ita tenet Petr. Vanderanus de priuilegijs creditorum, cap. 3. col. 8. ad fin. versic. Quando autem.

RESTAT Nunc vnum notabile, videlicèt, quod Ecclesiæ debitores non possunt cõueniri in plusquã Quæst. 234
facere possunt, † per glos. notabilẽ, 1132
in c. quicũq; el 1. 16. quæst. 7. in glos. 1. quam sequitur Abb. in cap. cum homines de decimis, quæst. penult. & Matth. Brun. in tract. de cessione bonorum, in quæst. 2. quartæ quæstionis principalis num. 3. eodemq; modo stante statuto, quòd quilibet pro ciuili debito personaliter capi

posſit, non obſtante quocumq; priui legio, ſub tali ſtatuto non compre-
1233 henditur Doctor,† ſecundum dictũ Matthæum Brun. in dicto tractatu de ceſſione bonorum. q. 10. quartæ quæſtionis principalis nu. 5. Ratio, quia priuilegia particularium perſonarum per legem generalem nõ de-
1234 rogantur,† vt notatur in l. decurioni bus. C. de ſilentiarijs lib. 12. & in l. in teſtamentis. C. de teſtamẽtis: & quia per illa verba: *Non obſtante quocunq; priuil. gio*, non videntur derogata pri
1235 uilegia ſcripta in corpore iuris,† gloſ ſa notabilis in l. 2. §. omnes, & in l. hę res abſens in principio. ff. de iudicijs, & in authent. quã in prouincia. C. vbi de crimine agi oportet, & vtrobi que Doctores, & Bart. ſingulariter in extrauagant. ad reprimẽdum verbo non obſtantibus. Sed eſt præcedentibus optima limitatio, quòd illi, qui non poſſunt conueniri in plus quàm facere poſſunt, nõ potiuntur illo priuilegio, ſi creditor eſt pauper, & ege
1236 ſtate laborat:† nam quando actor, & reus eodem priuilegio nituntur, potior eſt actoris conditio, qui certat de damno vitando, quàm conditio
1237 rei, qui certat de lucro captando: † Ita Bald. in l. 2. verſic. quarto quæro, C. quod cum eo, Guilielm. de Cuno, & Paul. in l. traditionibus. §. ſi quis crediderit. ff. de pactis, idem Bald. Bart. & Alex. in l. ſi maritus, & in l. maritũ. ff. ſolut. matrim. Aretin. in §. item ſi de dote, vbi Iaſ. n. 10. inſtitut. de action. Hippolyt. Marſil. in ſingu lari 99. Itẽ nota, quòd ceſsio bonorũ admittitur in via executiua, & exceptione quis conueniatur vltra quam facere poteſt,† ſecundũ Imol. in l. ſi 1238
filio familias la 2. ff. ſoluto matrim. col. 2. in princip. verſic. ſed aduerte, quem ſequitur Aretinus in §. fin. inſtitut. de action. col. 2. verſic. ſed opinio Bart. Ioann. Ferrara in practica Papienſi in forma executionis ſententiæ diffinitiuæ, gloſ. 1. col. penult. verſic. pro cuius, & Matth. de Afflict. in deciſ. 29. nu. 2. & 3. & deciſ. 19. n. 9. & Xuarez in l. poſt rem iudicatam. q. 1. n. 48. Ioan. Gutier. de iũtamento cõfirm. c. 15. n. 37. Azeu. in l. 1. tit. 21. n. 65. lib. 4. Matth. Brun. in tract. de ceſ ſione bonorũ. q. 12. principali, tex. de iure Regio in l. 1. tit. 15. p. 5. ibi: *Ca eſ tonces*, qui Brunus cũ Corneo conſil. 212. vol. 2. defendit, quòd lite pẽdẽte ſuper ceſsione bonorũ nõ poterit executio fieri, nec tenetur debitor ſpondere creditoribus, † l. 3. titul. 1. 1239
p. 5. vbi glo. 2. ex quo ſequitur, quòd ceſsionis bonorum exceptio, & nequis conueniatur in plus quàm facere poteſt, admittatur in reiuendicatione,† ſecundum Alex. in l. ſi filio 1240
familias la 2. ff. ſolut. matri. n. 1. Sed contrariam opinionem tenet Bald. in d. l. ſi filio, & ibi Angel. Roman. & dictus Alex. in l. Neſenius, §. fundum, ff. de re iudicat. nu. 2. quorum opiniones ſic ſunt componendæ, & conciliandæ, quòd quando cõpetit actio more realis, nõ admittitur ceſſio bonorum, nec ea, nequis conueniatur, vltra quam facere poteſt exceptio. Sed quando competit actio perſonalis, aut ex contractu dotis, ad mittitur in reiuẽdicatione prædicta exceptio, teſte Bart. ſic diſtinguente in l. maritum, ff. ſoluto matrimo-

nio

nio,& dictus Alex. in d.l.Nesennis, ff. de re iudicata, qui refert Bartol. Bald. Angel. & Paul. de Castro in d.l.si filio, ff. soluto matrimo. idem tenentes,& ita distinguentes.

Quæst.235 PRÆTEREA Nota, quòd sobolis appellatione veniunt liberi, nepotes, & pronepotes & vlterio
1241 res,† per text. in auth.si quid,C. qui potiores in pig.habe.& in §. si quis autem defunctus in authen. quibus modis naturales efficiantur sui, l. 2. C. de infantibus expositis,l. 1. C.de alendis liberis,tenet Iacob.Butricar. quem sequitur Barto. in l. filiorum, ff.de verborum signific.col.5.vers. His præmissis,& in l. si cum procuratori in fine,ff.de re iudicat.& Brunus decisione bonorum quæst. 20. quartæ principalis.n.5.& 6. Sed quãuis socius habens rem communem cum alio non possit totam rem cõmunem, sed tantum pro sua parte
1242 obligare,† per l.vnicam,C. commu. res pignor. dat. sit,tamen priuilegiũ fisci ita est in hoc casu interpretandum,quòd fiscus habens rẽ communem cum alio, in totum eã potest
1243 obligare,& alienare,†per l.primam C.de vendend.rerum fisc. commu. ni. lib.10.ita Bald. & Salicet. in dict. l. vnica, & Anton. Negusantius in tractat.de pignoribus in 3. membro secundæ partis, num. 36. Et cũ verum sit,quòd bona immobilia minorum sine decreto, & iusta existente
1244 causa, non possunt alienari, † per totum,C.de prædijs minorum, nec à tutore, nec administratore, iuxta l. lex quæ tutores,C.de administrat. tutor. l.38. tit.16. part. 6. sic debet interpretari patriæ potestatis priuilegium erga filiosfamilias, quòd pater legitimus administrator filij familias minoris poterit alienare sine iudicis decreto bona immobilia filij,† 1245
secundùm Azor in summa titu. de bonis quæ liber. num.12. Bald. in l. fin. §. fin autem, vbi Raphael Cuman. C. de bonis quæ liber. vbi Corn. & tenet Dec. cons.209. col. fin. & Hipol. Marsil. in singulari 498. Socin. Senior cons.66. col.vltima, volumine 3. Ruin. cons.107. numero 2. Tiraquel. in l. si vnquam, C.de reuocand. donation. à numer. 18. vsque ad 36. quod tenent quam plures alij Doctores, quos sequitur & refert Mascardus de probation. volumin. 3. conclus. 1149. numer. 18.Rescriptum deinde, vel priuilegium impetratum contra consuetudinem, vel stylum Principis, est suspectum de falso, nec præsumitur à Principe concessum,† tex.in cap. 1246
2. de rescript. vbi tenet Felin.nu.16. c. in memoriam 19. distinct. cap. porrecta de confirmatione vtili,vel inutili,tradit Mascardus, qui plures refert in tertio volumin. de probatio. conclus.1169. à num. 3.

SED Cùm testamentum primum per secundũ reuocetur, † per Quæst.236 Cap. 28. 1247
§. in posteriore,instit. quibus mod. testam. infirmetur,l. si quis in priore, ff. ad Senat. consult. Trebelliano. de quo multa Mantica de coniecturis vlti.volunta. lib.12. tit. 1. in fine, est notandum, vtrum testamentum primum non possit reuocari ex pri- 1248
uilegio Principis. † In qua quæstione partem affirmatiuam tenet Archidia-

chidiacon.in c. vltima voluntas 13. quęst.2.Sed partem negatiuam, videlicèt, quod per Principis priuilegium non posit tolli reuocatio primi testamenti per secundum defendit Guillielm. Benedict. in cap. Rainuntius de testament. in verbo testamentum el 2. numer. 25. quem sequitur Mascard de probatio. vol. 3. conclusione 1282. numer. 24. ex opinione Dec. in cap. cum accesissent de constitut. numer.10. Ratio, quia huiusmodi prohibitio dicitur contra bonos mores, & ideò non
1249 seruanda, † per l. omnium, C.de testament.

Quęst.237. NVNC Se offert alia mirabilis, intricataque quæstiò, scilicèt, si Princeps priuilegium concedat Petro in primo loco, & Ioāni eius filio in secundo loco, & Francisco eius consobrino in tertio loco, & dicto Petro alius nascatur filius, vtrum
1250 iste præferatur Francisco posito in tertio loco. † In qua quæstione videtur Franciscus præferendus, per l. cum ita legatur, §. in fideicommisso. ff. de legat.2. vbi probatur, quòd inter plures vocatos, & nominatos, præferuntur qui expressè sunt
1251 vocati, † per text. in l. si ita quis, §. penultimo, ff. de testamentaria tutela, vbi probatur, quòd dato tutore filijs, non censetur datus filio, quem
1252 testator ignorabat. † Facit etiam, nam determinare per coniecturas contra expressè nominatum, & in eius præiudicio, est incerta determi-
1253 natio, † nam coniecturę non habēt præcisam regulam, sicuti nominatio expressa, pro quo est text. in l. cum ex filio, §. 1. ff. de vulgar. & pupilla. cum pluribus relatis per Manticam de coniectur. ment. testa. lib.12.tit.17. numer.2. † Sed nihilo- 1254
minus contrarium mihi videtur asserendum, & sic quòd dictus Franciscus tertio loco nominatus non præferatur filio dicti Petri secundo loco nominato, per text. expressum in l. si mater, C. de inofficios. testam. vbi probatur, quòd filius natus post testamentum factum, & à matre nō institutus, habetur pro instituto. † Si- 1255
mile habemus in præteritione posthumi, quòd licèt regulariter posthumus præteritus rumpat testamentum, † vt in l. Gallus, ff. de 1256
liber. & posthumis; si tamen testator instituat posthumum, non solum videtur instituere posthumum in vtero existentem, sed etiam quoscunque posthumos posteà nascituros, † secundum Barthol. Socin. & 1257
alios, quos dicens communem citat Mantica in d. tract. de cōiect. vltim. volūt. lib.4. tit.8. n.4. facit tex. expressus in l. quidam testamento. ff. de vulgar. & pupil. vbi probatur, quòd coniunctus, qui admittitur iure accrescendi ratione tacitæ voluntatis testatoris, præfertur substituto expressè nominato: † & ibi notat Bart. nu. 1258
2. & 4. & in l. recōiuncti. ff. de legat. 3. num.33. & est communis opinio teste Bolognino in consil. 66. nu. 7. est tex. in l. si iam facta. ff. de cōditio. & demonstration. nam idem est filium non esse natum, vel natum esse testatore ignorante. † vt probat text. 1259
in l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posthum. & in l. qui iure militari. ff. de milit.

milit. testam. l. cum certi. l. si cum vel in verso. C. eodē tit. constat ex Bart. in l. filio preterito. ff. de iniusto rupto num. 8. Angel. consil. 208. versic. venio ad secundum, & versic. venio ad tertium, Tiraquel. in l. si vnquam. C. de reuocand. donation. in verbo filios non habens num. 25. Mantica vbi supra lib. 4. tit. 2. nu. fin. pro hac opinione facit etiam text. expressus in l. fin. ff. de hæredibus instituend. cum qua concordat l. 21. tit. 1. part. 6. vbi disponitur, quòd nominatio tacita, quæ colligitur ex voluntate testatoris, prefertur nominationi expressę,
1260 T est text. in l. 3. & fin. ff. de admend. legat. vbi probatur, quòd legatū expressum reuocatur per tacitam con-
1261 trariam voluntatem, † & pupillaris tacita, concurrente verisimili voluntate, excludit matrem habentem expressam legis nominationem, & succ
1262 cessionem, † vt probat Bart. in l. 2. num. 4. ff. de vulgar. & pupillar. quē omnes sequuntur, & probatur in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. vbi ex tacita voluntate datur succes-
1263 sio contra verba expressa, † & ex l. nec dnim. ff. de solutio. l. quidam testamento. ff. de peculio legat. l. cum pater. §. filiæ tuæ. ff. de leg. 2. ex quibus iuribus notat Ripa in l. ex facto, §. si quis rogatus nu. 11. ff. ad Trebel. quod secundò nominatus præfertur primo, quando ex voluntate testato
1246 ris constat, & colligitur. † quod notant plures Doctores, quos refert Burg. de Paz in consil. 27. nu. 21. Itē pro hac opinione facit doctrina Cephali in consil. 114. nu. 17. qui indiuiduo concludit, quòd prouisio facta in duobus gradibus substitutionum, cęsetur facta quoad alium in medio positum, de quo testator idem dixisset, si cogitasset. † Quibus fundamen 1265
tis remanet responsio ad fundamenta pro contraria parte adducta, & specialiter respōdendo ad l. cum ita legatur. §. in fideicommisso. ff. de legat. 2. dico, quòd in illo tex. ideo nominati expressè præferuntur nominatis tacitè, vel genericè, quia id colligitur non ex verbis, sed ex præsumpta testatoris voluntate, qui per expressam vocationem intelligitur illos magis dilexisse. † Ita singulariter de 1266
clarat Bart. ibidem num. 2. & Socin. consil. 37. volum. 3. & Socin. Iunior consil. 16. num. 17. lib. 1. & ad text. in l. si ita quis. §. penult. ff. de testamen. tutel. respondetur, quòd ille text. procedit in datione tutelæ, quæ est odiosa. † Et hæc est responsio com- 1267
munis, licèt etiam aliter respondeat Molina de Hispan. primogen. lib. 6. cap. 4. nu. 15. cum seqq.

ET repetitio conditionis, & qualitatis vnius clausulæ priuilegij quando censeatur facta, † tradit, & distin Quæst. 23 1268
guit latè Bart. in l. in repetendis. ff. de legat. 3. & in l. Seiæ. §. Caio. ff. de fundo instruct. Bald. & Doctores in l. quemadmodum. §. hæc verba. ff. ad legem Aquiliam, Iaf. in l. si credi tori. ff. de legat. 1. n. 9. Corn. cōsil. 78. lib. 2. Parif. latissimè consil. 18. n. 8. & 22. cum sequentibus, vol. 2. Deci. in c. 1. de iudic. nu. 22. Molina de Hisp. primogen. lib. 1. c. 6. nu. 23. vbi latè tractat Mascard. de probation. vol. 3. conclus. 1265. vbi optime, & omnes agunt de dictione, *Item*, & *hoc amplius*,

*amplius*, & *eo amplius*, posita in qualibet clausula, vt significet comprehensionem eiusdem qualitatis & conditionis relatæ. † Et hinc est, quod
1269 clausula posita in principio, vel in medio dispositionis, vel priuilegij, censetur repetita & posita in fine, vel in aliquo capitulo, refertur ad præ
1270 cedentia, † l. 1. C. de liber. preteritis, Clement. 1. in fin. de præbendis tradit Couar. in rubric. de testament. num. 3. qui alios allegat, & innumeros dicta ampliantes & limitātes citat Gratian. in regula 412. & Mascard. de probatio. dicto vol. 3. conclusione 1265.

Quæs. 230. ALBERICVS Præterea ansam præbet notabili quæstioni, qui in l. qui aliena, ff. de negot. gest. §. fi. post disputationē tenet, quod si ciuitas aliquod impetrauerit priuilegiū à Principe, & concessum fuerit sibi, & locis ipsius territorij, non tenetur prædicta loca territorij contribuere expensas in impetratione priuilegij
1271 cōsumptas, † pro cuius opinione est text. in l. ex parte, ff. familiæ erciscundæ: vbi probatur, quòd ille, qui in causa propria, licèt communi, expensas consumpserit, non poterit à
1272 socio partem earum repetere. † Sed vt hæc materia magistraliter omnibus sit comperta, hæc distinctio est facienda, quod aut ille qui expendit, est socius, & expendit in causa communi, & in hoc casu debent omnes socij cōtribuere, qui bus vtilitas tangit, per l. cum duobus, §. quidam sagariam, ff. pro socio, aut expēdens nō est socius, & causa quā agit, est indiuidua, & tunc temporis debet contributio fieri, per l. qui aliena, §. fin. ff. de negot. gest. vel nulla adest societas, & causa est diuidua, sed tamē vna eadēq; defensio, & agitur de conseruatione iuris quæsiti, & tunc temporis qui ex sumptibus utilitatē est cōsequutus, tenetur contribuere tantum pro parte, ex qua vtilitatem accepit, & ipsius causa plus est impensum, & in hoc casu disponit, l. ex parte, ff. familiæ erciscund. quam ita intelligit, summatq; Bart. ibidem numer. 2. & Alberic. in dicta l. qui aliena, §. fin. ff. de negot gestis, aut causa necest communis, nec indiuidua, sed expensum est in vtilitatem vnius, vel multorum, qui ex dicta causa vel sententia, vel de expensis vtilitatem consequi voluit. Et tunc contribuere in expensis tenetur, per l. sed à multo, ff. de negot. gest. l. fin. C. de bonis authorit. iudic. posidend. l. quæ vtiliter, ff. de negot. gestis, & in Alberici opinione ideò territorium contribuere non tenetur, quia ciuitas sibi tantum priuilegium impetrauit, & non animo obligandi territorium ad expensarum solutionem, quod probatur argumento, l. 1. ff. de nouatio. l. in hoc iudicium, ff. communi diuidun. l. si prior, §. sciendum, ff. qui potiores in pign. habean. ibi: *Non enim alterius negotium fecerit, sed magis suum*, & si priuilegium impetratum esset à ciuitate, non tantum sibi, sed territorio, & animo illud obligandi nil dubium, quin tunc temporis omnes de territorio pro rata expensarum contribuere teneantur, l. si pupilli,

§. si

§.si quis ita ff. de negot. gest. Et quãdo priuilegium vtili est pluribus, qui illo vti volunt, tunc temporis contri-
1273 buere tenentur pro rata expensarũ,† l. fin. ff. quando appellandum sit, l. vnica in fine. ff. furtim aduersus nautas, ibi: *Ipse quodammodo elegit, qui non reiecit* l. filius familias absente. ff. ad Macedonian. l. situ in fine. ff. eodem. l. 1. §. magistrum, versic. cæterum. ff. de exercitoria, ibi: *Passus est eum in naui magisterio vti, ipse eum imposuisse videtur.* Et in tantum supra dicta vera sunt, quòd contribuere tenetur in expensis ille, cuius negotium vtiliter gestum fuerit, etsi effe-
1274 ctum non habuerit, † per l. sed an vltro. §. 1. ff. de negot. gest. ibi: *Sed sufficit, negotium vtiliter gestum esse, etsi effectum non habuit.* l. qui mutuũ, ff. mandati. l. seruus. ff. de in rem verso.

Quæst. 240 OBITER in mentem venit interpretatio tex. in cap. 15. de reformatione sessione 25. in S. Concilio Trident. vbi ad finẽ disponitur irritas, & reprobas esse reciprocas, & fraudulentas renuntiationes in filios clericorum in proprijs parentum ec-
1275 clesijs, † pro quo est nouiter notandum, quòd si dempta fraude quidã clericus habens filium renuntiat proprium beneficium in fauorem filij alterius clerici, qui post aliquot tẽpus in remunerationem accepti beneficij reciprocè suum renuntiat beneficium in fauorẽ filij primi clerici renuntiantis, nulla committitur simonia, nec decisioni dicti Concilij Tridentini cõtrauenitur: ita tenet fr. Manuel Rodericus in sua summa. 2. p. c. 56. n. 8. & 9. qui idem affirmat tenendum, licèt præcedat aliqua mentalis intentio reciprocæ remunerationis, quia à principio defuit talis pactio: quod confirmat ex opinione Nauarri lib. 1. consiliorum tit. de renuntiatione consil. 5. fol. 305. qui tenet licere vni Episcopo conferre beneficium in amicum alterius Episcopi cum intentione mentali, quod alter Episcopus per gratificationem, & renuntiationem conferat aliud beneficium in amicum primi Episco-
pi.† Illud verò non est prætermittẽ- 1276
dum in hæc materia, videlicet, quod in casu legis Toleti, quæ est 3. & 4. tit. 7. lib. 7. nouæ compilationis, clericus, & monachus, & monasteriũ, & quælibet alia persona ecclesiastica occupans terminos cõcegiles, prata, vel defessas publicas, expolians rempublicam amittit fori priuilegium, & quoad restitutionem mali ablati conueniri possunt huiusmodi priuilegiatæ personæ coram iudice sæculari remedio, & forma dictæ le-
gis Toleti, † quod est verum, & ita 1277
practicatur secundũ Pelaez de Mieres de maioratu 3. p. q. 11. nu. 12. quẽ sequitur Castillo Bobadilla in politica tomo 1. lib. 2. c. 18. nu. 193. & est tex. expressus in l. 4. tit. 7. lib. 7. compilat. qui dictus Bobadilla vbi supra cum Maranta de ordine iudiciorum 4. p. dist. 11. nu. 38. & cum Speculat. tit. de competent. iudic. §. generaliter nu. 16. in fin. & cũ Matth. de Afflict. in decis. Neapolit. 85. n. 1. tenet, quòd quando aliquis clericus expoliauerit laicum sua possessione, poterit secularis iudex eum restituere ratione

tione extraiudicialis defensæ cũ ge-
1278 nerali citatione, † quod comproba-
tur, nam quando ecclesia, monaste-
rium, vel aliqua ecclesiastica perso-
na ædificat in alieno solo fabricans
nouum opus, etiamsi ædificium esset
religiosum, poterit demoliri per mã-
1279 datum iudicis secularis, † secũdum
Angelum in l. quãquam. ff. de aqua
pluuia arcenda, quem sequitur Aui-
les in cap. prætorum, cap. 18. glossa
fin. in fine, & Bobadilla vbi supra c.
18. num. 153. Et etiam comprobatur,
quia iudex secularis poterit demoli-
ri facere, quod fuerit fabricatum, vel
ædificatum in via publica, vel in vijs
regalibus, vel in publico, & concegi
li, licet fuerit fabricatum, vel ędifica-
tum per ecclesias, vel personas ec-
1280 clesiasticas, † l. 1. & 3. ff de via publi-
ca. l. 2. §. tractatum est. ff. ne quid in
loco publico, tenet Auendan. de exe
quendis mandat. Reg. cap. 12. num.
17. & cap. 19. nu. 39. in 1. part. & Aze
uedo in l. 8. tit. 7. lib. 7. Compilation.
num. 25. & in l. 7. dicto tit. 7. nu. 6. &
ciuitas poterit petere ædificatum in
1281 publico, † secundum Bart. & Ioann.
de Platea in l. 1. C. de diuersis præ-
dijs lib. 11. & Azeued. in l. 1. tit. 7. lib.
7. Compilat. num. 1. Obuiam etiam
fecit illa admodũ intricata quæstio,
licèt de raro contingentibus, videli-
cet an resuscitatus qui bona sua do-
nauerit, vel reliquerit, recuperet
1282 ea. † In qua quæstione videtur tenẽ-
dum, quod bona nõ recuperet; cum
etiamsi resuscitatus recuperet filios,
1283 non tamen recuperat vxorem, † se-
cundum Bart. post glossam in l. 4. ff.
de legat. Ioan. Bertachin. in tract. de
Episcopis. 4. part. §. vltimo, causa fi-
nalis nu. 6. in vol. 5. tractatuum Do-
ctorum, & Nauarra de restitutione
lib. 1. c. 2. & degradatus si restituatur,
non debet iterum ordinari, † cap. si 1284
Episcopus 11. q. 3. tenet Speculat. in
tit. de dispensatione. §. nunc de Epis
coporum versic. 65. nec resuscitatus
tenetur iterum baptizari, nec or dina
ri, † secundum Bartholomęum Bri- 1285
xensem in quæstionibus dominica-
libus. q. 54. & est glos. in verbo nun-
quam in cap. licitè 32. q. 7. nec mo-
nachus resuscitatus tenetur redire
ad monasterium, † secundum Nauar 1286
ram vbi supra. Sed contrarium est in
veritate tenendũ in supra dicta prin
cipali quæstione, & sic quòd resusci
tatus recuperet sua bona: ita resoluit
Bart. in d. l. 4. ff. de leg. & Bartho-
lomeus Brixensis in dicta q. 54. &
Nauarra vbi supra dicto lib. 1. cap. 2.
qui supra dicti Doctores referunt S.
Thom. in 4. sententiarum dist. 38. in
fin. & Paludan. item in 4. sententiarũ
dist. 27. q. 3. quia non dicitur mor-
tuus, qui incontinenti resurrexit, † c. 1287
diuortium de pœnitentia dist. 1. l. si
pro patre. §. versum. ff. de in rem ver
so, & restitutus à Principe ad maio-
ra, hoc est ad vitam, multò fortius
restituetur ad minora, hoc est ad
bona, l. vltima. C. de sententiam
passis. † Nec est inspiciendum, quod 1288
antea fuit, sed quod nunc est, cap.
ferrum. 50. distinctione, & qui ita
sanatus est, vt restituatur in pristinũ
statum, perinde habendus est, ac si
nunquam fuisset morbosus, † l. qui 1289
ita. ff de ædilitio edicto, cap. nõ erit
turpis 32. quæst. 1. & testamentum
rumpi-

1290 rũpitur restitutione testatoris, † glos. in l. ex his. ff. de leg. communiter approbata secundum Alberic. ibid. num. 1. Alexand. in l. si marito, in princ. ff. soluto matrimonio. Iulius Clar. lib. 3. receptarum sententiarũ, §. testamentum. q. 83. Nec mirum, si vxor non restituatur marito resuscitato, cum vxor mortuo viro statim
1291 soluta sit â lege viri, † cap. super illa, cap. fin. de secundis nupt. cap. quòd si dormierit 31. q. 1. l. nec ab initio. C. de nupt. Nec mirũ, quòd resuscitatus iterum non ordinetur, nec baptismũ recipiat, quia character ordinis, & baptismi, tanquam inhærens animæ, non reiteratur, nec perditur
1292 eius virtus, † secundum omnes supra relatos Authores.

Quæst. 241 Cap. 29. NEC illud est prætermittendũ, vtrum pro debitis prædecessorum, vel ante matrimoniũ contractis, posſit in bonis dotalibus datis marito æstimatis executio fieri à creditoribus mulieris virtute instrumenti guarentigij.
1293 † In qua notabili quæstione videtur affirmandum, executionem nullatenus fieri posse, quia dominiũ, & periculũ transit ad maritum, quãdo bona dotalia æstimantur, † l. ple-
1294 rumq; ff. de iure dotium cum materia: & maritus est dominus rerũ dotaliũ, per l. doce ancillam cum materia. C. de reiuendicat. Et quòd in bonis dotalibus executio fieri non posſit matrimonio constante, probat tex. in l. Titia, l. mulier bona, ff. de iure dotium, l. fin. §. si à socero. ff. quę in fraudem creditor. l. ob maritorũ, C. ne vxor pro marito. l. 77. Tauri, l. 10. tit. 9. lib. 5. Recopilat. tradit Palac. Rub. in cap. per vestras. §. 66. n. 13. tex. & ibi Doctores in l. quinque legibus. ff. de bonis damnatorum fortis tex. in l. 2. C. de his, quæ in fraudẽ credito. l. 7. tit. 15. par. 5. post mediũ, tradunt Doctores in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. Barbosa in l. 2. ff. solut. matrimon. 1. p. nu. 38. & in 5. part. n. 10. & Baeça de inope debitore cap. 15. nu. 21. Sed nihilominus est tenendum posse fieri executionem in bonis dotalibus pro debitis vxoris ante matrimonium contractis, text. est expressus in d. l. mulier bona. ff. de iure dotium: & ita resoluit Capitius in decisione 128. nu. 4. & 5 qui ita iudicatum, ait tex. in l. 14. tit. 10. lib. 3. fori, vbi Montaluus in glossa verbo *en vno*, qui ait, ita practicari, & esse de stylo Cancellariæ, tenet Bal. Nouel. de dote. 7. p. priuilegio 18. lib. 5. & Guid. Pap. in decis. 447. & traditur in 7. tomo communium opinionum in nouis, pag. 312. col. 2. Baeça vbi supra n. 23. & Ioan. Gutier. in practicis quæstio. lib. 2. q. 26. num. 9 tenet Azeued. in l. fin. tit. 21 lib. 4. Recopil. num. 19. Et ratio est, quia bona non dicuntur nisi deducto ære alieno, † l. subsignatum. §. 1295
bona. ff. de verborum significat. & comprobatur, quia contra illos, quibus omnia bona donantur, transeũt omnes actiones actiuæ, & pasſiuæ & onera hæreditaria, tãquam si verè hæredes fuissent, † per text. mirabi- 1296
lem in l. cũ filius. §. Lucius. ff. de leg. 2. vbi tenet Bart. & in l. nomen. §. filio. ff de legat. 3. tenet Castellus in l. 21. Tauri glos. final. quæ dicta l. 21. Tauri probat de iure regio, quòd hæredes

hæredes & legatarij, qui repudiata hæreditate legatū acceptauerint, tenentur ad debita defuncti pro rata, tanquam si verè hæredes stitissent,
1297 † & vnus ex casibus, pro quibus maritus perdit dotē, & eius administrationem constante matrimonio est, per debita ante matrimonium con-
1298 tracta, † text. in l. fin. ff. de iure dotium, vbi Bart. & Doctores, & tenet Bart. in l. quamuis per text. ibi, ff. soluto matrimonio, nu. 1. & Alex. num. 4. probat text. in l. 11. tit. 9. lib. 5. Recopil. & Anton. Gom. in l. 78. Taur. nu. 6. vbi dos confiscatur cōstante matrimonio tam in proprietate, quàm in vsufructu. His sic determinatis restat nunc responsio ad fundamenta pro contraria parte adducta, & ad dictam l. doce ancillam
1299 de reiuendicat. respōdetur, † quòd maritus non est verè dominus bonorum dotalium, & illius dominus est, quaten' attinet ad res vxori fauorabiles, ita Gregor. Lopez in l. 7. tit. 11. part. 4 glos. verbo, *Deue ser señor*. Et quòd maritus ficto modo sit dominus rei dotalis, & mulier sit verè domina, defendit Castill. de vsufructu libr. 1. cap 4. maximè à nu. 21. & ad text. in l. plerumque, ff. de iure dotium, vbi probatur, quòd æstimatio rei dotalis facit emptionem, & quòd transeat periculum in maritum. Responde quòd intelligitur, quod facit emptionem, quoad periculū tantum, & non quoad alia,
1300 † glos. verbo, vera in d. l. plerumq; §. si autem, l. 19. titul. 11. part. 4. vbi Gregorius Lopez in glossa verbo, *Apreciamiento*, & etiam respondetur iuribus, & Doctoribus affirmantibus & probantibus, quod non potest executio fieri in bonis dotalibus, esse verum in debitis personalibus contractis constante matrimonio, & non in debitis contractis ante matrimonium, virtute obligationis guarentigia, ita resoluunt omnes supra relati Doctores, qui ita dicunt interpretari dictam l. fin. §. si à socero, & alia iura pro dicta prima opinione adducta, & l. 2. C. de his quę in fraud. loquitur in actione personali, non tantum in reali & hypotheca, † quę oritur ex expressa, vel ge 1301
nerali obligatione bonorum pręsentium & futurorū, † per l. fin. C. quæ 1302
res pignori obligari pos. l. si generaliter, C. qui potiores in pig. habeantur, & ex Rebuf. ad Regias constit. Gallicas, titul. de costitutionibus red dituum, glos. 8. num. 14. l. obligatione generali, l. Paulus in principio, ff. de pignoribus optime ipse Rebuf. vbi supra gloss. 14. numer. 3. & quod d. l. 2. tantū loquatur in personali de se patet, probatq; nostrā opinionem quando præcessit bonorum obligatio. ibi, *Quibus pignorata in dotem data non docentur*, vbi Bartol. notat, quòd tunc non competit actio creditoribus, quando res in dotem datæ non sunt obligatæ à prædecessore, & ita tenent Paul. de Castro, & Salicetus ibidem in principio, & etiam dicta l. 7. titul. 15. part. 5. adducta pro contraria opinione, loquitur tantum in actione personali, probatque nostram conclusionem, & omnia supra dicta, † ibi: *Quando la persona es obli-* 1303
*gada*

*gada solamente por el deudor, y no los bienes*, & hoc probat l. 11. titul. 14. dicta part. 5. ibi: *Non obligando sus bienes*, vbi Gregor. Lopez in glos. 1. dicit, ex hac bonorum obligatione induci generalē bonorum hypothecam. Sed tamen in principali quæstione vix in praxi obtinere potui ap parente marito, tanquam tertio oppositore pro suo iure, & interesse cōstante matrimonio, licèt hanc meam opinionem teneat Curia Philippica 2. p. §. 11. num. 6. qui idem in socio tenet ibidem ex opinione Bart. in l. eadem. ff. de duobus reis, & ex Decio in consil. 98. num. 2. vol. 1. & est vidēdus Peregrinus de iure fisci lib. 5. tit. 1. de publicat. bonorum, num. 117. cum sequentibus.

Quæst. 242 SÆPE sæpius in praxi obuenit, vtrum qui vtitur priuilegio pro parte, conseruet in totum. In qua quæstione Bart. in l. 1. §. si quis hoc inter dicto. ff. de itinere actuq; priuato in princ. pio, tenet in totum cōseruari:
1304 † quod intellige, nisi alius non vtatur alterius partis priuilegij, quia existenti in possessione per vsum partis nō
1305 conseruatur ius totius, † cap. auditis de præscription. c. dilectus de cap. monachorum, Felin in d. c. audistis num. 19. quibus contrariari videtur opinio ipsius Bart. in l. vsum aquę, C. de aquæductu lib. 11. vbi tenet, quòd qui habet amplissimum priuilegiū, & eo stricte vtitur, nō poterit posteà
1306 large vti, † quam Bartholi opinionē sequitur Alex. cōs. 33. vol. 5. Minhc. lib. 1. controuersia. vsufreq ient. cap. 2. à num. 7. & est vera, & communiter recepta secundum Hortigas in patrocinio pro ciuitate Cęsaraugustæ in 3. p. n. 41. & 42. quia priuilegia consuetudine interpretantur, † cap. 1307 cum dilectus de consuetud. c. quod dilectio de consanguinitate, & affinitate, in quo sufficit consuetudo decennalis, nec est necessaria immemorialis, & quadragennalis, vt in dicto cap. cum dilectus, vbi Panormitan. num. 7. & in cap. certificari de sepulturis nūm. 2. late Molina de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 6. num. 58. Sed ne detur aliqua antinomia in opinionibus Bart. est notandum, quòd is, qui retinet proprietatem, videtur acquirere totum per vsum partis, non tamen is, qui de nouo acquirit, † secundum dictum Bart. in di- 1308 cto §. si quis hoc interdicto in principio, qui enim pro parte possidet, totum possidere videtur, † l. si stillici 1309 dij. §. fin. & l. 2. ff. quemadmodum seruitut. amittantur, l. 1. §. hoc interdictum, ff. vti possidetis, l. volūtariæ, C. de excusation. tutorū: & ideo non est mirum, quòd vtens priuilegio stricto modo, cum sibi competat amplissimo modo, præiudicet sibi, cum priuilegium sit stricti iuris, vt sæpe numero recensui, & eo vtens stricto modo videtur se conformare cum iure communi, ad quod de facili reducitur per l. 2. C. de noxalibus actioñ. & quando priuilegium concernit exercitium, & non merā substantiam, vtens in parte nō sibi præiudicat in alijs separatis, † text. est in 1310 dicta l. voluntariæ, C. de excusatio. tutorum, vbi Salicet. num. 3. ad fin. & etiam quando competit priuilegium pluribus personis, vel pluribus

rebus, licèt quis vtatur in vno, non
1311 videtur renũtiare in alijs.† Et ad hoc allegat dictã legẽ voluntariæ Panormitanus in cap. cum accessissent de constitutio. num.fin.& ideo est vera doctrina Bart. in d. l. vsum aquæ, quia per tex. quem allegat, vtens priuilegio stricto modo non poterit eo vti largo modo: nam talis vsus redũdaret in præiudicium iuris publici, & licentia data ibi hauriendi aquam de publico aquæductu, vel à Principe, vel à consuetudine, erat in certa
1312 quantitate limitata, † vt probat tex. in dicta l. vsum aquæ, ibi: *Ita tamen, vt quantitatem singuli, quam veteri licentia percipiunt, more vsq; in præsentem diem perdurante percipiant*: vbi glossa in verbo licentia, ibi: *Licẽtia Principis, vel consuetudinis*. Ex quo sequitur, quòd regula subrogatum non habet locum in priuilegijs,
1313 † secundum communiorem opinionem Doctorum in l. si quis eum. §. iniuriarum.ff.si quis cautio. Azeuedo in l. 1. tit.1.lib.6.Recopilat.num. 27. qui Azeued. vbi supra num. 56. cum Pelaez de maioratu in q.51. tradunt latè, vtrum lex disponens de nobili, vel ciue, vel confratre in confraternitate nobilium, extẽdatur ad no-
1314 biles per priuilegium, † qui Authores plurimas leges allegant, & interpretantur in dictis locis.

Quæst. 243 E T est notandum in hac materia, quòd minæ, & venæ aureæ, vel metalli semper censentur exceptæ
1315 in concesśione castri, vel villæ, † per l.5.tit.15.par.2. vbi glossa verbo *emineras*, tenet Carol.à Grasal.lib.1.Rẽgaliũ Franciæ c.fin.pag.303. Matth. de Afflict. in decis. 321. & Azeued. in l.2.tit.13.lib.6.Compil.n.2. & priuilegia derogantia quibuscunq; personis non derogant collegio, & vniuer-
sitati, † ex peculiari ratione tradita à 1316
Bald. in authen. item quicunq;, C. de Episcop. & cler. vbi Paul. & idẽ Bald. in rubr. C. ad Trebel. Felin. in c. cũ te de rescriptis, Roman. in l. si quis mihi bona. §. seruus de acquir. hæredit. Iacob de Sancto Georgio in l. collegium. C. de hæred. instituen. & Cassan. in consil.1. Quod secus erit, quãdo priuilegium continet materiam merè fauorabilem, & reipublicæ cõuenientem, quia tũc est facienda extensio, & cõprehenduntur collegia, & vniuersitates, & omnes personæ, tam masculi, quàm fœminæ vniuer-
sitatis, & capituli, † vt tradit Domi- 1317
nic. Ian. Andr. & alij Doctores in c. cum in illis. §. 1. de præbend. lib. 6. & Doctores quos refert, & sequitur Azeuedo in l.22.tit.7.lib.7. Compilat. à num. 3. vsq; ad 6.

P V L C H R V M deinde dubiũ Quæst. 244
est, vtrum si aliquis vicinus alicuius loci non liberi, nec exempti à rebus *de labrança, y criança* habeat pecora vel armenta acquisita in prędicto loco, & admissus fuerit pro vicino in aliquo loco libero, vbi nõ soluitur gabella de rebus, *de labrança, y criança*, & postquã admissus fuerit ad prædictã vicinitatem, vendit prædicta pecora, vel armenta acquisita in dicto loco non exẽpto: sit immunis à solutione gabellæ, & dicta pecora, vel armenta dicantur *de labrança, y crian-
ça*. † In qua quęstione affirmandum 1318
censeo illa pecora, & armẽta acqui-
sita

sita anteà in loco non libero, non esse exempta à prædicta gabellæ solutione, nec dici *De labrança y crianç a*, nam illa qualitas nouę viciniatis, nec illa, *De labrança y criança*, nõ erat acquisita anteà quàm ille admissus fuerat in ciuem illius loci liberi & exempti, pro quo allego text. expressum in materia priuilegij, in l. Titius, ff. de militari testamento, vbi probatur, quod testamentum inualidum factum à pagano non validatur, si posteà miles decedat sub eodẽ testamento; nec priuilegium militare extendetur ad testamentum inualidum, & absque solemnitate anteà
1319 factum, † & est text. in l. in delictis; §. si extraneus, ff. de noxalibus, vbi probatur, quòd dominus factus alicuius serui non tenetur pro debito
1320 serui anteà facto, † & faciunt tradita à Collantes in pragmatica rei frumentaræ, lib. 1. cap. 3. num. 9. & tex. in l. 14. tit. 18. lib. 9. Recopilat. ibi: *De la cria y labor, q̃ en el termino della se hiziere*, & l. 17. eodem tit. ibi: *Y cosas que en la dicha villa y sus terminos tuuieren, y trataren, y no fuerã della*: & in omnibus priuilegijs, quę ego viderim, præsertim in priuilegio meæ ciuitatis de Ronda; hæc sunt verba, *Que los vezinos de Ronda seã libres, y no paguen alcauala de las cosas, que en qualquiera manera tuuierẽ y adquirieren de su labrança y crian-*
1321 *ça*, † vbi probatur, quòd priuilegiũ conceditur rebus acquisitis *de labrãça y criança*, his qui iam sunt vicini, & post hanc vicinitatis qualitatem adquirunt res *de labrança y criança*.
1322 † Et facit dictum Angeli in §. in prouinciarum in authentico, vt factæ nouæ constitutiones, quòd si testamentum factum sit legitimè à muliere, & postea facta sit constitutio, quòd testamentum mulieris non valeat sine præsentia duorum agnatorum, quod si mulier habuit facultatem mutandi testamentum, & adhibendi præsentiam duorum agnatorum, & non adhibuit, irritabitur testamentum, † quem sequitur Ripa in tractatu de peste in §. de 1323
priuilegijs vltimarum voluntatum, numer. 31. Et ratio est, quia illa qualitas adhibendi duos agnatos debet interuenire tempore facti testamenti, & quotiescunque aliquod nouum statuitur, ad futura tantum, & non ad præterita extéditur, † cap. 1324
21 & fin. de constitution. cum concordantibus, vbi Doctores, text. in l. leges, C. de legibus, l. fin. titul. 4. part. 3. ibi: *Esto es, porque el tiempo en que son començadas, y hechas las cosas, deue siempre ser catado*, lege legem, C. de naturalibus liberis, vbi probatur, quòd lex cassans intelligitur quoad futura; & non quoad præterita, † text. in l. licèt canon de 1325
electione, lib. 6. ibi: *De cætero facien das*, vbi glossa verbo de cætero, quam dicit singularem Veroius in cap. penultimo de iudicijs num. 38. & Felin. in cap. fin. de constitutio. & etiam facit, quòd quando lex vel statutum liberat aliquem à præstatione alicuius rei, intelligitur quoad futura, non quoad præterita, † ita Ioan. 1326
Faber, & Salicet. in authẽtica ingressi, C. de sacrosanctis Eccles. Abb. in cap. præsentia de probatio. num. 64.

Roderic. Xuar. in quæst. maioratus colum. penult. Palac. Rub. in rubr. de donatio. §. 31. col. fin. & Baeça de inope debitore cap. 34. numer. 12. & item facit illud Bartoli in l. 2. §. filijs, ff. de decurionibus, quòd natus ex milite, ante militiam non dicitur miles. †

1327 Quæst. 245 Cap. 30. MVLTOTIES deinde dubitatum vidi circa pragmaticam nouam agricultorum, in quantum attinet ad secundum illius capitulum & clausulam, vbi priuilegium agricultoribus conceditur, ne eorum personæ capiantur intra diffinitum in ea tempus, pro quo cum debito ciuili, vtrum in hac generali dispositione debitum fiscale comprehēdatur, vel censeatur exceptum, sicuti in primo capite dictæ pragmaticæ. † In

1328 qua quæstione Collantes in suo tractatu rei frumentariæ in explicationem dictæ prægmaticæ facto, in lib. 2. c. 5. neruosè defendit, debitum fiscale etiam comprehendi in dicto 2. capite, & clausula illius pragmaticæ, pro coque colonum, nec agricultorem capi non posse, id asseuerans cōtra Regnatum lib. 1. c. 7. quē ipse refert allegās pro sua opinione multa iura & decisiones, præsertim l. colonos nunquam, C. de agricolis & censitis, libr. 11. qui text. videtur pro sua opinione expressus & allegans, l. doli clausula, ff. de verborū obligatio. & l. sanctio legum, ff. de pœnis, l. alimenta, §. Basilicæ, ff. de alimen. & cibar. legat. vbi probatur, quòd clausula generalis non extēditur ad anteà specificata, † & pro ipsi

1329 opinione potest adduci tex. in l. non puto, ff. de iure fisci, vbi probatur, quod in dubijs contra fiscū est iudicandū: qui non censetur priuilegiatus nisi in casibus à iure expresis, † & 1330 vbi fiscus non habet speciale priuilegium seruatur ius cōmune, per l. placuit in fine, ff. de iure fisci, & in generali statuto, etiam venit causa fiscalis, nisi reperiatur speciale priuilegium, per quod eximatur, † ita tradit Dec. 1331 in cons. 5. & cons. 307. & in l. 2. C. vnde liberi, Ægidius Bosius in sua practica titul. de fisco, & priuilegio eius numer. 75. & hoc priuilegium fuit motu proprio à Principe concessum agricultoribus, quo casu habet vim priuilegij, & latissimè contra eum est interpretandum, † l. bene- 1332 ficium, ff. de constitutio. Principum, latè Cępola consilio ciuili 66. nu. 9. Gram. decis. 59. nu. 55. Azeued. in l. 2. tit. 14 lib. 4. Recopil. nu. 26. & quādo speciale præcedit, & posteà sequitur generale, tūc appositio principalis impedit omnia cōprehendi, † ita 1333 Greg. Lop. in l. 3. tit. 10. p. 6. glos. 1. vers. Sed quādo. Sed his non obstātibus contrariū verius est, & tenendū hoc est, quòd in dicto secundo capite, & clausula dictæ pramagticæ debita fiscalia censeantur excepta: proeisque agricola capi posit: † quod 1334 probatur, quia illa generalis dispositio, de qua in dicto secundo capite, & clausula dictæ pragmaticæ includit omnes casus primę clausulæ, licet maior ratio in vno, quàm in alio videatur, l. 1. §. quod autem, ff. de aleatoribus, l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præstād. tradit Dec. in cons. 5. & 61. qui in d. cons. 61. dicit, id procedere, etiamsi

etiam si casus sint priuilegiati, & te-
net Bald. in l. in fraudem in fine, ff.
de testamento militis, & generalis
sermo sequens non refertur ita vt ex
cludat ea, de quib⁹ specìliter est pro-
1335 uisum, † per l. quoties, ff familiæ er-
ciscund. quam legem malè allegat
pro se Collantes, & est tex. in l. cum
ita legatur, §. qui plures, ff. de lega. 2.
tenet Oldr. consi. 121. Incipit, ad pri-
mam quæstioně, qui in n. 14. nostrā
tenet opinionem, videlicèt, quòd nō
excludatur exemptio & priuilegium
fiscalis debiti posita in prima clausu-
la per clausulam secundam nullam
de fisco faciens mentionem; allegās
l. si quis priores in fin. ff. ad Trebell.
l. penult. ff. de euictio. vbi hoc pro-
batur. Facit etiā pro nostra opinio-
ne vera, quòd in omnibus priuilegijs
& immunitatibus semper fiscus ex-
1336 cipitur, † l. licitatio, §. fiscus, ff. de pu
blican. & vectigalibus, l. 3. tit. 18. libr.
9. Recopil. & quòd priuilegia fisco
damnosa non debet impetrari, l. nec
damnosa, C. de precibus imperatō.
offerendis: nec contra fiscum, cui iu-
ra subueniūt, est temerè iudicandū,
1337 † secundum Couar. lib. 1. variarum,
c. 16. n. 1. & si Princeps nil dispone-
re vult in tertij preiudicium, per l. 2.
§. merito, & §. si quis à Principe, ff.
ne quid in loco publico, cap. quāuis
de rescript. lib. 6. l. 2. tit. 14. lib. 4. Re-
1338 copil. vbi tradit Azeued. † à fortiori
est iudicandū, quòd in sui ipsius præ
iudicium nil disponere vult, quando
quidem Princeps in dubio nō videa
tur, nec præsumatur velle præiudica
re fisco, nisi in quātū expressam faciat
1339 mentionē contra fiscum, † c. super
eo de officio delegat. Alex. in consi.
86. in fin. vol. 1. Anton. de Butr. in c.
vt debitus honor de appellatio. Cas-
sane. in consuetudi. Burgūdiæ, rubr.
8. §. 5. n. 56. fol. 296. & semper autho
ritas disponentis excepta censetur in
generali dispositione, † c. imperialis 1340
ad fin. de prohibita feudi alienatione
in vsibus feudorum, c. venientes de
iure iurando, cap. constitutus de re-
scriptis, vbi scribentes, l. imperatores
la 2. ff. ad municipalem, cap. signifi-
casti de electione, & in generali dis-
positione semper censetur excepta
persona disponentis, † l. obligatione 1341
generali, ff. de pignoribus, l. inquisi-
tio, C. de solutio. Azeued. in l. 3. tit. 18
lib. 9. Recopil. nu. 4. Lasarte de deci-
ma, c. 18. n. 94. & in c. 19. n. 8. Anto.
Gabr. in vol. 3. communium opinio
num tit de verbor. significat. conclus.
9. Et probatur expressè nostra vera
opinio in l. 25. tit 13. lib. 8. Recopil.
vbi expressè cauetur, quòd agricola
possit capi, & incarcerari pro debito
fiscali: & dispositio dictæ pragmati-
cæ cùm sit noua, & generalis, non
corrigit legem specialem habentem
specialitatem in eadē materia. † Sed 1342
est intelligenda cum specialitate &
distinctione legis antiquæ, l. scien-
dum in principio, ff. qui satisdare
cogantur, vbi glossa verbo non com
pelli, quam dicit notabilem Bar. ibi-
dem n. 2. & Ias. nu. 4. & in l. bono-
rum, C. qui admitti n. 13. & est glos.
similis in l. 3. C. de silentiarijs, lib. 1.
text. in l. in fraudem, §. fin. ff. de mili-
tari testam. tradit Ripa in l. 1. ff. solu-
to matrim. nu. 14. & 15. & latius in l.
fin. C. de reuocandis donatio. n. 70.

& Costa in cap. si pater de testamen. lib. 6. in verbo habens n. 9. & Menochius de adipiscend. possess. remed. 3. nu. 79. & Molina de Hispan. primogenijs lib. 1. c. 23. n. 10. qua verisima opinione sic retenta, restat responsio ad fundamenta allata per Collantes pro sua opinione, & in primis ad l. colonos nunquam, C. de agricolis & censit. lib. 11. cui respõde, in ea expressè probari, colonos posse incarcerari pro debito fiscali imposito in proprijs prædijs, & non pro debito
1343 dominorum, † ita glossa in verbo colonos in prædicta lege, & est tex. in l. omnes profugi, vbi glossa, & in l. hi penes, §. sanè, C. eodem titul. & vtrobique tenet Ioan. de Platea præsertim in d. l. colonos nunquam in principio, & Bar. in dictis legibus, maximè in dicta l. hi penes in principio, & ad dictam legem doli clausula, ff. de verborum obligat. Respondetur, quòd si dispositio, & clausula est vna propria, non extenditur dispositio generalis ad specificata: sed quando est in diuersis clausulis, & in dispositione legali, tunc clausula secunda intelligitur cum qualitatibus, & specialitatibus primæ clau-
1344 sule, † ita resoluit Paul. de Castro in dicta l. doli clausula nu. 3. & Bart. in l. 2. §. 1. ff. de noui operis nuntiat. n. 6. & etiam respondetur, quòd in dicta l. doli clausula non refertur secũda clausula ad specificata, quia actio de dolo tanquam iniuriosa, famosa, & odiosa non extenditur de casu ad casum, ita respondet Paul. de Castro in dicta l. 1. §. 1. ff. de noui operis nũtiat. nu. 4. post medium. Et similiter respondetur ad l. sanctio legum, ff. de pœnis, quòd loquitur in odiosis, & pœnalibus, † vt ibi notat Bart. in 1345
principio, & ideo in predicta lege clausula generalis ibi posita non extenditur ad specificata. Et ad legem nõ putoff. de iure fisci pro prima opinione adductam respondetur, quòd loquitur in casu, quãdo fiscus agit de lucro captando, & de pena contra aliquem, & quando contendit contra tertium in casu dubio, † secundũ 1346
Couar. qui ita prædictam legem interpretatur in lib. 1. variarum resolutio. c. 16. nu. 1: & multa alia fundamẽtã ponit dictus Collantes pro nostra vera opinione in dicto c. 5. n. 5. quibus nec respondet, nec potest dari iuridica responsio: & dispositio tex. in dicta l. alimenta, §. basilicæ, ff. de aliment. & ciba. legat. quam Collãtes pro sua opinione allegat, loquitur in legato alimentorum, quod de sua naturã non est reiterabile, † se- 1347
cundum Bart. ibidem, & Laram de Cordoua de alimentis, §. sed si filius à n. 48. cum sequẽtibus, & Michael Crassum de successionibus in §. ius accrescendi, quæst. 17. & traditur in 4. vol. communium opinionum in nouis pag. 1333. conclus. 47. pro qua nostra vera opinione facit, quòd quãdo Princeps concedit priuilegium & immunitatẽ cõductoribus gabellarum, vel his, qui aliquid fisco soluere tenentur, magis considerat causam fisci, quã causam prædictorum conductorum, † text. in l. semper, §. conductores, ff. de iure immu- 1348
nitatis: & clausula apposita in principio legis, vel dispositionis, censetur

repetita

repetita in omnibus capitulis ſequē
1349 tibus,† ita Azeued.in l.6.tit.5.n.2.
& in l.1.tit.11.lib.4. Recopil.nu.6.
& 7. Boer.deciſ.146.n.2.cum ſeqq.
& Thom. Gram. in conſ. 6. crimi-
nali nu.17. Caſſane.in conſuetudini
bus Burgundiæ fol.135.nu.3. & fol.
260.num.46.

Quaeſ.246 Cap.31. SED Pro interpretatione & ex
plicatione priuilegiorum & inſtru-
mentorum,eſt notandum,quòd vir
tualiter contentum in priuilegio,ſeu
ſcriptura intelligitur expreſſe ſcriptū
1350 in ea,† per l.aſſe toto,ff.de hæredib⁹
inſtituend.l.ſi ita ſcripſere,ff.de con-
ditio.& demonſtratio.ita tradit Ro-
deric. Xuar. in l. poſt rem iudicatā,
ff.de re iudicata ampliatione 2.nu.2.
& Parlador.de rebus quotidianis,c.
fin.in 1.par.§.11.ampliat.4.n.19.&
Eſcobar de ratiocinijs c.33. n. 19.ad
finem,ex quo ſequitur, vtrum ſicuti
ſtatur declarationi tabellionis in du-
1351 bijs procedētibus ab ſcriptura,† per
l. ſi quis decurio, §. fin. ff. ad legem
Corneliam de falſis,l.ſi librarius,vbi
Bart. ff. de verbor. ſignific. & in l.1.
§.fin.ff.quemadmodum teſtamenta
aperiantur,hæc regula procedat, &
habeat locum in priuilegijs? Et aſſe-
uerandum eſt, locum non habere,
1352 † quando quidem priuilegiorum in
terpretatio, vt iam in ſuperioribus
dixerim,ſoli Principi competat. Et
vtrum priuilegium conceſſum ſim-
plici perſonę extendatur ad miſtam,
1353 † tradit latè Iaſ. & quos ipſe refert
in §. omniū,inſtituta de actionibus
à num.30.vbi de quæſtionibus,vtrū
priuilegium conceſſum ſpurio ex-
tendatur ad ſpurium & inceſtuoſum
ſimul. † Et legitimatio conceſſa na- 1354
to ex ſoluto & ſoluta extendatur ad
natum ex adulterio. † Sed cum pę- 1355
na exilij ſit duplicatio tantum, ſecun
dum Anton.Gom.in 3.tom.variarū
cap.8.num. 1. † eſt notatu dignum, 1356
quòd ſententia exilij lata contra de-
linquentem tali pęna adiecta, quòd
ſi non ſeruauerit tempus exilij, con-
demnatio intelligatur facta ad trire-
mes, erit nulla, & poterit retractari,
etiamſi à reo condemnato præſtitus
ſit conſenſus, † per gloſ. & Bald. in 1357
l.ſi diuerſa,C.de tranſactio.gloſ. ver
bo, *No vale*, in l.13.tit. 22. p.3. quia
in dicta ſententia adeſt nullitas ratio
ne exceſſus.

ET Eſt optimum verbum in hac Quaeſ.247
materia,quòd debitor, qui promiſit
ſtare iuramēto creditoris circa dam-
na & intereſſe, poteſt ante iuramen
tum reuocare iſtam conuentionem
ſi creditor mutauerit conditionem
in deterius,† ita reſoluit Gom. Arias 1358
in l.64. Tauri nu.47.pro quo ex tex.
expreſſus & egregius in l. cum quis,
ff.de ſolutio ibi: *Si in eodem ſtatu mā
ſerit,quo fuit, cum ſtipulatio interpo-
neretur.* Et ibi: *Tacitè enim hæc conuē
tio ineſſe ſtipulationi videtur, ſi in ea
dem cauſa maneat.* † Quam deciſio 1359
nem tenet Anchar.in conſ. 394. nu.
4.& eſt text.in l.15.tit.14.p. 5. verſic.
*Otroſi dezimos, que ſi eſto que era pueſ
to*, quod extende ad procuratorem,
factorem, tutorē,& teſtamēti execu
torem,cuius mandatum reuocatum
cenſetur,ſi cōditionē in deterius mu
tauerint, † quod tenet dictus Gom. 1360
Arias in l.31. Tauri nu. 1. cum ſeqq.
& Socin conſ.112.n.15.lib.1. Alciat.

de presumptio. regul. 2. presumptione 16. num. 4. per l. pater hæredis, §. fin. ff. de testamentaria tutela, l. liberto, §. Largi', ff. de annuis legat. quod placuit Castello in l. 33. Tauri nu. 3. tenet Gratianus in regul. 389. quibus conuenit interpretatio l. 7. tit. 19. lib. 9. Recopil. vbi certa forma seruari iubetur in adiectione, & oblatione, *del quarto*, qua deficiente corruit actus: quòd ille, qui legis solennitatem in oblatione non impleuit, poterit eam supplere, & adimplere intra tempora à prædicta lege Regia præ
1361 fixa & assignata, † quod resoluit Mexia ad legem Toleti 1. par. fundamẽto 12. nu. 14. per ea, quæ ibi recenser, quem vide. Vnum tamen peculiare priuilegium concessum est in iure viduis atq; pupillis, ita quod si Princeps primo loco cõcessit priuilegiũ, seu exemptionem viduis, aut pupillis, & demum concessit aliud priuilegium alteri, quod aduersaretur primo priuilegio, dicens quòd illud vltimum concedebat aliquo alio priuilegio non obstante, hoc vltimum priuilegium non derogat anteà cõcessum in fauorem viduarum, & pupillorum, nisi per specialem mentio
1362 nem & derogationem, † per ea quæ traduntur à Thom. Gram. in in decisione 20. à num. 1.

Quæst. 248 QVIBVS Cõuenit, an socius vel aliquis de his, qui in id quod facere possunt, cõueniantur, si totum soluere promittant, videantur illi suo
1363 priuilegio renũciare, † quádo quidẽ socius, & alij relati in l. sunt qui in id, ff. de re iudi. & in l. verũ. ff. pro socio, & in l. 1. tit. 15. in l. 15. tit. 10. p. 5. habeãt priuilegiũ, ne in plusquã facere possint, cõueniãtur. † Et pro parte ne 1364
gatiua, & sic quòd tacite per dictã obligationẽ de soluendo totũ debitũ nõ videantur prędicto priuilegio renũciare, facit l. legitimã, ff. de petitio ne hęreditatis, vbi probatur, quòd nemo videtur tacite iuri suo renũtiare,
† de qua lege est videndus Mesia ad 1365
legẽ Toleti 2. p. in responsione ad 6. fundamentum à principio. Sed pro parte affirmatiua est veritas, hoc est, quòd prædicti præuilegiati, qui non possint cõueniri in plus quã facere possint, in totum possint conueniri, si totum soluere se obligauerint: quã doquidem videantur suo priuilegio renũtiare: ita tenet Ias. & alij Doctores, quos ipse refert in d. l. sunt qui in id, ff. de re iudicat. col. 1. & Ioan. Gutier. in l. nemo potest, ff. de legat. 1. in num. 320. Obiter tamen se offert interpretatio text. in l. nihil proponi, ff. de legat. 1. & in l. fin. §. fin. ff. de contrahenda emptione circa quorũ interpretationem hæsitant valde Doctores, vtrum ratione præstationis annuæ, de qua in dictis iuribus, inducatur demonstratio tantũ, vel actio personalis, vel realis, & hypotheca,
† de quo est videndus Bart. in dictis 1366
legibus, & Salazar de vsu & consuetudine, c. 11. n. 34. & Velasc. consult. 82. n. 8. Gama decis. 30. à n. 1. Aluar. Velasc. de iure emphyteut. 1. par. q. 32. Ioan. Garc. de expensis & melioratio. c. 4. nu. 30. & refert quamplures Doctores Flores de Mena in additio. ad Anton. Gamam decis. 13. & Thom. Grammaticus decisione 90. num. 1. Mantica de coniecturata mente

mente defuncti lib. 9. tit. 2. num. 5. Aymon consil. 301. num. 5. Marcus Anton. Peregrin. de fideicomiss. art. 16. nu. 110. Gigas de pensio. q. 62. n. 19. & 20. Padilla in l. in prouinciali nu. 6. C. de seruitutibus, Claperius in sua centuria causa 42. quæst. 1. nu. 11. Quintilianus Mandosius in additio. ad consilia Romani consilio 338. lit. B. Couarr. in cap. Rainuntius de testament. §. 10. num. 4. Felicianus de censibus lib. 2. c. 5. num. 7. qui supra dicti Doctores plurima notatu digna referunt, in quibus non est insistendum, cùm ex professo ad nostrã materiam non pertineant. Sed illud tantum, quòd quando relictum vel præstatio attinet ad alimenta, eorũque ratione relinquitur, fauore alimentorum inducitur actio realis, & hypotheca, & non actio persona-
1367 lis, nec assignatio tantum, † secundũ Roman. consil. 388. nu. 3. & Flores de Mena in practicis quęstio. quęst. 18. num. 2. & est glossa in l. Lucius, ff. de aliment. legatis, l. cum hi vers. idẽ si ageret, ff. de transactio. l. Gaius ff. de annuis legat. l. 2. ff. de aliment. legat. tradit Paul. Castrensis consil. 358. n. 3. & Lara de anniuersarijs lib. 1. c. 2. n. 16. qui in n. 19. ait, quòd lega tũ alimentorũ, siue fiat pauperi, siue
1368 diuiti, semper cõtinet alimentorũ fa uorẽ, † vt tradunt DD. in l. si certis annis, C. de pactis, Hieron. Gigas de pensio, c. 51. n. 20. Simõ de Pretis de interpretatione vltimę volũtatis, lib. 4. interpretatione 1. dubio 11. nu. 8. quod alimentorũ fauore extẽdit Petrus Iacobus in sua practica titul. de actione in rem ad relictum pro anima & anniuersario, † & Guid. 1369 Papa decisione 576. Salazar de vsu & consuetudine cap. 11. num. 34. Tiraquel. de priuileg. causæ piæ, priuilegio 63. Mascard. de probatio. conclus. 1171. nu. 4. Lara vbi supra n. 20. qui in n. 21. ait, id procedere quocũq; modo, siue quacũq; dictione fundus fuerit adiectus pręstationi fauore piæ causæ, & alimentorũ, ex Couar. in d. c. Rainuntius de testam. §. 10. n. 8. in fine, & ex Giga de pensionibus, c. 44. n. 1. & licèt incertitudo vitiet relictum, & etiam libertatem, quando nõ constat de persona cer-
ta, † l. 1. & 2. ff. de his quæ pro non 1370 scriptis habentur, l. triticum, ff. de verborum obligatio. l. quod in stipulatione, ff. de vsuris, l. merces, ff. locati, l. ita stipulatus, ff. de verborum obligatio. l. si ita fuerit in fine principij, l. si quis de pluribus, ff. de rebus dubi. Menoch. de arbitrarijs lib. 2. centuria 2. casu 188. tamen quando relinquitur pauperibus, anniuersarijs, & alijs causis pijs, incertitudo non vitiat relictum, † ita Decius 1371 in l. fin. versic. Non obstat, C. de edicto Diui Adriani tollendo, l. id quod pauperibus, l. nulli, C. de Episcopis & clericis, Bald. in dicta l. id quod pauperibus nu. 1. Menoch. consil. 292. nu. 12. vol. 3. Tiraquel. de priuilegijs causæ piæ priuilegio 55. & 56. l. quidam testamento, ff. de leg. 1. l. sicut, ff. de annuis legat. vbi glossa verbo, solutus, Gam. decis. 185. Rebuf. de priuilegijs scholasticorũ priuilegio 133. Lara de anniuersarijs, lib. 1. c. 10. n. 97. cum sequẽtibus, qui Doctores id affirmãt valere ratione priui-

priuilegij causæ piæ, quod priuilegiũ hanc admittit explicationẽ, & interpretationem: nam lex quantũcunq; generalis, non comprehendit exem-
1372 ptos, & priuilegiatos, † vt tradit latè Mexia ad legem Toleti fol. 65. à nu. 17. p. 2. fundamento 6. vbi aliquos recenset casus speciales in nu. 18. cum seqq. quos videre licet. Sed res notatu digna est, quòd licèt regulariter minor restituatur, hoc tamen nõ procedit in Doctore minore, qui non
1373 restituitur, † per glossam in l. possessio, C. de muner. patrimonial. lib. 10. tenet Nicol. de Neapol. in l. sed & si reprobari, ff. de excusatio. tutor. & Bald. qui alios refert in l. 1. C. qui, & aduersus, quos Angel. in l. §. pueritiã ff. de postulando, Ludouic. Montal. de reprobatione sententiæ Pilati art. 4. n. 69. in vol. 10. tractatuum Doctorum in antiquis.

Quæst. 249. SI Aliquod deinde concedatur priuilegium Petro, hoc onere adiuncto, vt in quolibet anno teneatur soluere vnũ equũ & per longissima tẽpora equũ non soluit, sed aliud ipsius equi loco, dubitatur, vtrum equi præ
1374 stationẽ præscribat, † & præscriptioni locum fore, tenet Petrus Antibol. in tract. de muner. 2. p. §. restat nunc videre nu. 18. per legem is cui, ff. quẽadmodum seruitut. amittantur, cum l. præcedenti in 10. tract. Doctorũ, in antiquis, qui in nu. 19. optima vtitur distinctione, quam videas, quia conducet ad casum recipientis ignoranter longo tempore minus quàm
1375 sibi debetur quotannis, † quibus sic habitis dubitatum vidi, vtrum possit clericus habens bona communia cũ fratre laico ea defendere à collectis & gabella, & alijs oneribus ratione sui priuilegij clericalis. † Et videtur, 1376
quòd sic, argumento text. in c. quod in dubijs in fine de consecratione Ecclesiæ vel altaris: nam quod cõmune est, dicitur meum, l. pupillus, ff. de verbor. signifi. §. fin. l. Quintus, ff. de auro & argento legato, l. illud, ff. de ritu nuptiarũ, l. rectè dicimus, §. fin. ff. de verbor. signific. l. serui electione, §. Labeo, ff. de leg. 1. vbi cõmuniter Doctores, & Calderin. cõs. 22. sub titulo de præbendis, & bona vnita & indiuisa gaudent priuilegio immunitatis, † l. vnica C. de rei vxor. 1377
act. in 1. responso, & §. sed non si ignoramus. Contrarium tamen est tenendum, per l. 3. §. fin. ff. de muneribus & honoribus, secundum Petrũ Antibolũ in tractatu de muneribus 3. part. principali n. 109. qui ait, quòd iudex ex officio coget fratres ad diuisionem, & collectam imponet iuxta ratam bonorũ vniuscuiusque; vt in l. 2. C. de muneribus patrimonialib' lib. 10. & licèt valeat donatio bonorũ facta à patre filio suo clerico, qui bona donata à collectis & impositionibus ratione donationis, & sui priuilegij liberare poterit, † per l. cum fa- 1378
cultates, C. de his qui numero liberorum libr. 10. tamen fraus semper in tali bonorum donatione præsumitur, l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in fraudem credito. quæ donatio facta filio clerico fraudulẽter hodie de iure Regio reprobatur per l. 11. tit. 10. lib. 5. Recop. de qua est videndus Azeued. ibidem & Ioan. Gutier. in practicis quæstio. lib. 2 quæst. 132. vbi latè agit quomo-

quomodo fraus probari, & præsumi
1379 posit,† quam supra relatam doctri nam intellige veram, licèt certum & iuridicum sit, quod quando laici habuerint indiuiduũ coniũctumq; ius cũ clericis, gaudebunt priuilegijs cle
1380 ricorum sociorum, † secundũ Aretin. cons. 25. Marc. Anton. Cuchum lib. 1. institutionũ maior. tit. 9. nu. 61. Citadin. de iure patron. 6. p. art. 3. n. 3. Et hinc est, quòd si laicus & cleric' habẽt ius patronatus, pars clerici tra-
1381 hit ad se partẽ laici, † Staphil. de literis gratiæ titulo de modo & forma imperandi pag. 51. n. 3. Ioan. Andr. quẽ refert & sequitur Citadinis vbi supra, & Ioan. Gutier. de iuram. con firmat. 3 p. c. 13. n. 10. & ita ex hac cõ munione clerici & laici resultat in iu re patronatus, quòd si simul præsentent, poterit laicus præsentationẽ facere intra semestre, vt poterit cleri-
cus, † ita tenẽt supradicti authores, quos sequitur Lara de anniuersarijs lib. 2. c. 9. à nu. 14. cum sequentibus.

Quæst. 250 Cap. 32. ESTQVE Notãdum, quòd Regij susceptores nõ possunt Regiã pecuniam consumere, vel ex ea aliquid emere, adeò quod si quis ex ea
1383 emant, lucrum fiscus repetit, † per l. minime diu, C. de susceptoribus lib. 10. l. 1. & 2. C. de his qui ex publicis ratio. d. lib. 10. & vtrobique Bart. & adeò verum est, quòd fiscus poterit reiuẽdicare rem emptã ex pecunia sua per suceptorem, vel thesaurariũ,
1384 † Bald. in l. si cum seruum, ff. si certum petat. vers. Item fallit, quãdo officialis, per text. in l. si vt proponis, C. de reiuendicatione, ita Frãciscus Lucanus in tract. de fisco in princi-
pio num. 13. Martinus Laudensis de priuilegio fisci nu. 259. Ægid. Bos. de fisco n. 49. quam conclusionem intellige veram, quando susceptor, vel thesaurarius Regius sibi ipsi, & non alio nomine aliquid emit de pecunia Regia: & quod prædicta rei uendicatio est in subsidium, quando thesaurarius & susceptor est nõ soluendo, † l. Moschis, ff. de iure fisci, l. 1385
3. §. multa, ff. eod. tit. l. 1. C. de conue niendis fisci debitoribus, lib. 10. l. 2. C. de debitor. ciuitat. lib. 11. quæ resolutio est communis per Speculatorem secutum per Petr. Paul. Paris. in cons. 8. nu. 20. lib. 1. nam actio subsidiaria non datur, quando debitor est soluendo, † etiamsi renunciet be 1386
neficium excussionis, secundum Roderic. Xuar. in l. 2. *De los emplaçamientos*, §. quæritur vlterius, num. 9. & 10. post Bart. in l. 1. C. de conueniendis fisci debitoribus, lib. 10. vbi additio. & Hippolyt. in rubric. de fideiussoribus, numer. 23. Et hinc est, quòd si suceptor camerarius, vel receptor, qui aliquid à debitore recipit, desinit esse soluendo, antea quã domino reddat, datur recursus contra primum debitorem, † secun- 1387
dum Ioan. de Platea in l. securitates, C. de susceptor. & arcar. lib. 10. & Auiles in capit. prætorum, cap. 45. in glossa verbo, *Poner*, numer. 5. Estque vera conclusio, quòd relictum pro distributione pauperum potest extendi ad nobiles habentes bona, qui iuxta suum statum, & qualitatem non possunt conseruari, nec sine dedecore in publicum apparere, † ita Baldus in l. si quis 1388
ad

ad declinandum, C. de Episcop.& clericis, & Palac. Rubios in rubrica de donatio.inter vir. & vxor. §. 11. nu.fin. & in foro conscientię liberabitur, qui istã distributionẽ fecerit,
1389 † secundum frat. Manuel Rodrig. Lusitanũ in sua summa tom.1.c.194. n.2. ad finem,& est text. egregius in proposito in l. in eadem, ff. ex quibus causis maiores, ibi, *In vinculis autẽ etiam eos accipimus, qui ita alligati sunt, vt sine dedecore in publico apparere non possint*, vbi probatur, restitutionem in integrum concedi huiusmodi nobilibus maioribus viginti quinque annorum, quando pauperes sunt, qui pro absentibus,
1390 & in vinculis detentis reputantur.†

Quæst.251. SED Cum quotidie per Principem viduis priuilegium & gratia concedatur in remunerationem seruitiorum à maritis receptorum hac adiecta conditione, vt prædictæ viduæ priuilegio & gratia fruantur, quãdiu in viduitate fuerint, est quęstio, vtrum si nupserint, & iterum in causam viduitatis inciderint, dicatur priuilegium & gratiam durare, & ad secundam vel tertiam vi-
1391 duitatem trãsire.† In qua quæstione videtur tenendum, priuilegium & gratiam tantum ad primam viduitatem extendi, & non ad secundam, vel tertiam procedere, per regulam text. in l. boues, §. hoc sermone, ff. de verborum significatione, l. stipulatio, l. dotem, l. stipulationem, l.licet, l. dotis promissio. ff. de iure dotium, cap. non potest de præbendis lib. 6. l. eum qui chalendis, ff. de verborum obligatione. Quòd confirmatur, quia si prædictum priuilegium ad secundam & tertiam viduitatem extenderetur, daretur infinitas contra text. in l. si finita, ff. de damno infecto, † l. fidei- 1392
commissa, §. si quis delegat. §. c. cũ in multis de rescript. lib. 6. item quia Princeps disponens de viduitate, cẽsetur cogitasse de casu singulari viduitatis, cap. non potest de præbendis lib. 6. cap. 1. de filijs presbyterorum dicto lib. 6. facit l. cum pater, §. qui dotale, l. Lutius, l. Titia, §. qui in vita, ff. delegat. 2. l. cum dotem, §. si pater, ff. soluto matrimonio, l. 3. §. 1. ff. de dote prælegata, vbi probatur, quòd disponens nunquã censetur voluisse grauare quenquã duplici prẹstatione. † 1393

Sed prædictis non obstantibus contrarium putaui de iure verius: & sic quod dictum priuilegium & gratia Principis extendatur ad secundã & tertiam viduitatem, per l. in vsu iuris, ff. de verborum significat. vbi probatur, quòd sæpenumero vtimur verbo singulari pro plurali,† & 1394
facit pro hac vera opinione, quòd causa viduitatis non est ad primam viduitatem determinata, sed est multiplicabilis ex ipsius verbi natura, † argumento text. in l. cum aliquis, C. de curatore furiosi; l. si filiæ, ff. de annuis legat. vbi probatur, quòd regulariter causa legati est reiterabilis, & non restringitur ad primam, † l. si ita stipula- 1396
tus fuero à Seio, ff. de fideiussoribus, sicuti in causa dotis, quæ determinata videtur, non solùm ad prima sponsalia, sed ad vlteriora

1397 teriores, † authentica quamuis, C. de rei vxo. acti. & quantitas legati multiplicatur ad multiplicationem dierum propter conseruandum de-
1398 cus legantis & legatarij, † l. cum qui dam cum l. sequenti, ff. de annuis legat. Item facit, quia quando multiplicatio accidit casu, siue fortuna,
1399 debet multiplicari dispositio, † secundum Bart. in l. qui bona, §. 1. cũ l. sequenti, ff. de damno infecto, quã opionem in prædicto nostro casu tenet & defendit Anton. de Butrio in cons. 31. qua opinione retenta respondetur ad iura adducta pro contraria parte, quòd loquuntur in cõtractibus obligatorijs, vel quando ex iteratione resultat graue damnum concedentis, quia tunc restringitur
1400 dispositio ad primum actum, † quibus ita respõdet Anton. de Butr. vbi supra allegans in proposito, l. inter stipulantem, l. quidquid astringẽdæ, ff. de verborum obligat. Accedatque supradictis, quòd quando priuilegium conceditur ex duabus causis, vna cessante nõ cessat concessio, nec
1401 priuilegium, † vt notatur in §. affinitatis, instituta de nuptijs, & in l. liberorum, §. 1. ff. de his qui notantur infamia. Et hinc est, quòd sentẽtia lata ex pluribus causis, quarum vna est
1402 falsa, sustinetur ex altera vera, † l. Titianus, ff. quod cũ eo, c. pertuas, vbi Panorm. qui filij sint legitimi, Innoc. in c. in præsentia nostra de renuntia tione, Alex. in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verborum obligatio. Felin. & Abb. in c. 1. de re iudicata: & est text. in authentico, vt cum de appellatione cognoscitur, §. si igitur omnes, & §. si tales, quod intellige verum, dummodò ambæ causæ sint finales, ita vt quælibet de per se sit sufficiẽs ad causandum & producendum effectum: secus si ad pro ducendum dictum effectum ambæ sint necessariæ, † cap. quoniam, §. 1403
porro, & §. sin autem, vbi notant Panormitan. & moderni, vt lite non contestata, & in cap. cum cessante de appellatio. & in cap. de rescriptis: & ideo si vna causa ponatur vt ratio, & alera, vt ratio rationis, vtraque requiritur, † per l. sed 1404
si lege, §. idem si rem, ff. de petitione hæreditatis, l. 1. ff. soluto matrim. & similiter si vna causa ponatur vt maior propositio, altera vt minor, vna falsa corruit argumentum, † vt 1405
docet Bart. in extrauaganti ad reprimẽdum in verbo nec ex eorum per text. ibi: *Item intellige, quando vtraque ratio cõsideratur ad effectum causandum*; secus si vna non habetur in consideratione, tunc ea cessante non cessat effectus, secundum Bald. in cap. 1. de gradibus successionum in vsibus feudorum; item intellige, quando vtraque ratio, exprimitur in lege: secus si vna tantum, licet altera possit, considerari: tunc cessante expressa cessabit dispositio, licèt altera militare videatur, † ita de- 1406
clarat Lãcellotus, Decius in l. singularia, colum. 3. ff. si certum petat. & Ripa in tractatu de priuilegijs creditorum, in §. in bonis mensularij à numer. 13. cum sequentibus, & cum l. 4. & 5. titul. 2. libr. 6. Recopilation. disponat, quòd nobiles non possint torqueri, eius dispositio-

positionem extende ad Consiliarium, etiamsi finitum sit officium,
1407 in memoriam pristinæ dignitatis, † per text. in l. fin. ff. de Decurionibus in versicul. Non esset torquendum, quod idem erit in decurione, per illum text. & tenet Andre. Barbac. in cap. sedes Apostolica col. 5. de rescript. nam priuilegiū dignitatis non
1408 finitur finita dignitate, † secundum Bald. in dicto cap. sedes de rescriptis, quem sequitur Hippolyt. de Marsil. in singulari 179. & in practica. §. expedita colu. 8. numer. 23. & ipse Bald. in l. Imperator la 2. ff. de statu hominum, & ipse Hippolyt. in singulari 35. & 107. & in l. edictum, col. 2. cum sequentibus, ff. de quæstion. & est glos. in l. 2. titul. 30. part. 7. Loazes de matrimonio Regis Angliæ dubitatione 7. num. 38. cum sequentibus, & Plaçā de delictis lib. 1. cap. 6. nu. 9. Azeued. in l. 4. & 5. 2. lib. 6. Recopil. num. 38. & Thom. Grammaticus in voto 32. nu. 23. & hinc est, quòd ille, qui fuit iudex, nō potest torqueri in syndicatu etiā
1409 stantibus multis indicijs, † secundū Bart. in l. milites, C. de quæstio. & est tex. in l. diuo Marco eodem tit. tenet Paris. de Puteo de syndicatu in tit. de officio syndicat. colu. 2. & est text. in l. nihil, l. miles, C. de quæstio. tenet Ias. & Salicet. in l. 1. C. de iuris & facti ignor. Bartol. in d. l. milites, Alexand. in d. l. centuria, & dictum in decurionibus obseruatur in consiliarijs ciuitatum, qui decurionum
1410 instar obtinent, † vt notatur in rubrica de decurionibus, lib. 10. & idē priuilegiū habent, quod & ipsi decuriones argumento, l. filiæ, §. fin. ff. de condit. & demonstrat. l. si donatæ, §. sponsus, ff. de donatio. & inter vir. & vxor. quod priuilegium intellige de consilarijs & cōsulibus magnorum locorum, & non de consulibus paruorum oppidorum, † secūdum 1411 Iacob. Rebuf. in l. nullus, C. ad legē Iuliam Maiestā. argumen. l. athletę, §. 1. cum l. propter magistratum, C. eodem tit. & quod Consules ciuitatum nostri temporis habeant idem priuilegium, quod & decuriones, vt non torqueantur, † tenet Salicet. 1412 qui ita dicit tenere communiter Doctores in l. Diuo Marco, C. de quæstio. quem refert & sequitur Thom. Gramat. voto 1. à numer. 73. cum sequentibus, vsque ad num. 30.

SED Cum lex 6. tit. 2. lib. 6. Recopil. disponat, quòd nobilis posit capi pro debito descendente ex delicto, licèt de hoc dixi aliqua in superioribus num. 606. cum sequentibus circa fideiussorem datū in causa principali, in qua adfuit condemnatio pecuniaria, erit egregia quæstio, vtrum fideiussor nobilis datus post condemnationem in executione condemnationis descendentis ex delicto, quem dicimus, *De saneamiento*, gaudeat suo priuilegio, vel in carcerari posit sicuti principalis. Quæst. 23. Cap. 33.

† In qua quæstione videtur affirmandum, talem nobilem fideiussorem incarcerari posse pro dicto debito descendente ex delicto, virtute fideiussionis *De saneamiento*, per regulam accessorium de regul. iur. libr. 6. & etiam cōprobatur, nā licèt causa huiusmodi fideiussionis dicatur 1413

tur procedere ex vi verborum fideiussionis, adhuc potest dici causa, quę ex delicto oritur, argumento legis 2. §. ex incendio. ff. de incendio, ruina, & naufrag. Item, quia sententia lata contra principalem executioni mandatur contra fideiussorem, sicuti con
1414 tra principalem, † sine nouo processu, nec noua sententia, tex. glos. Barr. num. 2. in l. 1. ff. iudicatum solui, quæ, opinio communis est teste Roder. Xuarez in l. 2. *de los emplaçamientos*, in versic. sed pone quæstionem nu. 6. Hippolyt. in rubrica de fideiussoribus num. 363. & huius ratio est, quia natura huiusmodi iudicialis fideiussionis ea est, quòd fideiussores censentur vnà cum principalibus con
1415 dénati, † per l. fin. C. de vsuris rei iudica. tenet Pet. Rebuffus ad Regias constitution. Gallicas titulo de literis obligatorijs articul. 5. glos. 9. num. 8. pag. 131. & in titulo de sententijs executorijs artic. 1. glos. 16. num. 26. Rupellanus forensium institutionũ lib. 1. cap. 70. pagina mihi. 334. Sed contrarium semper mihi visum fuit, & sic quòd huiusmodi nobiles fideiussores de saneamiento post dictã condemnationem non mittantur in carcerem. Quod probatur, quia hæc fideiussio non ex delicto principaliter descendit: nam hoc respectu rei principalis tantum consideratur: & non respectu fideiussoris: nam dicta fideiussio immediatè procedit ex noua obligatione, & contractu post condemnationem. Item, quia illa verba legis 6. titulo. 2. lib. 6. Recopilationis, *Por deuda que decienda de delito*, significant causam propinquam, tali modo, vt delictum sit causa propinqua illius debiti, & non verborum obligatio, & fideiussio, † per l. qui liberis. §. hæc ver- 1416
ba. ff. de vulgar. & pupillar. substitut. vbi Barthol. Aretin. & plurimi Doctores, quos more solito congerit Tiraquel. de cessante causa limitatione 20. num. 26. cum sequentibus. Ex quo sequitur, quòd prædicta fideiussio non extendatur ad causam remotam, hoc est, delicti principalis. Facit pręterea pro hac parte, quòd iura, quæ mentionem faciunt de debito ex delicto descendente dicunt, quòd debitum est ex ipsius delicti facto, tex. in l. actionum genera in versic. ex facto. ff. de actio. & obliga tion. l. ex maleficijs. ff. eodem titulo cuius aurea verba ad nostrum casum talia sunt: † Ex *maleficijs*, ait Caius Iu 1417
risconsultus, *nascuntur obligationes, veluti ex furto, ex iniuria, quæ omnia vnius generis sunt: nam hæc tantum ex re consistunt, id est, ex ipso maleficio: cum alioqui ex contractu obligationes non tantum re consistunt, sed etiam verbis, & consensu*. Hanc ergo fideiussionis obligationem, de qua in nostra quæstione, verbis non re contrahi, quis obsecro inficias ire audebit? Tandem facit pro hac parte, & vera resolutione, quòd nobilis non poterit etiam expressè suum priuilegium renuntiare, † iuxta verio- 1418
rem, & receptam sententiam, de qua per nos in superioribus numero 224. Et hanc partem in principali fideiussionis quæstione, quando fideiussor est nobilis, tenet Cinus

Cinus in l. quoties. C. de precibus Imperato. offerendis, vbi concludit, quòd fideiussor poterit vti suo priuilegio, quod sibi ex sua persona competit: & ita tenent Bald. & Salicet. ibidem. Hucq; pertinet illud, quod optime differit Collãtes in pragmatica agricultorum lib. 2. cap. 13. vtrum priuilegium concessum agricultoribus ratione illius pragmaticæ, ne intra tempora ab ea destinata in carcerem possint detrudi, competat suis
1419 fideiussoribus non agricolis, † qui Collantes ibidem num. 3. cum sequẽtibus tenet, & neruose defendit, prędictos fideiussores, qui verè non sunt agricolæ, non potiri agricultorum priuilegio, cui opinioni ex ipsius fundamentis libenter accedo, & ex his, quæ latè adduximus in superioribus num. 323. & num. 731. Et ideo fideiussor plebeius, qui pro nobile intercessit, non gaudebit nobilitatis pri
1420 uilegio, † tex. vbi Bart. in l. etsi fideiussor. ff. de re iudicata, & Doctores in l. tam mandatori. C. de non numerata pecunia, Hippolyt. in rubr. de fideiussoribus num. 273. Collantes vbi supra numer. 4. ad finem, Castellus autem de Bobadilla in sua politica. 2. tomo lib. 3. cap. 15 num. 24. quem sequitur Collãntes vbi supra lib. 2. cap. 16. nu. fin. licèt mea opinio sibi magis vera videatur, non est ausus pedem firmare, quia domini *Alcaldes de Corte de Valladolid* cõtrarium in quadam causa practicauere, & ideo distinctione hac vtitur, videlicet, quòd si debitum ex dilicto descendens applicetur parti offensę, mea opinio sit vera, & nobilis fideiussor non incarceretur, si autem cõdemnatio fisco applicetur, tunc temporis possit in carcerem mitti, eiq; suum nobilitatis priuilegium nihil prosit, quia eo ipso, quòd condemnatio fisco competit, dicitur causa criminalis, & non considerauit dictus Bobadilla, quod illa opinio, in qua affirmauit, quòd causa dicitur criminalis, quando condemnatio applicatur fisco, ex multorum opinione, vt ipse ait, est controuersa, adeò quod iudices aliquando vnam, aliquando aliam opinionem in practica admittunt. † Et quòd quantumcunque sit vera dicta opinio, nobilis nullatenus pro debito fiscali poterit incarcerari, nisi in casu legis 4. tit. 2. lib. 6. Recopilatio. iuxta veram, & receptam opinionem, quam defendi in tractatu de Regia gabella. 4. p. 1421
§. 2. num. 34. † quam vltra Doctores, quos ibidem recensui, sequitur Azeued. in dicta l. 4. tit. 2. lib. 6. Recopilat. & in l. 14. & 15. tit. 7. lib. 9. dictæ Recopilat. à num. 9. tam in principali debitore, quâm in fideiussore, & Ioann. Gutierr. in practicis quæstionibus lib. 5. q. 13. num. 103. cum sequentibus, & ipse Bobadilla qui nos allegat, cum nostraq; transit opinione in dicta sua politica lib. 3. cap. 15. num. 23. debetque ponderari lex 5. tit. 2. lib. 6. Recopilationis à nobis vbi supra ponderata, ibi: *Ni sean presos por deuda, saluo en el caso susodicho.* † 1422
1423
IN priuilegio deinde alicui cõcesso vsque ad tertiam generationẽ, dubitatur multoties, vtrum eius persona sit cõprehensa in generatione, † Quæst. 25 1424
& vide-

& videntur † comprehendi, secundum Speculat. loquentem in feudo & emphyteusi in tit. de emphyteusi, §. nuncque aliqua versic. 150. Bald. in l. 2. C. de iure emphyteu. versic. Quaero, vbi Salicet. versic. Sed vigesimoquarto potest dubitari, Angel. in §. adeò instituta de locato, Paul. de Castro consil. 338. volum. 2. & in authentica si quas ruinas, C. de sacrosanct. Eccles. versic. Remanet dubium, Imola in l. quod dicitur, ff. de verborum obligat. Socin. consil. 25. volum. 1. Gozadin. consil. 25. Corn. consil. 232. volum. 4. & consil. 51. volum. 2. num. 4. Sed contrariam opinionem tenuere Bald. in additio. ad Speculat. in tit. de locato, versicul. Idem & in tertiam generationem, & in dicta authentica si quas ruinas, versic. Iuxta hoc quaero, Curt. iunior in tractatu feudorum 3. part. versic. Circa istam materiam, Ruin. consil. 166. volum. 1. Anchar. & alij quam plurimi relati ab Antonio Gabrieli in 3. tomo communium opinionum in nouis titul. de iure emphyteutico in conclus. 4. qui in numer. 6. ibidem tenet primam opinionem intelligendam in concessione facta ab Ecclesia cum Bald. in authentica defuncto, C. ad Tertullian. versicul. Et nota, & cum Cardinali, & Alexan. in cap. 1. in §. quia, versicul. Quid autem.

Quaest. 254 ET Cum in moneta seu pecunia tria reperiantur, scilicet, materia quoad valorem, forma quoad authoritatem, & pondus quoad vsum, 1425 † per l. 1. ff. de contrahend. emptio. l. 1 & 2. C. de vete. num. pot. lib. 11. vbi Ioan. de Platea, & Luc. de Pen. Ancharran. & alij, quos refert Alberic. consil. 56. volum. 2. & Boer. decisione 327. num. 7. ad medium, & Princeps possit absque consensu populi valorem monetae mutare, † secundum comunem, vt per Ioan. 1426 Fabrum instituta, quibus modis tollitur obligatio in principio, & in authentica hoc si debitor, C. de solutio. Corne. consil. 135. volum. 3. & per multos authores relatos ab ipso Boerio vbi supra num. 9. & 7. sicuti probauimus nu. 1090. in superioribus. Et noster Hispaniorum Rex Philippus Tertius nunc scutorum valorem mutauerit, & auxerit, † dubitatum 1427 vidi, vtrum si aliquis obligatus fuerit ad solutionem centum scutorum, anteà quam augmentum fieret, teneatur soluere respectu valoris currentis tempore obligationis, vel currentis tempore solutionis. † Et quãuis haec quaestio valde sit contro- 1428 uersa inter Doctores, vt videre est apud dictum Boerium dicta decisione 327. & Anton. Gabriel in 3. tomo communium opinionum tit. de solutio. conclus. 2. Veritas, quae secundum communem opinionem deducitur ex supradictis authoribus & scriptoribus ab eis relatis, est, quòd attendatur valor respectu temporis solutionis, siue scuti, vel auri aucti, vel diminuti fuerint à Principe, ita ipse Boerius vbi supra num. 9. & Anton. Gabriel vbi supra num. 10. & Couarru. de veterum collatione numismatum, cap. 7. §. vnico à num. 2. qui authores supradicta intelligunt vera, nisi aliud in contractu

T apponа-

apponatur ex partium & contrahentium consensu. Et cuius damno currat diminutio monetæ, stante debitoris mora, & quomodò consideretur valor monetæ in vltima voluntate, & in statutis, & in
1429 sententia & gratia Principis, † latè agitur per dictum Anton. Gabrielē vbi supra conclus. 3. cum 4. sequentibus, & per dictum Couarru. vbi supra numer. 4. & quòd dispositio disponens in viro intelligatur etiam habere locum in vxore, & è conuerso, nisi ratio diuersitatis appareat, † tenet Bart. in l. 1. ff. quod
1430 metus causa, & in l. fin. C. de indicta viduitat. tollen. Cassane. in consuetud. Burgundiæ, versicul. 7. conclusio, quos refert & sequitur Anton. Gabriel in 3. tom. communium opinionum, titul. de legibus & constitutionibus conclusione 3. numer. 2. qui in numer. 3. ait, idem dispo-
1431 situm in priuilegijs, † nam priuilegium concessum marito extenditur ad eius vxorem, per l. non tantum in fine, ff. de re iudicat. & ex Cumano ibidem, cum Dec. in l. 1. C. de in ius vocando, & cum l. 3. titul. 21. lib. 4. Recopil.

Quæst. 255 ET cum aliæ multæ leges nullitatē reijciant, eas intelligere debes, nisi illa nullitas procedat ex defe-
1432 ctu citationis vel iurisdictionis, † secundum Auendaño in tractatu primi & secundi decreti à numer. 16. & in tractatu de secunda supplicatione numer. 4. Petrus Paulus Parisius in consil. 29. & 45. numer. 28. volumine 1. quod etiam tenent quamplurimi Doctores, quos refert & sequitur Anton. Gabriel 3. tomo communium opinium sub titul. de statutis conclusione 3. vbi multas inuenies ampliationes & limitiones notatu dignas, præsertim in numer. 25. vbi habetur, quòd defectus iurisdictionis non admittitur, quando sententia pronunciata à iudice non habente iurisdictionem, fuerit confirmata per iudicem plenam iurisdictionem habentem, † ex multorum authorum opinione. 1433

GRATIA. Tamen, vel priuilegium si cōcedatur alicui sub cōditione, & alteri postea purè concedatur, posterior præfertur, etiamsi conditio posteà verificetur; † per text in capit. si pro te de rescriptis, lib. 6. tenet Cardinal. in Clementina 1. de concessione præbendæ, notabil. 10. & Federic. de Sen. in consil. 191. Petrus Paul. Paris. cons. 82. numer. 24. cum sequentibus, volum. 4. Anton. Gabriel in 3. tom. communium opinionum, libr. 6. titul. de clausulis conclusione 2. quod limita, quando gratia vel priuilegium cōditionale haberet clausulam retrotractiuam, † quia tunc præfertur secundo priuilegio purè concesso, vt tradit ipse Anton. Gabriel vbi supra, numer. 7. ex Rota in nouis decisione 383. & Felinus in cap. capitulum de rescript. Parisius in dicto consilio 82. volumine 4. Nota deinde, quòd quando terminus & iudicium limitatur in lege, statuto, vel priuilegio ad aliquem actum faciendum, intelligitur, si intra illud tempus Quæst. 256. 1434 1435

1436 tempus causa terminari posit, † secundum Gandinum in tractatu maleficiorum in parte de multis quæstionibus númer. 10. Abb. consil. 64. numer. 1. volum. 2. Roderic. Xuarez allegatione 5. pag. fin. Azeued. ad curiam Pisanam, libr. 4. cap. 6. numer. 88. quem videas in hoc articulo etiam in l. 11. titul. 7. lib. 3. Recopilation. à num. 1. cum sequentibus, & Ioan. Gutierr. de iuramento confirmat. 3. part. cap. 5. numer. 16. & Castill. Bobadilla in sua politica 2. tom. libr. 3. cap. 8. num. 256. & lib. 5. cap. 1. à numer. 160. cum pluribus sequentibus.

Quæst. 257 *Legatū rei alienæ.* ATTAMEN Cùm rei alienæ legatum valeat hac habita distinctione, videlicèt, quòd si testator nesciuerit, rem esse alienam, sit inutile huiusmodi legatum: sed tamen si sciuerit, rem alienam esse, validum

1437 sit; quoad rei æstimationem, † per l. cum rem alienam, C. de legatis, §. non solum instit. eodem titul. l. non dubium, §. finali, ff. de legatis 3. cum concordantibus, l. 10. tit. 9. par. 6. vbi bona glossa hæc materia fauore vxoris, & coniunctæ personæ priuilegio, recipit talem interpretationem, quòd valet legatum rei alienę quoad prædictas personas, etiamsi testator ignorauerit, rem legatam alienam

1438 esse, † vt benè probatur in d. l. cum rem alienam, §. vltimo, & in dicta l. 10. titul. 9. part. 6. post medium, l. cum prædium, C. de fideicommissis, l. quintus, §. fin. ff. de auro & argento legat. quod priuilegium extende, habere locum, quando relictum fuerit legatum pro anima, vel pro anniuersario, vel ad pias causas, vel alicui, qui à testatore diligitur ratione coniunctionis, vel proximitatis, † secun- 1439 dum Guillelm. de Cuno in d. l. cum alienam, vbi Alexand. quos refert & sequitur Gregorius Lopez in dicta l. 10. titul. 9. part. 6. in glossa verbo, *De la comprar*, ad medium, & tenet Zasius alios referens Doctores in dicta l. cum rem alienam, numer. 12. ex quo sequitur, quòd legatum relictum pro virginibus maritandis poterit retineri in vtroque foro à fœmina, quæ licèt opinione vulgari pro virgine habeatur, in rei veritate non est virgo, † 1440 nisi aliud ex voluntate testatoris cōstet, vt optimè resoluit Lara de anniuersarijs, libr. 1. cap. 21. numer. 90.

ET Etiam priuilegium viduis Quæst. 258 *De nuptis in utilibus viris.* concessum extenditur ad nuptas habentes inutiles viros, † secundum Baldum in l. fin. C. de plagiarijs, & 1441 tradit Cota in memorabilibus iuris verbo, vidua, & Couarru. in practicis quæstio. in quæst. 7. num. 2. vers. Est & secundò, qui alios plures refert authores, & tenet Lara de anniuersarijs, cap. 21. numer. 34. libr. 1. Et cum infans expositus præsuma- *De expositis.* tur esse ex parentibus non infamibus, & ritè & rectè posit ordinari, & censeatur idoneus ad omnes actus legitimos, † secundum Ana- 1442 niam in c. vnico de infantibus languidis expositis nu. 11. & Angel. in l. nemini, C. de Episcopali audientia, quem refert & sequitur Felinus in c. cum deputati de iudicijs, numer. 10.

& Gregor. Lopez in l. fin. tit. 10 par. 4 in glossa verbo, *Se haze libre*, dicit communem & veram opinionem Couarrubias in Clementina si furiosus de homicidio in 1. part relectionis numero 9. & expositus censeatur ciuis illius loci, cui ex-
1443 ponitur, & vbi reperitur, † secundum Boerium in decisione 13. num. 41. erit scitu dignum, quòd expositi sunt incapaces officiorum sanctæ Inquisitionis, Ecclesiarum, collegiorum, & confraternitatum, in quibus habentur statuta requirentia qualitatem nobilitatis, & alia huiusmodi, quæ habentur in multis statutis, quia licèt in dubio boni præsumantur: hæc præsumptio nihil operatur, quando qualitas ab statuto requiritur, nisi probetur, quia non sufficit, quòd qualitas adsit præsumptiuè,
1444 nisi exactè probetur, † quòd tenet Hippolyt. de Marsilis in l. si quis nec quæstio numer. 130. ff. de quæstion. Aymon Crauet. consilio 225. de antiquitate sessione 1. num. 38. & Rolandus consilio 8. numer. 56. volum. 1. qui alios refert, & Tiberius Decianus & consilio 23. numer. 23. volum. 1. Auendanius in dictionario in verbo, *Costumbre*, versicul. Item aliud, & in lib. 1. de exequend. mandat. Regum cap. 6. numer. 7. Matientius in l. 1. titul. 4. lib. 5. Recopilationis glossa 5. num. 12. Baptista Laderchius in consilio 12. numer. 1. refert alios Doctores Brunorus à Sole in suo compendio in verbo, qualitas requisita á lege, & Lara de anniuersarijs lib. 2. c. 4. numer. 37. cum sequentibus: nam quando probatio per modum conditionis requiritur, non sufficit præsumptiua, † l. Lutius, vbi Bartol. & 1445
scribentes, ff. de condition. & demonstratio. Decius tenet in consil. 11. numer. 9. & Lara vbi supra num. 38. ad finem. Et comprobatur, quia si in aliquo negotio, vel statuto testes bonæ famæ requiruntur, & quòd sint maiores exceptionis totius: hæc qualitas debet probari, aliàs præsumptiue non sufficit, † ita 1446
Angelus in l. 2. §. diem, ff. quemadmodum testamenta aperiantur, Hippolyt. Marsil. in singulari 187. Ioannes Crotus in tractatu de testibus numer. 392. dicit communem & veram opinionem Alciatus de præsumptionibus regul. 3. præsumptione 1. numer. 10. refert alios Azeued. in l. 1. titul. 7. lib. 5. Recopilatio. num. 16. Sed tamen si statutum disponat negatiuè, hoc est, quòd non admittantur ad honores, vel ad collegia, vel ad Ecclesias illi, qui descendunt ex infecto sanguine, vel aliam habuerunt maculam; tunc admittuntur expositi, † quia cum huius- 1447
modi statuta sint iuri contraria, per text. in cap. eam te de rescriptis, & veniant restringenda, & non extendantur vltra illud, quod exprimitur,
† per l. si verò, §. de viro, ff. soluto ma 1448
trimonio, & statutum est sumẽdum in eo sensu, vt minus ius commune lædatur, † secundum Bart. in l. om- 1449
nes populi, ff. de iustitia & iure, nu. 56. vbi Ias. num. 60. Ripa in rubrica, ff. soluto matrimonio num. 61. Andre. Alciat. in cons. 68. n. 6. Roland.

consil.

consil.21.num.21.volum.1.Lara de
anniuersarijs lib.1.cap.7.num.32.&
lib.2.cap. 4. numer. 39. cum se-
quentibus, qui refert Aymon in
consilio 25. & Becium consilio 1.
numero 6. & Ias. consil. 50.numer.
2. & Baldum & alios, quod secus
crederem, quando à lege vel statu-
to tantum requiritur, quòd aliquis
sit idoneus. Nam tunc temporis
cum habeat pro se iuris præsump-
tionem, nulla probatio de bonita-
1500 te requiritur; † per textum in cap.
vnico de scrutinio faciendo, & in
cap. fin. de præsumptionibus cum
concordantibus.
Idem. E T Cùm in superioribus re-
soluerim, expositum esse ciuem il-
lius loci, & ciuitatis, cui exponitur,
& vbi reperitur, scitu dignum est,
quòd si aliquod legatum relinqua-
tur, vel priuilegium concedatur
virginibus, vel puellis naturalibus,
vel ciuibus alicuius ciuitatis, vel
pro eis maritandis aliquid relinqua-
tur, virgines, & puellæ expositæ
comprehenduntur in dicto legato
1501 seu priuilegio, † ita Bartol. in l. 1.
ad finem, ff. ad municipalem, Ioan.
de Platea in l. ciues in fine, C. de in-
colis & originarijs libr. 10. Gregor.
Lopez in l. fin. titul. 20. part. 4. in
verbo, *Echando*, ad finem, quos se-
quitur Lara de anniuersarijs libr. 1.
cap. 21. numer. 78.
Quæs. 260 A D D E Etiam huic tractatui,
De virginibus. quòd virginibus hoc est peculiare
priuilegium concessum, quòd vir-
gines solę sunt in Abbatissas eligen-
1502 dæ, & præferendæ, † per glossam
in Clementina attendentes, §. sta-
tuimus de statu monachorum, ita
Azeuedo in consilio 24. numer. 8.
Et pauperes consanguinei sem- Consanguinei paupe-
per sunt præferendi in legato gene- res.
raliter pauperibus relicto, † ita Ti-
berius Decianus in cons. 1. num. 51. 1503
vol. 3. Azeued. in cons. 16. num. 40.
& passim pro eorum opinione exe-
cutorias Regias vidimus.
E T Talis est seniorum priuile- Quæs. 261
gium, quòd semper in beneficijs, & Seniores.
præbendis senior debeat præferri, † 1504
secundum Psalmistam vol. 1. & Ro-
chum de Curt. de iure patronatus in
verbo honorificum nu. 42. Bald. in
cons. 167. vol. 4. Gregor. Lop. in l. 7.
tit. 15. par. 6. in glos. verbo, *Mas an-
ciano*, Ioan Gutier. in cons. 12. num.
30. Lara de aniuersarijs lib. 1. c. 7. n.
4. qui vbi supra lib. 2. c. 3. tenet, quòd
etiam præfertur Doctor peculiari
priuilegio. † Quòd priuilegium etiã 1505
in sequestratione bonorũ reperitur; Doctor.
adeò quod aliméta sint eroganda il- Alimẽta.
li, cuius bona sequestrãtur, † ex do- 1506
ctrina Aluar. Velasc. in consultatio-
ne 1. Procuratorque in rem suam, Procurator
quem dicimus, *En causa propia*, non in rẽ suã.
potest reuocari amplius, † ita tra- 1507
dit Philippus Decius in consilio 521.
numer. 9. & Gratia. in regul. 389.
numer. 9.
M V L T O T I E S Q V E Du- Quæs. 262
bitationi ansam præbet, quòd debi-
tores, qui in suis debitis exigendis à
debitoribus præuetione & anticipa-
tione vtuntur suum debitum exigen
do, quòd licèt debitor alios habeat
creditores priuilegiatos, qui pòsteã Creditorũ
appareat, & sua debita petũt, & si de- cõpetẽtia.
bitor nõ est soluẽdo, petunt pecuniã

iam solutam alteri creditori, & ideò dubitatur, vtrum repetioni sit lo-
1508 cus. † In qua quæstione videtur non esse locum repetitioni, quia creditor, qui prior exigit, vigilauit in exactione sui debiti, & vigilantibus, & nō dormientibus iura subueniũt, & repetitionem debiti soluti non cō-
1509 cedunt, † l. pupillus, ff. quę in fraudē creditorum, l. fin. C. de deposito, & vtrobique Bart. & Doctores. Sed veritas huius quæstionis talis est hac distinctione, quòd aut debita sunt personalia, aut realia & hypothecæ, & priuilegiata, & si fuerunt personalia, iura subueniunt creditori, cui primo fuit facta solutio, & non est
1510 locus repetitioni. † Et in hoc casu loquitur dicta lex pupillus, ff. quæ in fraudem creditor. & dicta lex fin. C. de deposito, & l. 11. tit. 14. & l. 9. titul. 15. par. 5. Si autem debitum est reale, fiscale, & hypothecæ, & priuilegiatum, tunc temporis datur repetitio solutæ pecuniæ, quæ repetitio competit priori creditori priuilegiato ratione priuilegij & hypothecæ,
1511 † per l. pecunia. C. de priuileg. fisci, tradit & latè resoluit Couarru. in practicis quæstio. cap. 29. per totum, & Gomez de Leon in sua centuria cap. 36. & 86. & Gregor. Lop. in dicta l. 11. titul. 14. part. 5. in glossa verbo, *No obligando sus bienes*, & est textus expressus sic distinguēs in l. fin. §. etsi præfatam, C. de iure deliberandi. & resoluit Felicianus de censibus tomo 1. libr. 3. cap. 5. numer. 17. Parlador. de rebus quotidianis, libr. 2. cap. fin. part. 5. §. 3. à numer. 46. & Barbosa in l. 1. ff. soluto matrimonio 6. part. à nu. 21. & Ioan. Gutier. in practicis quæstio. lib. 5. in quæst. 100.

ET In nostra priuilegiorum materia venit interpretanda practicabilis, lex 9. titul. 11. lib. 2. Recopilation. ibi: *Mandamos que todos los otros pechen, y paguen, no embargante que traigan pleytos pendientes,* vtrum nobiles, qui nondum consequuti sunt sententiam, admittantur ad officia nobilium lite pendente. † 1512 In qua quæstione tenet partem negatiuam Couarru. libr. 1. variarum resolut. cap. 16. numer. 11. & Otalor. de nobilitate in 3. part. tertiæ partis principalis numer. 5. cum sequentibus, & Didacus Perez in l. 6. titul. 2. libr. 4. ordinamenti in glossa, *No embargante*, versicul. Vtrum autem column. 1380. Sed affirmatiuam partem, hoc est, quòd nobiles lite pendente gaudeant officijs nobilium, tenet Auendaño de exequendis mandatis Regum 1. parte capit. 19. numer. 23. ad finem, & Ioan. Gutierr. in practicis quæstion. lib. 1. quæst. 25. pag. 71. & hanc opinionem tanquam veriorem defendit Ioan. Garcia de Nobilitate in glos. 35. numer. 49. quæ opinio in plurimis partibus prædictæ legis Regiæ probatur, si bene perpendatur.

Quæst. 263. Cap. 34. *Nobiles litigantes in per nobilitate.*

ET In alimentorum materia est admodum controuersa illa quęstio, vtrum pater habens filios legitimos, possit filio spurio quintum pro alimentis relinquere, si dictus filius spurius toto quinto non egeat ad suam congruam susten-

Quæst. 264. *De alimentis filiorũ spuriorum.*

1513 sustentationem,† In qua quæst. Couar. de sponsalibus 2.part.c.8.§.6.n. 8.& 10. & Ant. Gom. in l.10.Taur. numer. 41.tenent, quòd pater poterit prædicto filio spurio totum quintum relinquere alimentorum ratione. Sed contrariam opinionem tanquam veriorē sequitur, & defendit Tellius Ferdinand. in l.10.nu.6.cum sequentibus, & Rojas in epitome succeßionum, c.22.nu.31. & Ludouic. Molina de Hispan. primogeni. lib.2. cap.15.nu.54.& Matienç. in l.8.tit. 8.lib.5.Recop.glos.1.nu.13.& 14. & Ioan. Gutier. in practicis quæstio. lib.2.quæst.110.& in foro conscientiæ esse veram tenet fr. Manuel Roderic. in sua summa cap.10.nu.21 quod seruabitur, etiamsi spurius viuente patre alimenta petat, iuxta prędictorum doctorum opinionem: & licèt controuersum fuerit, vtrum 1512 alimenta illegitimis præstanda sint iuxta congruam sustentationem, & non iuxta recipientis dignitatem, verior opinio est, prædicta alimenta esse præstanda dignitate & quali-
1514 tate recipientis attenta, † quod in praxi receptum est, secundùm Molinam vbi supra numer.55.cum sequentibus, & Humadam in scholijs ad Gregor. Lopez in l.2.titul.7. part.2. glossa 1. numer.5. qui pro hac opinione ponderat glossa, & leges partitæ. Magisque controuertitur inter Doctores, vtrum si quintum non sufficiat pro alimentis præstandis filijs illegitimis ad congruam sustentationem posit, & debeat pater vltra quintum eis re-
1515 linquere. † De qua quæstione plurimi controuertunt, vt videbis apud Molinam de Hispan. primogeni. lib.2.cap.15.à numer.52.cum sequentibus, & Ioan. Gutierrez in practicis quæst.lib.2.quæst.109.& Zauallos in 3. tomo quæ communes quæst.779. per totam, qui authores vtriusque opinionis referunt, distinctionemque adducunt. Sed vt hæc difficultas sedari posit, vera distinctio & resolutio erit, quòd stantibus bonis ad congruam sustentationem legitimorum, & illegitimorum pater posit, & debeat illegitimis vltra quintum relinquere, si hoc opus habeant ad congruam vitæ sustentationem ratione imbecillitatis, infirmitatis, dementiæ, aut furoris. Si tamen legitimis, & illegitimis non sufficiant parentis bona, tunc legitimi præferantur, eisque vltra quintum non auferatur, ita resoluit Matientius in l. 8. titulo 8. libr. 5. Recopilationis glossa 1. numer. 9. cui adhæret Humada in scholijs ad Gregor. Lop. in l.2.titul. 7.part.2 glossa 1. numer. 6. quibus libenter assentio, cum Angulo de melioratio. l.12. num.33.

ESTQVE Difficilima quæstio, vtrum pater, vel auus, nō vtens priuilegio per spatium decem, vel viginti annorum, vt in superioribus resoluimus, illud amittat, tam quoad se, quàm quoad posteros & successores, quando est concessum sibi, & posteris, & successoribus. † 1516 Quam quæstionem latißimè pro vtraque parte disputat Ioan. Garc. de Nobilitate, glos.6. à numer.38.adducens quàmplurima fundamenta,

*Quæst.275 Pater non vtens priuilegio an præiudicet posteris.*

quæ sunt scitu visuque digna, & ad plurima conducunt, & tandem resoluit, quòd priuilegium, & exemptio per non vsum, vel contrarium vsum perditur tam quoad patrem, & auum, quàm quoad posteros, & descendentes, licèt omnibus sit concessum. Quæ opinio iure nostro attento, per ea quæ ab ipsis referuntur, vera & indubitabilis est; à qua non potest recedi, nec in iudicando, nec in consulendo.

*Quæst. 266* *Quis cognoscat de exemptione.* ET Quia quotidie iudices inferiores iudicant de priuilegiorum valore & interpretatione, est notandum, quòd quando lis vertitur circa personam priuilegiati, vel circa factum, huiusmodi iudices inferiores cognoscere possunt. Si tamen lis vertitur circa valorem & sensum, seu interpretationem priuilegiorum, hæc cognitio pertinet ad Regem, ad suumque Regium Consilium, *De contaduria mayor*,
1517 † ita Bald. in cap. 1. numer. 3. apud quem vel quos feudi controuersia debeat decidi in vsibus feudorum. Gregor. lop. in l. 17. titul. 28. part. 3. Ioan. Garc. de Nobilitate, glos. 1. §. 1. à numer. 1. cum sequentibus, qui ita interpretantur verba legis ex facto, ff. de vulgari, ibi: *Beneficia principalia, ipsi Principes solent interpretari*, l. 2. tit. 1. part. 2. ibi: *Otro si, ha poder si fuere obscuro, de lo declarar*, & l. 27. tit. 18. p. 3. ibi: *No lo deue ninguno juzgar, sino el mismo, o los otros que reynaren.* Extenditque ad materiam gabellarum in dicto loco nu. 75. quòd quando agitur de facto partium, cognoscunt iudices inferiores, si autem de iure priuilegij gabellarum, seu de eius exemptione, sensu, interpretatione, vel mente Principis, recurritur ad Regem, vel ad eius Consilium *de Contaduria ma-*
*yor*, † interpretaturque dictus Ioan. 1518
Garcia de Nobilitate, glossa 1. num. 48. legem 9. titul. 11. lib. 2. Recopil. in illis verbis: *Excepto el hijodalgo notorio de solar conocido, y el de executoria*, quòd quando iudicibus inferioribus committitur inscriptio personarum ad solutionem tributi Regij, iuxta formam prædictæ legis 9. & aliquis opponit, se esse nobilem notorium, *De solar conocido*, vel habere executoriam, si lis vertitur circa suam nobilitatem ante superiores, non poterunt inferiores iudices de prædicta exemptione cognoscere. Sed circa eam ad superiores iudices recurrendum est,
† per ea quæ ipse adducit, quod pro- 1519
bat per dictam l. 9. ibi: *Pero es mi merced, que si alguna contradicion les quisieredes, o quisiere poner alguna persona, o concejo contra lo en esta ley contenido, que no conozcades dello.* Si tamen lis non vertitur apud superiores iudices, vel ab eis inscriptio demandata sit, & aliqua lis vertatur super exemptione concessa à iure Doctoribus, vel Licentiatis, vel circa torturam, vel palinodiam, & alia huiusmodi, iudices inferiores de his cognoscere possunt, per incidentiam, vt traditur à dicto Ioan. Garcia vbi supra, glossa 35. num. quadragesimo septimo & nos in superioribus obiter resoluimus.

TENET-

*Quæst. 267 Privilegiatus quando inquietetur.* TENETQVE Dictus Ioan. Garcia vbi supra, glossa 48. numer. 19. vnum valde notabile, videlicet, quod in causis priuilegiorum, sicut in causis nobilitatis, non sufficit inquietatio verbalis, ad hoc vt aliquis conqueri possit,
1520 sed requiritur realis inquietatio, † ex doctrina Bartol. in l. si prius, ff. de noui operis nuntiatio. à numer. 3. vbi Alexand. à numer. 17. vsque ad numer. vigesimumtertiũ, & ex doctrina Bartol. in l. prima, §. huius autem edicti, numero secundo, ff. vti possidetis, qui Ioannes Garcia vbi supra à numer. 9. cum sequentibus, netuose defendit, legem diffamari, C. de ingenuis, & manumissis, intelligendam fore
1521 in reali diffamatione, † per ea, quæ ibi adducit, & in glossa 48. §. 1. cum sequentibus, refert plurimos, qui habent priuilegium à iure, ne trahantur ad testificandum coram iudicibus superioribus, *De hijosdalgo.* †
1522

*Quæst. 267 De vxore & filio volentibus accusare, & pacem facere.* OBITERQVE Non minor difficultas est disputanda in nostro de priuilegiorum explicatione tractatu, vtrum vidua habens filios præferatur eis in accusatione mariti occisi patris prædictorum filiorum. † In qua quæstione licet
1423 Castillo de vsufructu libr. 1. capit. 21. numer. 25. defendat filios esse præferendos, tamen refert quamplurimos Doctores pro communi tenentes, quod vidua præferatur, vt apud eum videre poteris, cui communi adhæreo, ab eaque non recedendum puto.

MAIORQVE Dubitatio est, vtrum per transitum ad secundum matrimonium vidua amittat hanc accusationem. † Et prædictam accusationem amittere, tenet Villalpando ad l. vigesimãsecundã, titul. primo part. septima, §. 40. numero tertio, versiculo, Limita singulariter, quæ opinio comprobatur. Nam mulier per transitum ad secũda matrimonia perdit illud, quod à lege ei fuerat delatum, † vt tradit Castil. in dicto tractatu de vsufructu in loco supra citato, qui vbi supra dicta quæstio. 40. num. 3. tenet, quod lex admittens viduam ad accusandum de morte mariti, est exorbitans, & restringenda; † & coniunctio mulieris est accidentalis ratione matrimonij, quod in viduitate continuatur, & cessante matrimonio, & viduitate cessat illa coniunctio, vt per eumdem Castellum vbi supra numero vigesimo septimo, & quia mulier non admittebatur ad accusandum de morte mariti de iure digestorum, & admittitur de iure nouo, C. quia reputantur duo in carne vna, † per textum in cap. gaudemus de diuortijs, quod est verum, quatenus durat matrimonium & viduitas. Præterea vidua admittitur ad accusationem de morte occisi mariti propter dolorem, qui dolor cessat stante secundo marito, cui amor de nouo applicatur, & non potest esse mulier in carne vna, & in vno amore cũ primo marito mortuo, & cum secundo viuo, quia darentur duo specialia, quæ nõ admit-

*De muliere secundo nubente.*

1524
1525
1526
1527

1528 admittuntur in iure, † per tex. in l. 1.
C. de dotis promissione secundum Gratum consil. 35. num. 8. lib. 2 & secundum Barbosam in l. 1. ff. soluto matrimonio 3. p. num. 45. versic. sed aduersus cum sequentibus, Bursat. consil. 271. num. 25 lib. 3. & ratio potissima, per quam mulier nubendo secundo marito amittit filiorum tutelã, est, ratione magni amoris, quã applicat secundo marito. l. 40. tit. 16. part. 6. & mulier per transitum ad secundas nuptias amittit lectum quotidianum, & vestes lugubres, quæ filijs, & hæredibus primi mariti resti-
1529 tuuntur, † l. 6. tit. 6. lib. 3. fori Regalis, vbi tradit Montaluo: & quia mulier secundo nubens dicitur de domo & familia secundi viri, & perdit priuilegium illius primi mariti, & sepelitur cum secundo marito, & non potitur mariti priuilegio, nisi qua-
1530 tenus in viduitate permanserit, † c. is qui. §. mulier de sepultura lib 6. Cassanęus in consuetudinibus Burgundiæ rubrica 10. §. 7. num. 3. l. filij. §. vidua. ff. ad municipalem. l. mulieres. C. de incolis lib. 10. vbi Ioanni. de Platea, & ad hoc vt mulier dicatur vidua, debet in viduitate persiste-
1531 re, † secundum Bart. in authentico de nuptijs. §. soluto, num. 1. qui in l. fin. C. de priuilegijs scholarium lib. 12. num. 1. tenet, quòd mulier per transitum ad secundas nuptias amittit primi mariti priuilegium, vt supra diximus, & etiam vidua per cõtractum secundi matrimonij statum
1532 suum mutat, † l. mulieres. C. de dignitatibus lib. 12. fecitq; illud singulare, quod mutata personę cõditione,

mutatur priuilegium, † l. fiscus. ff. de 1533
iure fisci, cap. vnico. §. verum de iure patronat. vt per nos latè in superioribus num. 981. mutatione autem status videtur alia persona: † ita Bart. 1534
in l. iuris gentium. §. si ante aditam num. 1. ff. de pactis, & deficiẽte causa cõcessionis alicuius priuilegij cessat priuilegium, l. cura. §. deficientium. ff. de muneribus, & honoribus, l. his oneribus. §. penultimo. ff. de vacatione munerum, l. semper. §. negotiatores. ff. de iure immunitatis, l. tutelas. §. sed legitimæ. ff. de capitis diminutione. Quibus obstare videtur, quòd pœnæ secundo nubentium sublatæ sunt hodie, † per tex. in cap. 1535
penultimo, & final. de secundis nuptijs, vbi scribentes l. 3. tit. 1. lib. 5. Recopilation. quod tenet Anton. Gabriel in 3. tom. communium opiniõ num lib. 3. conclus. 5. pag. 223. Hippolyt. Riminald. in consil. 279. nu. 116. cum sequentibus tomo 3. Quibus responde, quòd pœnæ secundo nubentium, quæ sublatæ sunt de iure Canonico, & Regio, non habent locum in his, quæ introducta sunt in fauorem filiorum, † iuxta plurimo- 1536
rum opinionem, vt per Castellum de vsufructu lib. 1. cap. 2. num. 16. & prædicta correctio iuris Canonici, & Regij intelligitur, quando sunt merè pœnæ, secus si non essent merè pœnæ, licẽt non concernant fauorem filiorũ, sed aliunde proueniant, ita Ioan. de Garroni. in rubric. de secundis nuptijs nu. 14. par. 2. & Anton. Gabriel vbi supra conclus. 5. n. 10. quibus obstare videtur, quòd sententia de futuro valet, si depen-

det

1537 de iure, quod est de præsenti, † l. 1. C. de sententijs, quæ sine certa quãtitate, vbi tenet Bart. in principio, & Salicet. num. 1. quæ lex habet quinque lecturas, de quibus latè Bart. ibi dem, & habens aliquod ius tempora le in re, si aliquod acquirit in illa re, il
1538 lud acquisitum perpetuo durat, † secũdum Paul. de Castr. in l. si is cui, §. hæres num. 2. ff. quemadmodum seruitut. amittantur, per tex. ibi: *Et cõ cessam alicui ratione certa qualitatis, ei non tollitur, licet illa qualitas postea*
1539 *cessauerit*, † tex. in §. semel, instituta qui manumittere non pos. nam sufficit, adfuisse semel conditionem, li-
1540 cèt non permaneat, † vt per Tiraq. in l. si vnquam. C. de reuocand. donation. in glossa verbo susceperit liberos numer. 151. Sed respondetur, quòd prædicta iura, & Doctorum doctrinæ, loquuntur in casu, in quo non requiritur effectum, & tractum successiuum, vt in vidua, quia tunc temporis, quotiens causa, vel conditio cessauerit, cessat effectus, l. Titia, ff. de annuis legat. tenet Ripa in l. ex facto. ff. de vulgari, & pupilla. num. 38. & habens ius ad rem permutatio
1541 nem status rei, perdit actionem, † pet tex. in cap. fin. de concessione præbendæ lib. 6. l. qui actionem. ff. de regulis iuris, l. minus est. ff. eodem. l. cum quis in fin. ff. de solutio. ibi: *Tacitè enim hac conuentio inesse videtur, si in eodem statu permaneat*, l. 5. tit. 14. partita. 5.

Quæs. 269 Quid si lite contestata? Sed maior dubitatio est, vtrum prædicta vidua amittat accusationẽ de morte mariti per transitum ad secunda vota, si anteà erat lis cõtestata cum occisore. † Et videtur, quòd ac- 1542 cusationẽ, & ius accusandi amittat, etiamsi lis sit contestata, si secundò nubat, quia si ius accusatoris perijt, pendente iudicio, sequitur absolutio, † & si actor pendente iudicio de- 1543 sinit esse dominus, ius eius extinguitur, l. seruus furtiuus, vbi Bart. num. 2. ff. de conditione furtiua, & Paul. de Castro ibidem nu. 3. Sed nihilominus contrarium est tenendum, & sic quòd si nubat vidua post litem contestatam, non perdat actionem, & accusationem, & eam posit prosequi, quia verum est, & ab omnibus receptum, quòd actio iniuriarũ post litem contestatam, & post appellationem actoris transit ad hæredes, & non perditur quantum ad bona, & condẽnationem pecuniariam, † per 1544 tex. in §. non autem versiculo pœna les, instituta de perpetuis, & temporalibus actionibus. l. 20. & 25. tit. 14. l. fin. tit. 9. part. 7. l. 28. tit. 23. par. 3. vbi optime Gregor. Lop. in glos. verbo, *contra sus bienes*. Quod optimè comprobatur, nam virgo querelãs ratione stupri si nubat digno, vel indigno post accusationem, non amittit actionem, quoad dotem, & interesse: † ita 1545 tradit Anton. Gom. in l. 80. Tauri n. 11., & Bernardus Diaz de Lugo in sua praxi criminali, in cap. stuprum num. 7. vbi latè Ignatius de Salzedo in additione litera. C. qui alios allegat Doctores.

Quæs. 270 Quid si moriatur? ET hinc deducitur, quòd si vidua moriatur post accusationem, & litem contestatam cum occisore mariti, transeunt actiones ad eius hæredes, † per iura supra dicta, quibus cõ- 1546 uenit

uenit examinare, vtrum actio, & accusatio, quæ post litem contestatam à vidua contra occisore mariti post eius mortem trãsit ad suos hæredes, præiudicet filijs mariti mortui, si fortè eos habuerit ex alio matrimonio? Et videtur eis non preiudicare, & quod post mortem viduæ ad dictos filios transeat accusatio, & non ad hæredes prędictæ viduæ, per plurima fundamenta allata à Castello de vsufructu lib.1.cap.2.à num.25. quę videas, quia ingeniosè loquitur. Sed veritas est in contrarium, & sic quòd hæredes prędictæ viduæ, quæ litem est contestata, sint præferendi, & succedant, ad eosque transeat actio, & accusatio inchoata, & non ad filios dicti occisi habiti ex alio primo matrimonio. Et ratio est, quia vbi statutum, vel pactum, vel priuilegium defert lucrum, vt in nostro casu, cõsideramus originem, & causam, &
1547 non euentum, † vt in l.1.§.lucratiuas.C.de imponendis lucratiuis descriptio.lib.10.allegat alia Ripa in l. si vnquam.C.de reuocand.donatio. num.48.quæst.22. & cessante causa, non cessat effectus iã consummatus,
1548 † per l.fin. ff. vnde liberi, licèt perueniamus ad eum casum, à quo fortè causa non sumpsisset exordium, l. si sub vna.§.si vni. ff. de verborũ obligation. vt tradit ipse Ripa vbi supra in quæst.23.num.52. Et beneficium concessum ratione exuberantis fauoris, vt in vidua, conceditur à lege circa accusationem de morte mariti, & filiorum prælatione, vt dictum remanet in superioribus requirit specialem renuntiationem ad hoc, vt ad hæredes suos non transeat, vt habetur in l. 1. secundum intellectum Baldi ibidem, ff. si quis vocatus non ierit: & quia actio descendens à lege, vel statuto debet esse perpetua, † 1549 vt tradit Bartol.in l.2. C. quæ sit longa consuetudo, & alij Doctores relati ab Alberto Bruno in tractatu de augmento conclusione 3. principali numero.70. ad finem. Quibus obstare videtur regul. text. in l. adigere.§.quamuis, ff.de iure patronat. vbi probatur, quòd cessante causa restitutionis cessare debet, & retractari restitutio. † Sed respõde, quòd 1550 prædicta regula non habet locum quando actus causæ iam est consummatus, per tex. in l. qui res. §. areã, ff. de solution. l. sancimus. C. de administrat. tutor. ex quo sequitur, esse veram illam opinionem glossæ legis vbi adhuc. l. de iure dotium in verbo abutatur, quam contra alios sequitur Bart. in l. si constante in 9. quæstione.ff.soluto matrimonio, & Speculat. Paul. & Angel. & quos refert, & sequitur Ioan. Campecius de dote in quæst.47. videlicet, quòd si dos fuit soluta mulieri propter inopiam mariti, ei non aufertur, licèt postea maritus veniat ad pinguiorem fortunam, quia vt supradiximus, actus causæ iam erat consummatus. †

*De vxore, quæ recepit dotem proter inopiam mariti.*

1551 ET Cùm in superioribus resoluerimus, quando iuramentum faciat actionem perpetuam, erit nõ inelegans in nostra materia examinare, vtrum iuramentum transeat ad hæredes. † In qua quæstione est resoluendum, quòd generaliter iura- 1552

*Quæst. 271*

*De iuramento quando trãjeat ad heredes.*

mentum

mentum non transit ad hæredes, cũ sit personale; cap. viam veritatis de iure iurando, tenet Couarru. in cap. quamuis pactum de pactis lib. 6. 1. part. §. 5. num. 6. & 7. Ioan. Gutierrez, & quos allegat in tractatu de iuramento confirmatorio. 3 part. cap. 12. n. 7. in principio, & tenent quam plurimi Doctores, quos refert Grat. in regul. 273. in princip. nec facultas iurandi transit ad hæredes, vt notat Masuerius ad practicam Ferrariensem in §. iusiurandum libello 1. in verbo perfectam scientiam nu. 11. & Marcus Anton. Babier. de virtute iuramẽti quæst. 45. n. 63. & Grat. vbi supra n. 1. qui in n. 2. ampliat in eo, qui iurat pro se & suis hæredibus cũ Bernar. Diaz de Lugo in regul. 386. vbi Ignatius de Salzed. in additione, & ideo iuramenti delatio non trãsit ad hæredes, secundum Marantam de ordine iudiciorũ 6. p. tit. de iuramen. n. 5. pag. 464. & ex tex. in l. generaliter, C. de rebus creditis, & iure iurando, tenet Plot. in tract. de in litẽ iurãdo, §. 29. n. 3. pag. 198. & Masuerius vbi supra, & Roman. in consi. 290. Ias. in l. penult. ff. ne quis eum qui n. 7. & in l. admonendi, ff. de iure iurando n. 313. & Becius in consi. 47. lib. 1. à n. 16. vsq; ad nu. 29. & Tiraq. de retractu tit. 1. §. 2. glos. 2. nu. 9. & in tracta. de præscript. §. 23. vers. Id tamen. Sed nota, quòd licèt iuramẽtum non transeat ad hæredes quoad periurium, transit tamen in quantũ attinet ad contractum, in quo iuramentum ponitur tam actiuè quàm passiuè, & quoad obseruantiam illius, quod defunctus iurauit, vt ipsius anima non cædatur, vt tenent quam plurimi authores relati ab Anton. Gabr. in 3. tom. communiũ opinio. conclus. 6 pag. 119. & hac de causa transit iuramentum cõfirmatorium cõtractus ad hæredes illius, in cuius fauorem iuratur, & ex ista parte non est personale, vt tradunt Doctores in cap. viam veritatis de iure iurãdo maximè Imol. & Matth. de Afflict. qui alios allegat in decisione Neapolitana 285. num. 2. & Ioan. Campecius de dote 4. p. q 11. n. 4. refert quã plurimos authores Gratian. in regul. 273. num. 4. & quando lex disponit, quòd stetur iuramento damnũ passi, tale iuramentum transit ad hæredes, ita Roman. in l. 3. ff. de iure iur. Ias. in l. penul. §. hoc iudicium, ff. ne quis eum, Tiraquel. de retract. lib. 1. §. 2. glos. 2. n. 8. iuramentum tamen suppletoriũ, & facultas iurandi cõcessa à lege admonendi, ff. de iure iurando in defectũ probationis transit ad hæredes, vt habetur in volum. 4. communium opinionum pag. 42. ex doctrina Stephani Ranquini in conclus. 75. & tenet Marcus Anton. Babiera in tractatu de virtute iuramenti quæst. 45. nu. 64. Greg. Lop. in l. 2 tit. 11. par. 3. in glos. verbo, *Vestigo*, post medium.

Et hinc deducitur, quòd si plures de populo aliquid adimplere iurauerint, licèt nullus eorum viuat, successores obligãtur ad obseruantiam contractus iurati, † ita Ioan. Gutier. 1554 in authentica sacramenta puberum num. 17. cum sequentibus, Matienço in l. 3. tit. 10. glos. 13. nu. 11. libr. 5. Recopilat.

Ideo-

*Ville & castra.* Ideoque si collecta imponatur alicui ciuitati, videtur etiam villis & castris illius ciuitatis imposita, † glos.
1554 notabilis in authent. quibus modis naturales efficiantur legitimi, §. si vero, l. non est, C. de incolis libr. 10. tradit Matth. de Afflict. de iure pro tomiseos in principio nu. 2. allegãs multa iura, & Doctores, vbi etiã tra
*Prouincia.* dit, quæ dicatur prouincia, & sub
1555 hoc nomine comprehẽdatur, † quæ conducunt ad priuilegia cõcessa alicui prouinciæ, & ad collectas seu gabellas, vel tributa alicui prouinciæ imposita. Nota tamen, quòd lex fin. C. qui bonis cedere possunt, quę disponit circa inducias, veldilationes quinquennales in fauorẽ debitorũ, limitatur, & non habet locum, quãdo creditor pro se habet contractũ
1556 iuratum, † secundum Bald. in cap. constitutus de rescriptis column. 3. Alexand. in consil. 205. in fine, vol. 2 & cons. 38. vol. 3. tenet Marc. Ant. Babiera in tract. de virtute iuramenti n. 34. & Ioan. Gutier. de iurament. cõfirmat. 1. p. c. 65. n. 1. quem videas circa cessionem bonorum in c. 18. n. 6. & ideò si aliquod concedatur priuilegium debitoribus à Principe, vt intra aliquod tempus non possint conueniri à suis creditoribus, vt iam concessum viderim, hoc priuilegiũ non extenditur ad debitum, in quo
1557 adest iuramentum in contractu, † ita tenet Romanus in singulari 185. incipit, si Lucius, & Marc. Anto. Babiera vbi supra num. 34. ad fin.

*Quest. 272. De vxore.* HABET QVE Mulier hoc priuilegium, vt præferatur cæteris creditoribus mariti pretendentibus, quòd maritus eis tradatur cũ argolla ferrea, quando bonis cessit, † iuxta 1558 opinionem Anton. Gom. in 2. tomo variarum cap. 11. nu. 33. Villalobos in ærario commun. opinion. litera D. n. 115. & Greg. Lop. per tex. ibi, in l. fin. tit. 5. p. 4. in glos. verbo, *De honra*, Baeça de inope debitore. c. 3. nu. 10 & fin. & Ioan. Gutier. de iuram. confirmat. c. 18. n. 7. qui in n. 8. idem disponit in filio familias, quando cesſit bonis cũ Anton. Gom. quẽ refert: sed filius familias in hoc casu quando pater cedit bonis, & venit tradẽdus creditoribus, cum argolla ferrea, non habet hoc priuilegium, etiã pro debito dotis matris suę in competentia aliorum patris sui creditorũ, † ita 1559 Baeça vbi supra n. 26. qui rationẽ assignat. sed Ioan. Gutier. in d. c. 18. n. 7. opinionem limitat Baeça in d. c. 3. n. fin. quòd mulier non præfertur cęteris creditoribus mariti, quando ei dotem suam offerunt, quia tunc tẽporis excluditur mulier, cùm sit eius obligatio extincta per solutionẽ dotis, iuxta text. in l. lex vectigalis, ff. de pignoribus, quia iam habet, vnde alimenta sumat.

SED Dubitationis causam in hac materia prebet l. nũmis ff. de legat. 3. vbi nummi legati debentur exiguiores, & l. si ita rescriptum in fine, ff. de legat. 1. vbi in legato dubio, quod minimum est debetur, † vt videamus, quid dispositum sit, quando vertitur fauor & priuilegium Ecclesiæ, veluti si Ecclesiæ legetur, vel relinquatur calix, de quo calice intelligatur. Et dicendum est, quod in tali relicto intelligitur de calice argenti *Quest. 271. Delegato Ecclesiæ.* 1560

fauo-

1561 fauore Ecclesię, † per tex.in l. Titia,
§. Scia, ff. de auro & argent. legat.
vbi tenet Bart.n.2.& ideò fauore li-
bertatis intelligitur legatum illud,
quod est seruo vtilius, per l. idemq;
ipsi,ff.de conditio.& demonstrat. te
net glos.verbo,exiguum in d.l. si ita
scriptum in fin.si Princeps auté con-
cedat alicui priuilegiũ & exemptio-
nem omnium bonorum suorũ,quos
habuerit in domo sua tempore mor
tis,& iste aliquo tempore in villa,vel
in aliquo prædio habitauerit extra
propriam domum animo redeundi
ad dictam domum, & casu aliqua
bona secum ad villã portauerit,ibiq;
mortem obierit; dubitatur, vtrũ di-
cta bona reperta in villa cõprehen-
dantur in dicto priuilegio & exem-
1562 ptione.† Et licèt Paul.de Castro di-
stinguat in l. huiusmodi, §. legatum,
ff.de legat. 1. indistinctè videtur te-
nendum, quòd prædicta bona in-
uenta in villa, vel prædio tempore
mortis sint libera & exépta,per text.
in l.quæsitum,§.fin.l. si ita legatum,
ff.de legat.3 l.Labeo,ff. de statu libe
ris,& cum hac opinione residet A-
lexand.in additionibus ad Bart. in l.
cum delanionis, §. Sabinus, ff. de
fundo instructo instrumentoq; lega
to,allegans summarium Bart.in d.l.
quæsitum,§.fin. Et ideò si Rex præ-
ceperit,quòd de tali ciuitate tempo-
re guerræ nõ extrahantur sagittę,vel
munitiones ad bellum necessariæ,
dubitatur vtrum extrahi possint bal-
listæ & arcabuces? Et videtur,extra-
hi posse, & in dicto pręcepto non
1563 comprehédi, cũ sit odiosum. † Sed
veritas est in contrariũ hoc est,quòd
ballistæ & arcabuces comprehen-
dantur in dicto mandato,per text.in
l. qui penum, ff. de penu legat. vbi
tenet Bart. num.1.

NEC Extra rem facit examina Quæs.274
re, vtrum confiscatis bonis alicuius,
comprehendantur etiam bona futu
ra, quæ posteà acquisiuerit titulo hę
reditario,vel aliquo modo.† In qua 1564
quæstione videtur tenendum,quòd
in condemnatione seu cõfiscatione
comprehendantur futura bona, &
posteà acquisita. Et pro hac parte
primò facit,quòd si pater sibi stipu-
lauerit dotem filiæ mortuæ in matri
monio,si constante dicto matrimo-
nio eius bona confiscãtur, pertinent
dicta bona dotalia ad fiscũ,licèt post
sententiam veniat conditio adim-
plenda, † per l. inter socerum, §.fin. 1565
ff.de pactis dotalibus, tenet Bald. in
l.vltima,C.de cõtrahend. emptione
nu.15. Et secundò facit, quòd si de-
portatus aliquid post sentétiam ac-
quisierit, illud adquisitũ nõ pertinet
ad fiscũ hæredũ,sed ad fiscũ,† per l. 2. 1566
C.de bonis proscriptorum. Et tertiò
facit,quod si posthumus instituatur
ab aliquo,talis institutio comprehé-
dit posthumum natum ab alia vxo-
re, cum qua secundum contraxe rit
matrimonium, † per l. placet cũ se- 1567
quenti,ff.de liber.& posthum. l. pe-
culium,ff.de legat.2.tenet Bartol. in
cons.59.numer.7.& 8.Quartò facit,
quòd si aliquis obligauerit sua bona,
comprehenduntur in tali obligatio-
ne bona futura,† l.vltima,C. quę res 1568
pignori obligari poss. l.5. tit. 13. p.
5. l.7.titul.19.libr.3.fori regalis. Sed
nihilominus veritas est in contrariũ,

&

& sic quòd in dictā cōdēnatione & confiscatione bonorum non veniāt bona futura, & acquisita post sententiam & condemnationem, per l. si mandauero tibi, §. is cuius, ff. mandati, l. eius qui §. 1. ff. de testament. l. si deportato seruo, ff. de legat. 4. cap. felicis verum de pęnis lib. 6. glos. verbo, præsens in l. non ad ea, ff. de conditio. & demonstratio. Bald. in l. etiā C. ad legem falcidiā, Roman. in singulari 168. & cons. 247. nu. 2. Ias. in l. vltima, ff. si certum petatur n. 11. & in l. si victum n. 5. ff. de repud. Alex. cons. 23. n. 2. vol. 1. Bald. in l. ex facto, ff. de vulgari, Alex. Ias. & Dec. in l. 3. §. illud, ff. quod quisq; iuris Paul. l. quod traditum, ff. de conditio. & de monstratio. & in cons. 56. vol. 1. Bar. in l. certa forma, C. de iure fisci libr. 10. & Decius consil. 438. num. 10. Quemada in quęst. 10. quam plures cummulat Hippolyt. in §. hoc quoque, instituta per quas personas nobis acquiritur num. 36. & quæ tradidi supra num. 389. cum seqq.

ESTQVE notandum, quòd si aliquis habet oppidum, vel ciuitatem cum vicis, & villis tali oppido vel ciuitati subiectis, & eius iurisdictioni titulo maioriæ, & à Rege impetrauerit facultatem extrahendi à maioria vnam de dictis villis vel vicis, vt eam filio secundo relinquat, vel ob aliam causam, ex tali facultate non poterit separare dictam villā à iurisdictione & communione pręditci oppidi, vel ciuitatis, nisi expressè à Rege hoc cōcessum fuerit, quod si non cōcesserit, erit dicta villa subiecta dicto oppido, aut ciuitati, & eius iurisdictioni, † ita resoluit Paul. 1569 de Castro in l. si fundum, §. qui fundum, versic. Item in fine nota, ff. de legat. 1. quem refert & sequitur Gregor. Lop. in l. 2. tit. 1. part. 2. in glos. verbo, *Departir*, & poterit Princeps in præiudicium iuris alteri quæsiti priuilegium concedere, si per illud res reuertatur ad ius commune antiquum, † ita tradit Panormitan. in 1570 cap. veniens col. 8. de præscriptio. Roman. in cons. 118. & alij relati & sequuti à Grāmatico in decis. 106. n. 3. Et ratio est, quia constitutio quātumcumque correctoria, per quam res ad ius commune reducitur, fauorabilis iudicari debet, † ita tenet 1571 Grammaticus vbi supra num. 2. per glos. in cap. statutum, versic. Numerandum de præbendis lib. 6.

*De facultate.*

SED cum prohibitio alienationis facta simpliciter & sine causa à testatore alienationem impedire nō soleat, & dicatur nudum præceptū & consilium, quod successores non astringit, † per l. pater filium, §. Iulius Agripa, & §. fundum Titianū, l. Lutius in principio, ff. de legat. 3. l. filius familias, §. diui, ff. de legat. 1. l. quotiens, C. de fideicommis. vbi tenent communiter Scribentes, l. 44. tit. 5. par. 5. tenet Molina de Hispani primogenijs lib. 1. cap. 6. num. 30. in principio, Anton. Gom. in l. 40. Tauri numer. 37. est quæstio in materia priuilegiorum & fauorabili, si testator legauerit alicui suum seruum tali conditione, vt non alienetur, nec vendatur, & si alienetur, sit liber, vtrū consequatur libertatem, si vendatur, & conditio non ad impleatur. † Et 1573

*Quæst. 275 De prohibitione alienationis.*

1572

per

per supradicta videbatur, quòd talis seruus non consequatur libertatem per venditionem & alienationem, & quòd sit nud m præceptū & consilium. Sed veritas est in contrariū, & sic quòd talis seruus illico quòd conditio non est ad impleta, & à legatario venditur, consequitur libertatem, per l. cum fidei, l. quidā testamento, l. rogo, ff. de fideicōmissarijs libertatibus, & vtrobique Scribentes, quod intelligi videtur verum, quando absolute & in perpetuum, & impersonaliter facta fuerit alienationis prohibitio. Et quod secus erit, si personaliter, & vni filio vel hęredi prohibito facta fuerit: nam tūctempo ris in illo tantū prohibitio & conditio verificatur, & ad hæredes non transit dicta alienationis prohibitio. Quod probatur, quia prohibitio alienationis facta filio nō
1574 extenditur ad hęredes vlteriores, nec ad nepotes, † tex. notabilis in authētico de restitutione fideicommissi, §. nos igitur collatione 9. vbi glos. Bar. & alij relati & sequuti à Couarr. lib. 3. variarum c. 5. num. 4. versicul. Ego verò, qui cōmunem opinionem dicit, & Molina de Hispan. primogenijs, cap. 4. nu. 11. qui quam plures Doctores allegat. Et quia prohibitio alienationis facta à testatore suo hæredi non extenditur ad alios hęre
1575 des, † ita Cassaneus in consuetudinibus Burgundiæ, rubr. 7. §. 5. vers. Meilleur numer. 71. & quando prohibitio alienationis vni facta est nominatim, non extenditur ad alios,
1576 † iuxta plurimorum opinionem, vt refert & sequitur Gratian. in regul. 391. ante numer. primum, & in numer. 2. Et quia prohibitio alienationis est personalis, & habet locum tantum in vita illius, cui prohibitio facta fuerit, & in eius persona verificetur conditio, & non extenditur dicta prohibitio ad suum hæredem, † ita Anton. Gomez in l. 1577
40. Tauri numer. 21. Et ratio est, quia alienationis prohibitio odiosa est, atque exorbitans, auferēsque libertatem alienandi, † secundum Ias. 1578
in rubrica, ff de legat. 1. nu. 16. quem refert & sequitur Gratian. in regul. 334. numer. 6. ad medium. Nec obstare videtur text. in l. rogo, l. cum fidei, l. quidam testamento, ff. de fidei commissarijs libertatibus, quia disponunt per verba in personalia, & denotantia perpetuam prohibitionem alienationis; & alios casus, videlicèt quando à testatore prohibetur alienatio extra certum genus personarum; & quòd si fiat alienationis prohibitio hæredi, si comprehendatur hęres hæredis, † vide plurimos 1579
Doctores per Gratian. in regul. 391. & 392. vbi latè de hac materia, & de eius veritate. Sed fauore & priuilegio libertatis & affectionis, aliter est tenendum in principali quæstione. Et sic quòd seruus, cuius alienatione est prohibita, fit liber, si vendatur, modò verba sint impersonalia, siue personalia: & modo prohibitio alienationis facta sit hæredi, vel legatario, quod probatur per l. generaliter. §. prohibitum, ff. de fideicommissarijs liberta, ibi: *Sed si ita scriptum sit, ne eum alienes, ne ve vendas, idem erit dicendū*

ita Bartol. in l. filius familias, §. diui, numer. 3. ad medium & numer. 4. vbi Ias. in 1. lectura num. 44. vers. Item si respiceret cum vers. sequenti, & in 2. lectura num. 63. & 64. & Gregor. Lop. in dict. l. 44. tit. 5. par. 5. glos. 1. ad fin. & hoc tenendo responde ad l. pater filium, §. Iulius Agripa, ff. de legat. 3. cum concordantibus supra allegatis, quod loquutur, quando prohibitio alienationis facta fuit sine causa, & sine respectu, nec fauore alicuius, quia tunc dicitur nudum præceptum & cõsilium, ita Ias. in dicto §. diui in 1. lectura num. 1. & probat dicta lex 44. vbi Greg. Lop. quòd si prohibitio alienationis facta fuerit simpliciter, & personaliter, & per verbum futuri subiunctiui, hoc est, si alienaueris, & non per verba impersonalia denotantia perpetuitatem, & respectu familiæ, vel fauore alicuius tertij, & non in causa libertatis fauorabili, vera sunt, quæ in superioribus disputauimus, & valida erit alienatio reiecta prohibitione per supradicta, & secundum Gregor. Lopez in dicta l. 44. glossa verbo, *No sea enagenada*, quod in tantum est verum, quòd si prohitio alienationis facta fuerit simpliciter, & personaliter, & per dicta verba futuri subiunctiui in fauorem grauati, & prohibiti, valet alienatio extra casus libertatis, & fauorabiles, vt
1580 supradiximus, † ita tradit Iasson in dicto §. diui 2. lectura numer. 62. & Bart. ibidem numer. 1. & ibi additio.

Quæst. 276 Cap. 35. NOTA Deinceps, quòd quando per statutum requiritur qualitas tam ad collegia quàm ad officia inquisitorum, & ad confraternitates, non sufficit qualitas priuilegiatiua, sed naturalis ab statuto requisita, † quod latè tenet, & 1581
disputat contra Ioann. Garciam de nobilitate, Lara de anniuersarijs in libr. 2. cap. 4. à num. 95. cum pluribus sequentibus, ad quem occurre, cùm casus obuenerit, ne eius dicta transcribere videar, quia bene loquitur, & pro sua opinione refert ita iudicatum per executoriam Regiam in ciuitate de Logroño. Estq; admodum controuersa quæstio.

VTRVM Fratres nati ex eadem matre ex coitu punibili & illicito vicissim inter se succedant, an verò fiscus succedat. † In qua quæstione pro fisco tenuerunt Matthesilanus de successionibus abintestato in secundo membro articulo 2. principali, cui adhæret Bologni. ab eo relatus, & Fulgosius consilio 36. Alexand. consilio 174. & Decius consilio 311. & Abbas consil. 37. Cagnolus in l. si qua illustris, C. ad Orfician. columna penulti. & Oliuer. de successionibus abintestato, numer. 84. Sed contrariam opinionem, hoc est, quòd prædicti fratres vicissim succedant, tam ex testamento, quàm abintestato, tenent Bald. de successionibus abintestato in tertia part. principali numero sexto, & Rosellus numero 28. & Sard. in tractatu de legitimation. articulo de legitimatione spurij in 7. quæstio. Quæst. 278 Fratres ex punibili co[itu]. 1582

Corneus

Corneus consilio 21. colum. penultima, & in dicta l. si qua illustris, Curtius Iunior conf. 123. Couarru. de sponsalibus, §. 5. numer. 19. Peregrinus de priuilegijs fisci lib. 3. titul. 18. num. 43. & quamuis de iure stricto materia sit disputabilis, hanc opinionem tenet & defendit Matth. de Afflictis in decisione 96. quibus cōtra fiscum affirmat fuisse pronunciatum, quam opinionem semper defendi, pro eaque iam semel obtinui in regali prætorio Granatensi, & executoriam Regiam vidi in anno 1613. & de successione illegitimorum vide Anton. Gom. in l. 12. Tauri ánumer. 48. cum sequentibus. Et cum in superioribus num. 812. probauerimus, quòd non valet donatio
Clericus do facta à milite, vel clerico cócubinæ
nat amicæ suæ, & quòd talis donatio à fisco au-
dotem. feratur, limita in relicto à milite, vel clerico causa dotis, per particularia
1583 dotis priuilegia, † vt per multos resoluit Portius consilio 21. Marcus Antonius Peregrin. de priuilegi fisci libr. 2. titul. 9. numer. 12. qui in lib. 6. titul. 4. numer. 41. cum Paul. de Castro per l. fin. C. si aduersus fiscum tenet, quòd emptor fiscalis pro re à fisco empta in iudicio conuentus potest causam trahere ad iudi-
1584 ces fiscales peculiari priuilegio, † & in numer. 42. in dicto titul. tenet, quòd fiscus in suis venditionibus habet hoc priuilegium, quod alius offerens meliorem conditionem au
1585 ditur, † per l. fin. in principio, ff. de iure fisci, vbi Bart. & ex text. in l. Lutius, §. fin. ff. ad municipal. l. si tempora, C. de fide instrumentorum libr. 10. vbi Doctores & Batto. in l. licitatio in principio, ff. de publican. & vectigalibus.

ET Dubitari contigit, vtrum exemptum à gabellæ solutione pro vsu suo censeatur etiam exemptus pro sua familia & eius vsu. † In qua quæstione Albericus tenet partem negatiuam in l. hoc legatum per tex. ibi, ff. de legat. 3. & in 2. par. statutorum, quæst. 208. & Socin. Senior in conf. 72. col. 1. & ipse Alberic. post Iacobum de Aretin. in l. vniuersi, C. de vectigalibus. Sed partem affirmatiuam decidit glossa in dicta l. vniuersi, & ibi Ioan. Faber. & est tex. in l. 2. §. 1. & in l. penultima, §. 1. ff. de vsu & habitatione, & text. in l. censoria, §. 1. ff. de verborum significatione, & l. si publicanis, §. 1. ff. de publican. & vectigalibus, dicit communem Firmianus de gabellis, 7 part. quæst. 11. & Boerius decisione 213. num. 6. & 7. & Marcus Anton. Peregrin. de priuilegijs fisci libr. 6. titul. 5. numer. 21. Et etiam dubitari aliquando vidi, vtrum diuturna præstatio facta causæ piæ ratione eleemosynę, ex mera liberalitate obliget præstantem in futurum. † In qua quæstione videtur quòd non inducet obligationem talis diuturna præstatio. Ratio est, quia actus meræ voluntatis excludit iuris necessitatem, † glossa vbi Doctores in l. solent, §. fin. ff. de officio Proconsulis, & in l. cum de in rem verso, ff. de vsuris, & in l. cum de indebito, ff. de probationi. tradit Bald. in l. fin. C. de statu defunctorum, glossa in verbo, temporis in c. cum Ecclesia

Quæst. 278 (beside "ET Dubitari contigit"); 1586 (beside "pro sua familia"); 1587 (beside "præstantem in futurum"); 1588 (beside "luntatis excludit")

Sutrina de causa possessio. & proprietat. vbi tenet Abb. notabili 3. Quod verum est, maximè quando præstatio annua diuturno tempore variatur in specie rei, quæ præstatur, secundum Auendanum & alios Doctores de exequendis mandat. Regum 2. part. cap. 4. numer. 17. qui in numer. 18. contrarium affirmat in tali annua præstatione diuturna & decennali ex fauore & priuilegio causæ piæ, ex Paul. Leazar. in cap. literis de restitutione spoliatorum, & ex cap. ad Apostolicam de simonia, & ex Hippolyto singulari 192. & est text. literalis in l. priuilegia in fine, C. de sacrosanctis Ecclesi. tenet Abb. in cap. suam numer. 7. & in cap. Iacobus in fine de simonia, & Caualcanus in decisionibus Fiuis. in 1. part. decisione 27. num. 33. Menoch. de arbitrarijs libr. 2. centuria 2. casu 160. numer. 17. & quam plures refert Cacheranus, Ofasc. in decisione 99. numer. 20. & ipse Menoch. de præsumptio. lib. 3. præsumptione 131. numer. 83. & in materia anniuersarij tenet, & sequitur hanc opinionem Lara de anniuersarijs lib. 1. cap. 12. à numer. 21. cum sequentibus.

Quæst. 279 ET Cùm in superioribus num. 256. probauerimus, quòd dos anterior testibus probata præferatur creditoribus posterioribus habentibus pro se publicam scripturã cõtra tex. in l. scripturas, C. qui potiores in pigno. habeantur. Erit scitu dignum, vtrùm hypotheca anterior testibus probata præferatur scripturæ authẽticæ posterior, in qua hypotheca cõtinetur. † Et videtur, quòd semper 1589 scriptura authentica præferatur, per dictam l. scripturas, C. qui potiores in pig. habe. l. 31. tit. 13. par. 5. de qua, & eius decisione est, videdus Couar. in pract. quæst. c. 22. num. 5. & in lib. 2. variarum resolutio. cap. 11. num. 4. Rebuf. ad Regias constitut. Gallicas in tractatu de chirographis artic. 2. à nu. 4. cum sequentibus tom. 1. Ripa in l. priuilegia, ff. de priuilegijs creditorum numer. 23. cum sequentibus, Anton. Gabr. in volum. 3. commun. opinionum, titul. de probationibus conclus. 10. & 11. pag. 13. Felician. de censibus lib. 3. cap. 5. num. 9. & 22. & Azeued. in l. 5. tit. 21. lib. 4. Recop. n. 22. Ioan. Gutier. in practicis quæstio. libr. 5. quæst. 102. Sed contrariũ est tenendum, & sic quòd hypotheca anterior duobus testibus probata præferatur scripturę authenticæ posteriori, ita defendit Petrus Surdus decis. 61. nu. 4. & alij Doctores ab eo relati; & Gratian. decis. 94. nu. 4. qui etiam refert alios, & Cauallus cons. 121. nu. 1. Sphorc. Oddus cons. 100. nu. 67. & 68. Vincenc. de Franchis decis. 99. num. 6. & 7. Gregor. Lop. in l. 31. tit. 13. p. 5. in glos. verbo, *Como dicho es*. Et ratio potissima huius veræ opinionis est, quia hypotheca etiam testibus probatur, licèt non adsit publicum instrumentum, † per l. 1. ff. de pignoratitia actione, 1590 l. contrahitur, ff. de pignoribus tradit Sphorc. Oddus in dicto consil. 100. num. 86. & Petrus Cauallus in cons. 121. num. 2. Fulgosius cons. 132. num. 1. Paul. Castrens. cons. 134. nu. 1. vol. 1. Vincentius de Franchis in decisione

decisione 9. numer. 6. & 7. Nec obstat dicta l. scripturas, C. qui potiores in pignor. habe. quia tunc præfertur scriptura publica posterior anteriori priuatæ, quando testes priuatæ scripturæ non adsunt, vel mortui sunt, vel à parte recognita est: sed quando testes adsunt, viua voce deponentes de hypotheca, vel pignore anteriori, præfertur dicta hypotheca anterior dictis testibus viuis probata, † secundum Laram de
1591 anniuersarijs lib. 1. cap. 23. num. 21. & quos ibi refert in nu. 22. & 23.

Quest. 280 ET Etiam cùm in superioribus num. 1523. resoluerimus, quòd vidua semper præfertur in accusatione circa mortem mariti, erit optima illatio ad l. 4. titul. 1. lib. 5. Recopilationis, vtrum dicta vidua si secundò nubat, teneatur reseruare filijs prioris matrimonij illud, quod ei datum fuit pro remissione mortis primi mariti, & pro pace cum
1592 occisore habita, † & videtur quòd teneatur reseruare prædictis filijs primi matrimonij, per dictam l. 4. titul. 1. libr. 5. Recopilationis ex eius generali dispositione. Sed contrarium est tenendum, cum illud datum ratione pacis initæ cum occisore non præcedat ex prioris mariti substantia, sed ex pace & liberalitate mulieris, & ex iure prælationis ei à iure concesso, quod probatur, quia in materia priuatiua, illud, quod expresse cautum non
1593 est, priuationem non inducit, † secundum Cacheranũ decisione 147. numer. 4. Franch. decisione 11. nu. 23. Molinam lib. 1. de Hispan. primogenijs cap. 9. numer. 10. Pinel. in l. 2. C. de rescindenda vendit. 2. part. cap. 4. num. 13. Menes. in l. fideicommissum, C. de fideicommissis num. 4. Becium consilio 35. num. 5. & consilio 102. num. 31. Baeçam de non meliorandis filiabus in l. 101. cap. 36. numer. 11. Mieres de maioratu 1. part. quæst. 1. num. 108. quos refert & sequitur Lara de anniuersarijs lib. 1. cap. 13. num. 7. & dicta l. 4. tit. 1. lib. 5. Recopilationis, est pœnalis, & non extendenda vltra suum casum, per glossam verbo, ex vi, in fine, in cap. fin. de iure patronatus communiter recepta secundum Laram vbi supra in dicto numer. 7.

SOLETQVE Multoties Quest. 281 Princeps in causis delinquentium, quando deficit accusator, qui offensam remisit, hæc verba in criminis remissionem inserere; videlicet, *Indulgeo*, vel, *restituo*. Et vt notum sit, quid significent prædicta verba, est notandum, quòd per verbum, *Indulgeo*, sola pena corporalis censetur remissa, † per l. 2. & l. ademptis, C. de 1594 sententiam passis, l. insulam, l. generali, C. eodem titul. Sed per verbum restitutio censetur delinquens restitutus tam ad vitam, quàm ad famam, & infamiam, & ad bona, & ad eum statum, quo erat ante sententiam, & ante delictum commissum, per l. 1. & l. fin. C. de sententiam passis, vbi Bartol. & Scribentes, & si Princeps in rescripto, vel priuilegio dicat, per indulgentiam nostram te restituimus, vel per restitutionem nostram tibi indulgemus,

V 3 omnia

omnia censentur concessa, scilicet, bona & fama, & infamia, & vita,
1595 † secundum Bart. in l. fin. C. de sententia passis, & Paul. Grilland. in tracta. de relaxatione carceratorum, tit. de beneficijs & indulgentia Principis n. 3. & 4. in volum. 4. tractatuū Doctorum in antiquis. Et cum secundus creditor habeat priuilegium offerēdi debitum priori & antiquiori creditori, per l. Paulus, §. qui pignoris, ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur, l. 2. C. de fideiussoribus, l. 1. C. qui potiores in pignore habeā. l. fin. C. de his qui in priorū creditorum, vt tradit Felician. de cēsibus tomo 1. lib. 3. cap. 2. à num. 17. & in tomo 2. lib. 3. cap. 2. à num. 14. vbi agit, quid in datione in solutum
1596 facta à iudice, † de quo latè Rodriguez de redditibus libr. 2. cap. 16 Et est optima questio, vtrū hoc priuilegium competat secundo creditori contra mulierem priorem creditricem, quando agit pro sua dote con-
Quest 282 stante matrimonio marito verge
1597 ad inopiam? † Et Cinus in l. cum ribi, C. qui potiores in pignore habeātur, & in l. vbi adhuc, C. de iure dotium tenet, quòd hoc ius offerendi non competit secundo creditori contra mulierem priorem creditricem agentem contra maritum vergentem ad inopiam pro sua dote, vel eius retentione constante matrimonio, quem Cinum refert & sequitur Bald. Nouellus de dote 7. part. priuilegio 47. qui resoluit secus esse, quando mulier agit pro sua dote soluto iam matrimonio, vel quando dos fuit data vxori in pecunia numerata, vel eius fructus excedunt alimenta, & congruam sustentationem, latè Ioan. Gutier. de iuramento 1. part. cap. 1. à num. 10. qui alios refert. Controuertitur deinde inter Doctores, quid si testator reliquerit fratribus minoribus vnam summam in festo sancti Francisci, vtrum sit perpetua, an semel debeatur. † In qua quæstione 1598
Bart. in l. cum quidam, ff. de annuis legat. numer. 2. tenet, quòd semel tantum debeatur, per l. boues, §. hoc sermone, ff. de verborum significat. quem sequitur Alexand. ibi in additione, & in consilio 16. nume. 7. lib. 4. & Ias. in l. in duobus, §. si ei qui vers. Quinto facit, ff. de iure iurando, & in consilio 36. libr. 3. Palac. Rub. in repetitione rubricæ de donatio. inter vir. & vxor. §. 69. colum. 6. vers. Ad cuius confirmationem Socin. Iunior consil. 25. colum. 2. versicul. Confirmatur libr. 2. Sed contrarium, & sic quòd talis summa relicta in testamento censeatur perpetua, tenet Guido Sosa, & Raphael Cuman. in l. eum qui calendis, ff. de verborum obligatione, in principio, qui reprehendunt Bart. contrarium tenentem, dicentes eius opinionem veram esse in contractibus, in quibus voluntas obligandi semper respicit quod minus est, per l. inter stipulantem, ff. de verborum obligation. l. semper in stipulationibus, ff. de regulis iuris, quia huiusmodi dispositiones per contractum sunt stricti iuris, strictèque sunt interpretandæ, l. quidquid astringendæ, ff. de verborum obliga-

obligatio. &, corrobo ratur o-
pinio Guid. de Susa, & Raphael.
Cumani, quia dispositio testa-
toris longius & plenius interpre-
1599 tatur. † l. in testamentis, ff. de regul.
iuris, & licèt Tiraquel. in l. boues,
§. hoc sermone referat hanc quæ-
stionem in num. 88. videtur appro-
bare opinionem Guid. de Susa, &
Raphael. Cuman. in decimaquinta
limitatione, & hæc opinio magis
pia & benigna mihi videtur, & ideò
sequenda, per text. in l. hæc condi-
tio filiæ, ff. de conditio. & demóstra-
tio. ibi: *Benignè tamen dicendum est*;
vbi conditio nuptiarum ad secundas
1600 nuptias extẽditur, † cum idem ope-
retur illa dictio benignè, quod ope-
1601 ratur dicto de æquitate, † vt tradunt
Bartol. & Doctores in dicta l. hæc
conditio filiæ, & Tiraquel. in l. bo-
ues, §. hoc sermone limitatione 19,
numer. 2. & in tractatu de vtroque
retractu tit. 1. §. 35. glos. 1. num. 25.
traditque Franc. de Aretio in l. ser-
ui electione in fin. princip. ff. de le-
gat. 1. quod semper actus reiteratur
in fauorauilibus, & fauore testamen-
1602 ti & vltimæ voluntatis. † Et ideò re-
lictum Ecclesiæ die nundinarum in
vltima voluntate intelligitur perpe-
tuum fauore vltimæ voluntatis, &
1603 Ecclesiæ, † per l. annua, §. Attica, ff.
annuis legat. ideoque promisio cer-
tæ quantitatis fauore alimentorum
1604 præsumitur annua, † vt tradit
Bartol. in l. cum qui ita, §. qui ita
stipulatur colum. 2. ff. de verborum
obligatio. Nam sermo indefinitus,
non restringitur ad primum actum
1605 in fauorauilibus, † secundum Ioan.
Andre. in cap. non potest de præ-
bendis libr. 6. Maximè quia reli-
ctum pauperibus censetur relictum
ad pias causas, † secundum Docto- 1606
res, quos refert & sequitur Tira-
quellus de priuilegijs piæ causæ,
numer. 9. & eadem ratione condi-
tio priuilegij censetur perpetua, &
non temporalis ex ipsa natura, &
vi priuilegij, † per text. in cap. de- 1607
cet de regulis iuris libr. 6. & ideò
priuilegium concessum alicui, &
eius familiæ non restringitur ad fa-
miliam, quæ erat tempore conces-
sionis priuilegij, sed etiam extendi-
tur ad alias familias in locum pri-
mæ familiæ prorogatis, † ita Ioan. 1608
Andr. in cap. licèt de priuileg. libr.
6. & in cap. qui sentit de regulis iu-
ris libr. 6. quem & alios refert &
sequitur Tiraquellus in l. hoc ser-
mone, § boues limitatione 8. num.
1. qui in numer. 4. tenet, quod im-
munitas concessa simpliciter intel-
ligitur perpetua, † ex opinione Al- 1609
berici in l. cum quidam, ff. de annuis
legat.

SED Cum valde controuer- *Quæst. 283*
sum sit apud Doctores tã antiquos *Legatum*
quã modernos, vtrum legatum, vel *post mortẽ*
relictum Petro post mortem Ioan-
nis sit conditionale, vel purum, vel
ad diem: & vtrum moriente Petro
ante dictum Ioannem transmittat
ad suos hæredes dictum legatum,
vel remaneat apud heredes insti-
tutoris & testatoris? † Ne de inceps 1610
dubitationi locus detur, disputare
hanc quæstionem putaui, & in pri-
mis, quòd in prædicta quæstione
dictus Petrus legatarius habeat

 priuile-

priuilegium, & ius transmittendi ad suos hæredes; licèt moriatur in vita dicti Ioannis, & quòd sit legatum in diem, tenet glos. in l. post mortem versiculo valeat, ff. de inutilibus stipulatio. quam sequitur Paul. de Castro, Imola, & Socinus in l. 1. ff. de conditio. & demonstratio. Et dicit, esse crebriorem opinionem Alciat. in l. cedere diem, ff. de verborum significatio. & post disputationem hanc opinionem tanquam veriorē & communiorem sequitur, & defendit Cauallos in practicis questio. communes contra communes in 3. part quæst. 790 Sed contraria opinio, & sic quòd prædictum legatum vel relictum post mortem alicuius sit conditionale, & quòd si legatarius moriatur ante grauatum, non transmittat ad suos hæredes, & legatum, vel relictum reuertatur ad hæredes testatoris disponentis & legantis, tenet glossa in l. in omnibus, ff. de regulis iuris, vbi Decius, & sequitur Bart. in l. ita stipulatus, num. 14. ff. de verborum obligatio. & in l. heres meus, ff. de conditio. & demonstratio. & dicit esse communem Paul. de Castro, & Imola vbi supra. Et quòd sit à Doctoribus frequentius approbata, tenet Costa in lib. 1. interpretationum, cap. 18 numer. 3. & Menchaca libr. 3. de successionum progressu dicēs esse veriorem in §. 17. numer. 11. & esse communiter à Doctoribus approbatam, tenet Anton. Gomez in tomo 2. variarū resolutio. cap. 11. numer 21. & in 1. tomo cap 5. numer. 9. & Caualcan. in tractatu de vsufructu vxori relicto, numer. 71. dicens, non habere difficultatē, quos sequitur Michael Crassus in libr. receptarum sententiarum successionum in §. legatum, quæst 43. num. 8. dicitque pro ea obtinuisse executoriam Regiam Azeuedo in consil. 6. à numer. 6. cum sequentibus, per text. expressum in l. 1. & l. dies incertus, l. hæres meus, ff. de conditio. & demonstratio. l. 4. ff. quando dies legati ced. l. vnica, §. sin autem aliquid sub conditione, C. de caducis tollēdis, l. si pecunia, §. fi. ff. de legat. 2. cum pluribus concordantibus, & l. 34. & 35. tit. 9. part. 6. l. 15. tit. 3. d. par. 6. vers. *Pero en dia no cierto*, ipse Azeued. tenet in l. 1 tit. 4. lib. 5. Recop. n. 169. & ipse Michael Crassus vbi supra in §. fideicomis. in quæst. 10. num. 5. dictus Azeued. cons. 22. numer. 11. & 12. & 17. quibus iuribus expresis nec respondet Cauallos, nec potest dari iuridica responsio, mihique semper verior & communior visa fuit hæc opinio, quā semper defendi, & pro ea multoties obtinui. Et eam tenendo, non obstant fundamenta adducta à Cauallos vbi supra: nam l. 39. tit. titul. 9. part. 6. quam corruptè allegat, quia est l. 34 & 35. tit. 9. part. 9. per quam probare nititur, quòd dominium rei legatæ transit ad legatarium à die mortis testatoris, expresse probat, quòd transit dominium, quando legatum est purum, & fine conditione, vt habetur in dictis legibus 34. & 35. in versic. *E maguer*, & ibi: *Si es fecha sin condicion*, & ita tenet Gregor. Lopez in glos. verbo, *El señorio*, ibi, *Et hoc, quando legatum*

*tam est purum*. Et plenè probatur in dicta l.34. versic. *Esto seria si la mãda fuesse hecha puramente, o a tiempo cierto, mas si fuesse hecha so condicion, no seria assi*. Nec oberit fundamentum, quod adducit ex opinione Tellij Ferdinandez in l.3. Tauri 3. part. numer. 10. videlicèt quòd si maritus instituit piam causam, vel alium hęredem relinquit, & vxorem vsufructuariam in vita sua: pia causa, & alius institutus dicuntur hæredes à morte testatoris, & non à morte vxoris vsufructuariæ, & solum ea viuente defertur emolumentum, & quòd si hæredes pendente vsusfructus tempore moriuntur, transmittunt hæreditatem, vel huiusmodi
1611 legatum suis hæredibus. † Nam respondeo, quòd dicta Tellij opinio est vera in suo casu, nam in eo nulla adest conditio, quia institutio, vel relictum est purum respectu hæredis, vel legatarij, & vxor tantum potitur vsufructu pro vita sua; & ea mortua spirat vsusfructus, quẽ nullo tempore poterat transmittere, nec priuare iure suo dictos hæredes, vel legatarios mariti, qui etiam in vita poterant illud donare, vel vendere. Et nil mirum, quòd moriendo transmittant. Et tales instituti censentur post mortem vxoris vsufructuariæ ex mẽte testatoris purè instituti, & statim adire poterunt. Et ibi tempus mortis vxoris non est adiectum ad impediendam puram institutionem, sed ne vxor in vsufructu per tempus vitæ suæ perturbetur. Ita mirabiliter in proprio casu respondet additio ad Alexand. in consi.162. & Guillielm. Benedict. in cap. Rainuntius de testamentis in verbo relinquit numer.7. quos & alios refert Michael Crassus tractatu de successionibus, §.legatũ, quęst. 23. num. 2. vers. contrarium, & eodẽ modo respondetur ad alia fundamẽta adducta per dictum Cauallos pro sua opinione: nam loquuntur in dissimili casu, & in relicto puro, & non sub conditione, per supradicta.

ESTQVE Alia controuersa quæstio, quam multoties in praxi habui, vtrum tertius possessor alicuius rei acensuatæ, vel ratione census hypothecatę pro solutione habẽs titulum & bonam fidem præscribat dictam hypothecam per spatiũ decẽ annorũ. † In qua quæstione omnes Scribentes tam antiqui quã Regnicolæ indubitanter concludunt, quòd dictus tertius possessor cum titulo & bona fide præscribit dictam hypothecam per spatium decem annorum per multa Iura & Doctores, quos refert & sequitur Felician. à Solis de censibus lib.3. cap.4. nu. 13. tomo 1. & in tomo 2. lib.3. cap.4. num.18. qui Felicianus vbi supra defendit, quòd hi decem anni incipiũt currere à die possessionis, & non à die solutionis affirmans, quòd licèt creditor & dominus census acceperit solutionem ab alio debitore, vel ab habente aliam rem hypothecatam ratione prædicti census, nihilominus dictus tertius possessor præscribet, & quòd per dictam solutionẽ non videatur interrupta præscriptio. † Quam quæstionem etiã quamplurics in praxi habui, & per supradi-

*Quæst.284 De præscribente hypothecam cẽsualem.*

1612

supradicta tradita à dicto Feliciano videbatur, per dictam census solutionem non interrumpat præscriptionem. Sed nihilominus contrariũ est tenendũ tam in iure quàm in praxi, & sic quòd per redditus solutionem interrumpitur præscriptio cõtra tertium rei acensuatæ, & hypothecatę possessorem. Quod probat, quia omnia iura & Doctores, quos refert dictus Felicianus vbi supra, disponunt in hypotheca regulari, & nõ in hypotheca irregulari, quæ induci tur ratione census, & disponũt in cõtractu, in quo imponitur dies certus solutioni, & nõ in solutionibus annalibus. Et opinio tenẽtiũ, quòd præscriptio decẽ annorũ incipit à solutione, est cõmunior & verior, vt tradit Zaual. in practicis quæstionibus cõmunes contra cõmunes, in quęst. 3. à nu. 9. cum sequentibus, qui alios refert, & reprobat opinionẽ Feliciani, de qua supra. Et probatur, quia l. 1. C. si aduersus creditorem, & alia iura adducta in prima opinione probãt, quòd ad hoc vt currat dicta decennalis pręscriptio, requiritur silentium creditoris, & nullomodo potest dari silentium in creditore, qui redditus exigit ab vno debitorum, vel ab alia re sibi pro suo cen-
1614 su obligata, vel hypothecata: † quoniam qui habet plures obligatos, potest ab vno illorum solutionem debiti recipere, vel ab vna re sibi hypothecata, absque eo quòd sibi præiudicium paret circa alias res obli-
1615 gatas, vel hypothecatas, † per text. in l. 2. C. de fideiussor. & probatur in l. distractis, & in l. debitores, la 2. C. de pignoribus & hypothecis, vt tenet Cassanæus in consuetudinibus Burgundiæ rubrica 5. §. 2. fol. 207. col. 1. vers. Item etiam. Et hanc meã opinionem, quam defendo, tenet Parladorius de rebus quotidian. lib. 1. cap. 1. §. 16. num. 5. & 6. & Ioan. Gutier. de iuramento confirmatorio 3 par. cap. 1. à num. 34. & in numer. 36. & in lib. 1. practicarum quæstionum quæst. 90. num. 6. & in libr. 3. quæst. 55. num. 2. & copiose Cassaneus in consuetudinibus Burgundię in loco à legato à dicto Ioan. Gutie. in dicto num. 6. & copiosissimè Rodriguez de redditibus lib. 2. quęst. 9. à num. 63. cum sequentibus. Et etiã comprobatur, quia per vnamquãq; solutionem interrumpit creditor dictam præscriptionem, & renouat suam obligationem: † nam tot sunt 1616
obligationes, quot solutiones, per l. pluribus, ff. de verborum obligatio. † vt tenet Rebuf. ad Regias consti- 1617
tut. Gallicas tit. de sententijs executorijs art. 16. glos. 5. num. 2. tom. 2. & Parladorius de rebus quotidianis, cap. 1. §. 13. num. 44. & ideò tot sunt legata quot anni, † secundum Aze- 1618
uedo in l. 1. tit. 4. lib. 5. Recopilat. nu. 70. & pręscriptio introducta fuit aduersus morosum & negligentem, & in eius odium: & non potest currere contra diligentem in exactione sui debiti, † ita tradit Auiles in 1619
cap. prætorum, in cap. 10. glossa verbo, *Execucion*, numer. 69. versiculo, Quoque fallit, & Rodericus Xuar. in l. 3. titul. *de las deudas*, versiculo, Quero vlterius, num. 1. & etiam pro vnaquaque exactione debiti à cre-
ditore

ditore facta interrumpitur præscrip-
1620 tio, † per multa iura & Doctores, quos allegat Azeuedo. in l.7.titul 5. lib.4.Recopilatio.à num.18.& Parladorius in dicto tractatu de rebus quotidianis lib.1.cap.1 §.13.nu.36. ad finem, & creditor qui redditus sui census exigit, retinet dominium & possessionem rei acensuatæ, & non currit contra eum præscriptio, licèt res hypothecata pro censu sit apud
1621 tertium possessorem, † ita tenet Bartholomæus Brixensis in suis quæstionibus dominicalibus in quæst. 24. in solutione ad argumentum, & dicit vnum mirabile Flores in additionibus ad Gamam in decisio. 99. quod hæres, vel quilibet alius successor in iure illius, qui censum imposuit, vel hypothecauit aliquam rem, nunquã
1622 præscribit. † Et sic primus, qui censum imposuit, & eius hæredes, & vltimi rei acensuatæ possessores semper ad solutionem redditus tenẽtur, & coguntur etiam domino recog-
1623 noscere; † tenetque Felicianus de censibus tom.2.lib.3.cap.4.num. 1. & 12. vnum in praxi notabile, quòd remedium executiuum competens contra rem acensuatam, competit etiam contra bona obligata per generalem obligationẽ, licèt dicta bona à tertio possideantur, qui habuerit titulum, vel causam natam vel deriuatam à principali debitore;
1624 † qui Felicianus ad hoc allegat Frãciscum Milanensem in decisionibus suis decisione 1.nu.6.lib.2.& Parlador. de rebus quotidian.lib 2.c. fin. 4.par. §.5.num. 17. qui allegat alios tenentes, quòd supradicta locum habent, licèt titulus, vel ius acquisitum tertio possessori nõ deriuetur à proprio debitore principali, nisi per longam successionem: & ipse Felicianus de censibus tomo 1.lib.3.cap. 6. vnum in praxi notabile adducit priuilegium, quòd tertius possessor fundi acensuati, vel hypothecati, poterit, si voluerit, recognoscere dominum census, vel rem acẽsuatam, vel hypothecatã remittere, † quod etiã 1625
tenet Rodriguez de redditibus libr. 2. quæst.9.n.68.& Lara de anniuersarijs lib.1.c.8.à nu.26.& Lasarte de decima c.10.n.75 Quod verum credo, nisi iste tertius possessor rei acẽsuatæ, vel hypothecatæ, fuerit hæres primi institutoris, vel in ei' iura successerit, vel iam recognitionem fecerit, ad soluendumque se obligauerit, per superius adducta. Vnũque mirabile vxoris priuilegium refert Bald. in cons. 247.lib.4.videlicèt, quòd si maritus habitationem vel alimenta vxori reliquerit, vel legauerit, donec cum filia vixerit, mortua dicta filia, adhuc legatum debetur, † quẽ sequi- 1626
tur Morquecho in tractatu de bono rum diuisione lib.4.cap.11.num.73.

ETSI Maritus legauerit vxori Quæst.285
vsumfructum, & post eius mortem Titio, illa verba, *Post eius mortem*, vendicant sibi locum, etiamsi vxor non moriatur, sed ad secundas nuptias transierit ex mẽte testatoris, † se- 1627
cundum Ioannem Andre. in additionibus ad Speculatorem, in titulo de secundis nuptijs, quam dicit communem opinionem Gratus in responso 124 num.14. & 15.libr. 2. quos refert & sequitur Morquecho in

in dicto tractatu de bonorum diuisione dicto lib.4. cap.11.num 91.

Quæst.286 ESTQVE speciale dotis priuilegium, quod datur læsis remediũ, etiamsi læsio sit intra dimidiam iusti pretij, † per l. iure succursum, ff. de iure dotium, vbi glossa in verbo, circũuentus, & glossa verbo, Præstet in l. si res, §. 1. dicto titulo, quæ est communiter recepta secundum Albericum in l. 6. C. soluto matrimonio, Imol. in cap. cum dilecti de de emptione & venditione num. 16. vbi Burgos num.48. & Anton. Gom. in l. 5. Tauri num. 44. Costa in l. cum tale, §. si quis arbitratu, ff. de conditio. & demonstratio. num. 26. Pinellum in l.2. C. de rescindenda venditione 1.par. cap.1.num. 12. cum sequentibus, Meneses in d. l.2. C. de rescindenda vẽditione, num. 20. Gomez de Leon in centuria sua cap.5.num.5. & est text. in l. 16. tit. 11.par.4. vbi Gregor. Lop. tenet Matienç. in l.1.tit. 11.lib. 5. Recopilat. glos.8 num.20. & 21. Estque notandum in praxi, quòd hoc remedium non præscribitur tempore ordinario quatuor annorũ, sed durat semper,

1628 (margin, beside "sti pretij")

1629 † vt habetur in d.l.16 tit.11.par.4.& defendit Mexia ad legem Toleti 2. part. in responsione ad sextum & octauum fundamentum num.fin. §. cæterum, quod intelligo durare vsq; ad 30. annos tãtum, additque Azeued. in l.1.tit.11.lib.5. Recopil. num. fin. quòd contra Ecclesiam lædentem alium vltra dimidiam datur remedium etiam lapsis quatuor annis,

1630 † ex opinione ipsius Mexiæ in taxã pannis conclusione 5. nu. 2. & cum regulariter si constituo procuratorẽ generaliter ad omnia, non potest facere ea, quæ requirunt speciale mandatum, † per text. in cap. qui ad agẽdum de procuratoribus libr. 6. cum concordantibus, inuenitur in hac materia vnum speciale priuilegium, quod quando constituitur procurator generaliter ad omnia excepto ad vnum casum, in quo requiritur speciale mandatum, censetur cõstitutus ad omnia alia, quæ requirũt speciale mandatum, † secundum Lapum in dicto cap. qui ad agendum de procurato.lib.6. vbi Doctores, in §.1. & Alex. in l.fin. ff. quod quisque iuris, & Dec. in cap. consultationibus per illum tex. de officio delegati, & in c. cum dilecta de confirmatione vtili, vel inutil. nu.3. ad fin. Sed cùm cõfirmatio facta simpliciter non videatur approbare, nec confirmare actũ nec priuilegium nullum, † per tex. in cap. ex parte de constitutio. cap. dudum de decimis, vbi Scribentes, & confirmatio ex certa scientia dispensatio dicatur, † secundum Bald. in c. cum super in principio de causa possessio. & proprietat.

ESTScitu dignum, vtrum verbum, cõfirmamus, simpliciter & absolutè à Principe prolatum importet certam scientiam. † In qua quæstione dicunt importare certam sciẽtiam Ioan. Andre. in cap. penultimo de conmfirmatione vtili, vel inutil. vbi Butrius, Cardinal. & Imol. & Abb. in cap. examinata ad fin. eodẽ tit. Sed contrarium defendit Decius in rubrica de cõfirmatione vtili, vel inutil. num.6. & in d. c. examinata num.

num. 5. vbi optimas rationes conclu
dentes inuenies: qui Decius in cap.
venerabilis dicto tit. à num. 1. agit,
quando præsumatur Principem fa-
cere confirmationem ex certa scien
tia, & in cap. sua nobis eodem titul.
numer. 7. ex plurimorum opinione
resoluit, quod etiam confirmatio fa-
cta ex certa scientia non confirmat
priuilegium, nec actum in præiudi-
1636 cium tertij. † Addo etiam, vtrum cõ
cessio Pontificis facta spurio, vt ordi
nes possit consequi, trahatur ad sa-
1637 cros ordines. † In quo teneas, quòd
talis concessio ad sacros ordines non
trahatur, nisi Pontifex dicat, cõcedo,
vt talis spurius possit ad omnes ordi
nes promoueri, ita tradit Ostiens. in
cap. literas de filijs presbyterorum
secutus Tancredum, Gofredum; &
Innocentium; tenet Speculator in
tit. de regulis iuris, §. postremo, vers.
Quid si dispensatum est, & Rebuf.
in praxi benefic. tit. de dispensatio-
ne super defectu natalium, num. 47.
quod limita cum Abbate in dicto
cap. literas num. 6. nisi spurius esset
ad minores ordines ante Pontificis
concessionem prouectus. Ex quo
sequitur, quòd licèt Pontifex spurio
concedat, quod ad omnes ordines
prouehi possit, talis concessio & dis-
pensatio non extẽditur ad beneficia
1638 consequenda, † ita tradunt Docto-
res relati ab Azorio in 2. par. institu-
tionum moralium lib. 6. cap. 3. vers.
Quinto quæritur, vbi cum Ioan. An
drea, & Abbate in dicto cap. literas
num. 6. tenet, quod ille, qui fuit de-
gradatus, & ab ordinibus deiectus,
& ad eas restituitur, nõ censetur ad
ad beneficia restitutus. † Additurq; 1639
etiam, quòd quando Pontifex spu-
rium habilitat ad beneficia conse-
quenda, non videtur habilem face-
re ad dignitates consequendas, † se- 1640
cundum Panormitan. in cap. literas
de filijs presbyterorum, & Rebuf. in
praxi benefic. 2. par. de dispensatio-
ne super defectu natalium, num. 52.
sicuti dispẽsatus ad dignitates Eccle-
siasticas non censetur dispensatus ad
dignitates maiores & principales,
quales sunt in Eclesia cathedrali ma
iores post Pontificalẽ, & in ecclesia
collegiali dignitas omniũ maxima: 1641
& dignitas Episcopalis, † vt tradunt
Archidiacon Ioan. Andre. Domin.
& Anton. in cap. 1. de filijs presby-
terorum in 6. Rebuf. in praxi bene-
fic. 2. part. de dispensatione super
defectu natal. num. 86. & Azorius
vbi supra versicul. Octauo quæritur,
circa quod agit Felinus in cap. postu
lasti de rescriptis num. 2.

VNVM In praxi admodum Quæst. 28
notabile, hoc est, quòd si aliquis spu
rius est incestuosus, adulterinus, vel
ex sacrilegio natus, tenetur hos defe-
ctus Pontifici exprimere: & non suf
ficit, quod generatim fateatur, se esse
illegitimum, vel spurium, aliàs ir-
rita erit dispensatio, † quod dedu- 1642
citur etiam ex text. in dicto cap. po-
stulasti de rescriptis, vbi probatur,
quòd si aliquid in gratiæ impetratio
ne silentio prætermittatur, quod si
exprimeretur, difficilem redderet
ipsam gratiam, ita vt Princeps eam
denegaret, aut difficilius concede-
ret, irrita est ipsa gratia, vtpote lite-
ris subreptitijs impetrata. † Quæres 1643
etiam

etiam quid agendum, quando contraria sibi inuicem fuerint priuilegia, & quomodò interpretari debeant, de quo inuenies glossam & Panormitanum in cap. 1. de rescriptis num. 14. Addo etiam vnum in praxi quotidianum, pro quo multoties sententiam obtinui fauorabilē, videlicèt, quod in generali reuocatione legatorū, non continetur lega-
1644 tum alimentorum, nec vestimentorum, † iuxta text. in l. liber. is. §. posthumis, ff. de alimentis legat. vbi optima glossa verbo, non videri, & ita tenet Mantica de coniectur. vltim. voluntatis libr. 2. tit. 2. num. 3. & Surdus in eodem tractatu titul. 8. à num. 5. & tit. 9. quæst. 25. à num. 9. & Lara de alimentis in §. vtrum, nu. 26. & Iosephus Ludouicus in communibus conclusionibus conclusione 24. versiculo, Declara sexto, Mascardus de probationibus vol. 3. conclusione 1265. num. 39. & nouissimè Cauallos in practicis quæstionibus communes contra communes, in 3. tomo quæstio. 779. numer. 233.

# FINIS.

De optimo maximo laus & gloria, qui est benedictus in sæcula.



# INDEX

# INDEX COPIOSISSIMVS RERVM OMnium, sententiarumque insignium, quæ in hoc tractatu de priuilegiorum explicatione continentur, in ordinem Alphabeticum congestus.

# A



Agri-

*Appro-*

causas

ad

Damnum

# D

Dictio

*Exemptio*

Iudex

*Ius*

Lega-

*Lex*

*Mulier*

*Priui-*

Priui-

Pri-

Prohi-

# Q



Aa Ratio

# R




nec

*Socius*

# T

Vocati




ROMA

MATRITI,

Ex Typographia Regia Ludouici Sanctij.

ANNO M. DC. XVIII.

